8
8 A
56

8. 8. A. 56

AD ARTICVLOS CALVINIANAE,

De Sacramento Euchariſtiæ, traditionis, ab eius Mini-ſtris in Francia Antarctica euulgatæ Reſponſiones, Per Nicolaum Villagagnonem Equitem Rhodium.

Ioannis Garetij Louanienſis de uera præſentia corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ, Claſſes. IX. contra Sacramentariam peſtem, ex omnibus ferè Eccleſiaſticis auctoribus ſummo ſtudio collectæ.

Adiecta inſuper ad calcem decima Claßis, Chriſtum ſuæ Eccleſiæ perpetuò adeſſe, eamq; in fide nec erraſſe, nec errare poſſe, oſtendens.

Cum duobus indicibus copioſiſſimis: quorum alterum in fronte: alterum vero à tergo voluminis poſuimus, ut unuſquiſq; ſuo tractatui inſeruiret.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Gaſparem Bindonum.
M D LXII.

AD CHRISTIANAM
ECCLESIAM

N. *Villagagno.* S. & P.

NE *cui mirum ſit, quòd ego in re militari, amplius quam in literis uerſatus, in cauſam* Eccleſiæ *ſum ingreſſus, ut Caluinianam doctrinam impugnem: antequam rem aggrediar, conſilij mei rationem, paucis exponendam eſſe duxi:* Ad Franciam Antarcticam *mihi manenti, propinqui ac neceſſarij mei mihi nunciauerunt, eos qui* Geneua *ad nos emigrauerant,* Geneuam *reuectos, paſſim nomen meum maledictis hoc dolore traducere, quod (quum inter nos de religione minimè conueniret) illi à me remiſſi ac repulſi fuiſſent:* Addiderunt Caluinum *maledictis ſuis tanta inſania exiſtimationem noſtram affeciſſe, ut niſi maturè mihi proſpexiſſem, in hominum odium incurrerem, quod tam altè radices in eorum animis eſſet acturum, ut uix reuelli poſſet.* Hac *re animo permotus, antequam illud noſtri nominis odium inueteraſceret; putaui mihi faciendum eſſe, ut non ſolum ſcriptis me tibi,* Chriſtiane *lector, purgarem, ſed eo me ipſe conuerterem, ut ſi & opus eſſet,* Philippum *quendam* Corgillierium Pontanum *propter meam abſentiam ferocientem, ad pugnã me laceſſentem, armis exciperem ac reprimerem.* Et

quia multa, quæ de Geneuenſium religione comperi, ſum euulgaturus; quæ tanta inſania, blaſphemia, ſtultitiaq́; ſcateant, ut mihi non uidear fidem habiturus, ne in calumniæ ſuſpicionem incidam, hæc proprio Miniſtri (ſic enim loquuntur) ſcripto, atteſtari uolui. Huius rei gratia come conferre conſtitui, quò peruenire mihi licere, fide publica confirmabitur. Interea illorum traditiones, noſtraſq́; de eis contentiones edidimus: ut qui librum noſtrum lecturi ſunt, de cauſa noſtra uere dijudicent: atque ſi quam de nobis infauſtam opinionem conceperunt, euellant ac ex animo eijciant. Antea tamen paucis hac epiſtola perſtrinximus, quorum mihi criminum infamiā inuſſerint. Ab Atheiſmo uiri pij exorſi ſunt, ut ubi omnem de mea religione opinionem probis expuliſſent, minori negotio, quiduis turpitudinis ac ſceleris perſuaderent. Expoſuerunt quadam religionis ſimulatione, Geneua miniſtros aſciuiſſe, ut in eorum religione, Barbaros inſtituerem: ſed paulo poſt, animi quadam leuitate, ac mobilitate, Euangelij pertæſum, in ſuperſtitionis Papiſticæ uanitatem relapſum, deincepsq́; Atheiſmum indutum fuiſſe: Quamobrem non ſolum Miniſtros ſanctos expuliſſem, ſed ne quid ad ſummā malitiam & nequitiam mihi deeſſet, ubi nauem uicioſam, req́; frumentaria uacuam, nactus eſſem, hanc illos conſcendere coegiſſe, ut ſi non deprimerentur, inedia deficerent. Hæc uana eſſe oſtendemus, crudelitatisq́; notam eluemus, quum paucis de doctrina diſſeruerimus. Inficiari nolo illos ſuo aduentu, me maxima lætitia perfudiſſe: Eam enim in primo

mo aditu ſanctitatis ſpeciem exhibuerunt, ut putarem diuinitatis theſaurum aliquem eximium, è cœlo ad nos illapſum eſſe, ſed alienam perſonam diu non tulerunt. Eremi *enim noſtræ paupertatem faſtidientes, ad car- nes* Aegyptias *reſpexerunt, moxq; ad ingenium redie runt, ut plerique, in primo aditu redeundi ſibi pote- ſtatem fieri, moleſtiſsimè exigerent.* Hoc *quum rei fru mentariæ difficultas impediret, ægrè retenti ſunt: ſed uicti moræ tædio, ita ſe geſſerunt, ut quam de eo- rum aduentu uoluptatem imbiberam, maxima animi molleſtia repellerem.* In *eorum religione tribus po- tiſsimum rebus offendi.* Eucharistiam *omni prorſus diuinitate, diuiniq; corporis præſentia ſpoliabant, ne terrenum* Elementum *honore afficerent.* Tradebant *animas ſuas carnem* Domini, *fide, ſed ſeorſum à ſacra mento manducare, ſimul ac eorum corpora pane* Eu- *chariſtiæ ueſcerentur.* Ab *ea ſententia me abduxit uerbum* Domini, Hoc *eſt corpus meum.* Tandem *ubi eam rem multis uerbis triuiſſemus,* Miniſter *ſcripto no bis affirmare non dubitauit, ab eſu diuinæ carnis arce ri corpora, quòd ſſ es æternæ uitæ animas, non cor- pora ſpectaret:* Hoc *probare nec potui.* Ab *hac opi- nione huc deſcenderunt, ut carni* Chriſti *diuinitatem negauerint: in* Chriſto *duas naturas diſtinctas & ſdi ferentes conſtituentes, quarum priuatim rationem ha beri oporteret, ne qui coniunctum* Chriſtum *adoraret i creaturæ diuinum honorem exhiberet:* Atq; *huc ſe* Mi *niſter* Richerus *incitauit, ut affirmaret* Chriſtum *in* Deo Patre, *non in humana carne adorandum.* Addi-

 dit,

dit, illum uiuos & mortuos non iudicaturum, ſed Deū *Patrem in Filij perſona ad iudicium appariturū. Multis uerborum præſtigijs has inſanias defendit, quas his libris impugnauimus.* De *prædeſtinatione non magis in eorum ſententia conquieui: Aſſerebant* Iudam *non potuiſſe Chriſtum non prodere, in eam rem prædeſtinatum, uti* Paulus *non potuerit* Euangelium *non prædicare, huic miniſterio à* Deo *præfinitus.* His *de cauſis ab eorum ſchola me continui ac ſubduxi.* Huc *etiam acceſsit eorum uitæ teſtimonium:* Ex *eorum religione quidam per uim ſororis ſuæ filio, ſtuprum intulit: is Miniſtro delatus ac conuictus, certæ piperis menſuræ pretio, fuit abſolutus.* Et *ne maleficium pœna ſequeretur, impetrauit, ne ea res ad me deferretur, ſed naui quam emittebam, ſtuprator ac ſtuprum paſſus aueherentur,* Præfecto *nauis hoc probante: Quum de religione tam male inter nos conueniret, antequam res in extremam diſcordiam deducerentur, communi ſententia ſtatueramus, ut pios uiros de rebus controuerſis conſuleremus.* Interim *his de rebus, in concionibus taceret* Richerus, *ne ſuorum animos ad contentionem inclinatos, incitaret, & incenderet, ſatis haberet in mandatis* Domini *plebem confirmare.* Hac *re conſilio conſtituta, contentionis exitus, in proximum nauium reditum reiectus fuerat:* Aliquanto *poſt tempore, una forte nauis ad portum noſtrum appulit: tum illi cum nauis inſtitore pacta mercede, per ſuum ducem* Pontanum, *de profectionis ſuæ uenia me ſollicitant, hac lege ut niſi paruiſſem, poſtulatis uim ſe admoturum oſtēderet.*

deret. Cum neque precibus, neq; monitis, eos à propoſito reuocare poſſem, & ſi mihi ualde erat incommodum in tanto Barbaræ gentis periculo deſeri, arcemq; noſtram adhuc infirmam, præſidio deſtitui, aſſenſi poſtulatis. Facta poteſtate, illi ſe in uillam noſtram contulerunt, ut rei frumentariæ commodius ſtuderent, qua in re tres menſes inſumpſerunt. Ea quantum eremi exiguitas ferre potuit, comparata, mari ſe commiſerunt: Sub profectionem, Pontanus clam cum noſtris colloquutus, oſtendit ſe iniquo erga me animo eſſe, ſibiq; ualde dolere, quòd per ſuam iniuriam Euangelium abieciſſem, eiusq; amplectendi libertatem noſtris eripuiſſem, ueruntamen eius publicãdi occaſionem à me protrahi, non auferri poſſe. in eam rem ſe habere parata remedia: Proficiſci, non quòd negotio deeſſe uellet, ſed ut eo munitus præſidio rediret, quo me poſſet cogere, ad præſcriptum Eccleſiæ, imperata facere. Aeſtu doloris imprudens in arcanorum conſiliorum euulgationem corripitur, hoc præcipuè, quòd ſuarum partium eum eſſe ſperaret apud quem uerba faceret: oſtendit ex noſtro numero ſupereſſe paucos, quos à me animis non auertiſſet: eos omnes ubi rediiſſet, à me deſecturos, & ad eum tranſituros. Præterea plerique apoſtatæ ad infideles transfugerant, qui iam longa gentis conſuetudine, linguam eorum patriam didicerãt. Hos omnes docet in ſuam religionem adductos, quorum opera ad Barbaros ſibi conciliandos (ſi res exigeret) in meam perniciem uti poſſet. His rebus ſumma ſolertia prouiſis, nihil ſupereſſe, niſi ut ſibi ſecundum curſum

 ſum

ſum Deus *præſtaret* : Hoc *ſi obtineret, decē menſium ſpatium ad conficiendum negotium ſatis eſſe*. *Quum profectionis inſtaret tempus, quam ſpem de ſe clā pau cis excitauerat, publicè ac palam confirmat: atq; quos à ſuis partibus eſſe confideret, precatur ne animo defi ciant, neu prauis concionibus ab* Euangelio *ſe deduci patiantur* : His *de rebus, poſt nauis profectionem cer tior factus ſum*. Viginti *poſt dies, ex eorum numero quinque, ſcapha reuehuntur, quorum tres monachi fuerant*. His *uiſis, eorum ſubijt animum meum recor= datio, quæ* Pontanus *effutiuerat: tumque ſerio omnia ab illo pronuntiata fuiſſe mihi perſuaſi: hos ergo ueni re iuſſi, ut intelligerem, quo conſilio reuerſi eſſent*: Expoſuerunt, *uitium in naui deprehenſum eſſe, atque à periculo non longe eam abeſſe, ea ſe re deterritos re uertiſſe*. Quomodo *(inquam) præ cæteris uos affecit metus, nauisq; periculo extitit?* Quum *frigidis quibuſ= dam uerborum nubibus, animum ſuum occultarent, doli mihi mouere ſuſpicionem*: Coniectura *præſenſi quòd temporis progreſſus detexit*, Pontanum *ueri= tum, ne quos à me animo auerterat, propter ſuam ab ſentiā ad ſanitatē reducerē, hos miſiſſe, ut illos in offi= cio continerent*. Tum *ex his quæſiui, cur ſe ad nos re cepiſſet, quos ſcirent tanto interuallo ab eis religione diſtare?* Oblique *reſpondentibus edixi, ne committe= rent, ut de eis queri poſſem, ſi apud nos manere ſtu= tuiſſent à clandeſtinis colloquijs, atque doctrinæ ſuæ traditionibus abſtinerent*. Triduo *tamen poſt de defe= ctione cœperunt cum noſtris nonnullis inire conſilia,*

quòd

quòd ſibi per me religioni operam dare non liceret: & oſtendere ſibi aliquo ſecedendum eſſe,ubi nullo impedimento facere id poſſent: Magis Deo quam hominibus morem gerendum, multaq; mihi de religione probra obiectabant. Hæc mihi per domeſticos delata ſunt. Erat magni periculi res, eam licentiam, atque animi à nobis alienationem inueteraſcere, hoſtiumq; recentes copias operiri, huc præcipue re noſtra iam adducta,ut noſtrorum pleriq; ſpe libertatis, Pontani cauſæ ſtuderẽt. Ea re cognita cũ nobis nulla eſſet nauis, qua in Franciam remitti poſſent, ne contagionis periculũ aleretur ac ſerperet latius,cauſa cognita, de monachis ſupplicium ſumpſimus,quorum animus facinore pollutus, ſanari non poſſe uideretur, reliquos conſeruauimus. Præter eos,quos in Franciam reuexit Pontanus, pleriq; ſuperfuere qui Caluinianam religionem ſequerentur. Hos (quum ad rebellionem ac ſeditionem minimè ſpectarent) ab omni damno protex'mus,quamuis ex eis emerſerint, qui ſe à publicis precibus auerterent, eaſq; damnarent, quod eum concionis morem ab humana inſtitutione, in religionem intromiſſum eſſe contra uerbum Domini contenderent iubentis, ut oraturi in conclaue ſecedant, occluſoq; orent hoſtio. Hos, ne fidem publicam læderemus,incolumes domum remiſimus. Hæc eſt crudelitas,cuius infamiam ſuſtineo. A uitioſæ nauis calumnia, quam re frumentaria uacuam ſe à me coactos conſcendere peruulgarunt, hæc res me tibi Chriſtiane lector purgare poteſt, quòd illi,nauium noſtrarum aduentum operiri noluerint: quòd ſuo arbi

trio rem frumentariam expediuerint, quòd nauis imperio meo minimè pareret, pacta cum inſtitore mercede delati ſint: meis ſtipendijs minimè nautæ mererent, unde intelligi poteſt, nautas tam manifeſto periculo ſe commiſſuros non fuiſſe, ſi tali uitio laboraſſet nauis. Sed cum ad leuitatis ſuæ excuſationem, ueritate niti non poßent, ad mendacium profugerunt, per meam abſentiam locum huic relictum iri exiſtimantes. Vale.

ILLVSTRISS. ANNÆ

DVCI MOMORENTIO,

REGIS CHRISTIANISSIMI

Comiti ſtabili, N. Villagagno. S. & P.

EXEVNT *hæreſes quarum nomine, in animi tui offenſionẽ me incurriſſe ſignificaſti: ſi tantum apud te noſtra hæc diligentia ualebit, ut quam de me prauis quorundam delationibus opinionem conceperis, ex animo tuo eijcias, non exiguum me fructum tuliſse iudicabo: ſpero ſaltem ut ut res ceciderit, me conſequuturum, ut Chriſtianæ Eccleſiæ teſtimonio eſse poſsit, me à Chriſti religione, in Atheiſmum (cuius apud te ſum inſimulatus) non eſse conuerſum: ſatis enim præ ſe fert hæc noſtra confeſsio, a quo ſpiritu egreſsa ſit. Illi ſe in hanc libertatem uẽdicarunt, ut qui ab eis diſsideat, aut diſsentiat, hunc Atheiſmi deferant, uisq; ſcriptis afficiant. Suo ergo uti iure, ſed me contaminare, aut animum meum frangere non potuerunt homines ad maledicendum nati: Quum intelligerent propter ſuæ religionis compertam a me uanitatem, ſuos Miniſtros expulſos fuiſse, ne abſenti mihi, nefarias eorum blaſphemias efferenti, fides haberetur, con uitijs ac maledictis in nomen meum irruperunt: ſuis*

artibus

artibus in hominum odium uocauerunt, atque ferocibus minis proſecuti ſunt, ut uano metu ad ſilentiū me comprimerent, aut a cauſæ meæ defenſione morarentur. Sed ægrè fit, ut homo qui per omnem ætatem integritati uitæ ſtuduerit, uano metu ab exiſtimationis defenſione deterreatur: illi meum ſtudium ſuis illis con uitijs potius excitauerunt, quam repreſſerunt: Edidi quæ de eorum moribus doctrinaque, inquirendo exprimere potuerim, ſi me in crimen hac de re uocare uelint, atque delationis rationem repoſcere, locum tutum, diemque noſtræ dicant controuerſiæ, & faciam ut intelligas, congreſſus copiam eis per me non defuturam: his ſane inſtructis armis prodibo, ut non ſolum ab impietatis, criminiſque ſuſpicione me liberem, ſed potius ut quicquid egerim, de Repub. bene meritus eſſe uidear. Quoniam ea ratio, inſtituto uitæ meæ dignior eſſe mihi uiſa eſt, quàm muliebribus conuitijs ac querelis, animi dolorem rependere ac ſolari: aut ſcholaſticis ſcriptis, ac declamationibus tempus terere, Geneuenſes epiſtola interpellaui, ut tibi oſtendam me, pro hac noſtra cauſa tuenda, omne periculum, non minori alacritate inire paratum eſſe, quam unquam tuo ductu, Regis in prælia inire cognoueris: Atque ut hæc ex animo a me pronunciari intelligas, ſpondeo, ſi uel ſolo indicio perſpectum habuero, te aliquid amplius quam quod præſtiterim, a me deſiderare, ei negotio me non defuturum, Nunc exponam cur a prouincia noſtra reuerſus, conſpectum tuum declinauerim: intellexi quam expoſuimus tibi de nobis

opinionem

opinionem illatam eſſe, eamque in animo tuo penitus inſediſſe. Quo intellecto, re, tibi prius me purgandum eſſe exiſtimaui, quam uerbis excuſationem ullam texere, non ignorans quid apud te autoritatis nactura eſſet uerborum excuſatio. Vale.

MAGISTRATVI GENEVENSI

N. Villagagno. S. & P.

CALVINI, *ueſtroque nomine Petrus Richerus Carmelitanus frater, ad eremum noſtram peruenit, ut in ueſtra nos religione inſtitueret.* Huic propter *ſummam urbis ueſtræ ac præceptoris auctoritatem, legationis conficiendæ poteſtatem fecimus. Accepta poteſtate, nihil omnino eorum prætermiſit, quæ ad officij ſui perfectionem pertinerent, magno ſtudio primum, ad animos noſtros, catholica religione ſoluendos incubuit: deinde ueſtram religionẽ arte maxima inculcauit, quumque ſibi opera non perire uideretur, Religionis ſumma capita collegit, nobiſque memoriæ mandanda dedit, quibus expeditior ad ſummam eruditionem uia ſterneretur :* Huc omnes *ingenij uires impenderat, ne quid ad opus abſolutiſſimum nobis deeſſet, ab imis commentariorum Caluinianorum medullis theſaurum reconditum effodiens. Ne tamen indignis peruia hæc eſſent, quibuſdam uerborum inuolucris & paradoxis ſententias obuoluerat : hoc factum animum meum incendit ueritatis inueſtigandæ cupiditate : Cœpi ſingula quæque excutere, ac quan-*

tum

tum ingenio conſequi potui, rimari, ſi poſſem ueritatem elicere: tantumq; inſtando, excutiendo, & agitando promoui, ut in abditiſſimas traditionum ueſtrarum latebras irruperim, atque ſacratiſſimas ideas attigerim. Hic ſanctiſſimæ traditionis eius fuit exitus, ut omnis ueſtra de Chriſto ſpes, & fides, in opinionum phantaſias reſolui probaretur: has (inſtar Platonicarum) ideas ſacer ille myſtes appellabat. Ad doctrinæ ſacroſanctæ probationem, ſacramento Cœnæ ueſtræ utebatur: hoc duabus ſpeciebus conſiſtere prædicans, una interiori, exteriori altera: interiorem, realitatem quandam intellectualem, non corpoream eſſe docebat, quã fide percipiatis, ut ſi Chriſtum paſſum, & a morte exuſcitatum, uobis offerri, ſicq; hunc haurire credatis, ita habeat, alioqui, nihil præter panem purum manducetis. Addebat eam ueſtram intellectualem ſumptionem, à uobis diſtributionem corporis ſancti nuncupari, non quòd fieret motus aliquis diſtributionis, hoc enim Papiſticum ac Lutheranicum inuentum eſſe, qui ſub ſpecie panis, ſibi reuera corpus diſtribui docuerunt: ſed quoniam fide, ſine ullo motu, uitam perinde manducetis, ac ſi uobis diſtributionis reuera motus acciderit, diſtribui aſſeuerabat: Omnem ideo doctrinæ ueſtræ ueritatem in affectiones ac intentiones à uobis cogi & redigi prædicabat, resq; externas omnes ſigna eſſe ἀδιαφορά, quæ (ceu res nullius uſus) nullo periculo omitti poſſe uideantur. Chriſtum inſuper ipſum in ſpiritu adorari non in carne, ne terrenum elementum adoretur: Denique cum in ſolo intellectu ac credulitate,

te, ueſtra omnia poſita ſint, animas ſolas ad æternitatis manducationem uocari, eisq; ſpem reſurrectionis proponi, non corporibus. Hæc deliria nobis maximas turbas excitarunt; & quò accuratius diſputarentur, eo ſe magis doctrinæ uanitas aperiebat. Quamobrem ad libros Caluinianos profugimus, ut his de rebus eius ſententiam perſpectam haberemus: ſed inuenimus non alio eius doctrinam quam ad ideas ſpectare, quamuis alijs uerbis, ac orationis ornatu uario, ſententiam ſuã condiret: Quare ſumma animi offenſione ueſtram eam doctrinam expuli; iudicans ad Marcionis ac Valentini inſaniam, aut Atheiſmum, ſub Chriſti perſona, recta contendere. Atque faciendum eſſe mihi putaui, ut Eccleſiam Chriſtianam harum rerum facerem participem, ut infirmi, laqueos ueſtræ traditionis, detracto fuco uitarent. Præterea ut ſcripta noſtra calumniæ minus paterent, conſtitui in Franciam me conferre, meq; aliquo recipere, quo tuto his de rebus ueſtro cum Legato ageremus, fideiq; cauſa Richeri ſcripturam ederemus: tamq; alte in animo meo hoc conſilium inſidet, ut nullis rationibus ab eo deduci me patiar: In uobis ergo poſitum eſt, ut negotium conficiatur: Video Franciam eſſe uobis ſuſpectam. Conſtituite locum aliquem oportunum (à ueſtra tamen religione regioneq; alienum,) quò ego & liberè ac tuto me conferre poßim. Hoc ſi feceritis ac fide publica, ut eo poßim nullo periculo peruenire: uobis de me ſpondeo, quàm citißimè fieri poterit, eo me profecturum: hac lege, ut ſi calumniæ conuictus fuero, dedar uobis in id ſupplicij genus,

nus,quod in me ſtatuere uolueritis. H*æc mihi ad ueritatem cauſæ noſtræ exprimendã,uia expeditiſſima uiſa eſt,* N*am ſcribẽdi nullus futurus eſt exitus, nec ad ſcribendum mihi eſt otium, qui rei militari,& longinquiſſimæ regioni addictus ſum.* R*icheri ſcripta proferam, eiusq́; ſequutus exemplum omnem noſtram reliquam contentionem in articulos concludam,quos ſi ſcripturæ teſtimoniis* C*aluinus aut qui mecum ueſtro nomine congredietur infirmarit, qua parte erunt infirmandi, aut alteram in partem confirmauerit, citra ullam exceptionem propoſitum obtineat, alioqui* E*ccleſiæ noſtræ iudicio permittatur.* P*aucis expenſis negotium confici poſſe exiſtimaui, ſi duos ſuarum partium, qualeſcunq; uoluerit ſecum adduxerit, duos ego, duoſque expenſis communibus ex* E*ccleſia* G*ermanica accerſamus: quos penes cauſæ noſtræq́; ſit contentionis arbitrium, præſitq́; princeps ille aut magiſtratus, in cuius fidem ac præſidium conueniemus.* R*eſponſum ueſtrum* P*ariſiis ad ædes* L*ateranenſes quadraginta dies operiar,* 8. I*dus* I*ulij.* 1 5 6 0.

ARTICVLI A PETRO RICHERO CARMELITANO FRATRE, IN FRANCIA Antarctica ſcripto traditi.

PANIS Cœnæ Dominicæ, eſt nobis ſignum oblationis Corporis Ieſu Chriſti pro nobis, ad cuius communionē neceſſaria eſt fides.

Chriſtus ſe realiter exhibet & non corporaliter, per Cœnæ communionē, alendo nos proprio corpore, cuius participationem defluere in nos facit virtute Spiritus ſancti, in nobis adimplēdo, quod figurat Sacramentum, ſed talis præſentia non eſt pani alligata, nec incluſa in pane, ſed dependet ex Chriſti promiſſo uirtute verbi ſui.

Veritas ſigno coniuncta eſt, ſigni non habito reſpectū, ſed promiſſionis verbo factæ, cuius uirtute panis eſt corpus Chriſti per metonymiam vt veritas ſigno coniuncta ſit quatenus ei reſpondet.

Veritas huius Sacramenti Cœnæ complementū eſt eius rei, quæ ſigno figuratur & ſignificatur, in quantum Ieſus Chriſtus propriæ ſubſtantiæ ſuæ nos facit participes, vt ſecum nos vniat ceu capiti membra, hoc faciens nutrit animas, non corpora, quamuis hoc Sacramentum arra ſit reſurrectionis corporum noſtrorū.

Per Cœnam ſe Chriſtus realiter diſtribuit, quia nos vitam è carne ſua ſemel in ſacrificium oblata haurire facit: ſed imaginari nō decet hunc ſe corporaliter exhibere, fieriq; ullam ſubſtantiæ cum noſtra mixturam, aut localiter de cœlo deſcendere: nam ſecundum naturam ac menſuram humani corporis, certam habet in cælo menſuram,

menſuram, ibique corporaliter comprehenditur, hoc tamen non impedit quominus ſe realiter distribuat, vti ex eo à ſole exemplum ſumi poteſt.

Proinde non imaginandum eſt, Spiritum eius à corpore ſeparari, ſed è contrario corpori coniunctum eſſe: imaginaria enim res eſt, hunc in cœlo viuentem eſſe, ad dexteram Patris ſedentem, eiuſque Spiritum ab eo ſeparari.

Conſequenter facile comprehendi poteſt in cælo eſſe veritatem: nam veritatis complementum à ſigno viſibili non dependet, ſed à Ieſu Chriſto per ſuum Spiritum promiſſa complendo.

Quantum ad conſecrationem attinet, non imaginandum eſt hanc fieri incantationibus, aut Magorum coniurationibus, quaſi ſufficeret verba ſuper creaturas inſenſibiles murmuraſſe, ſed hoc fit per pręcedentem prædicationem, quæ ſuum effectum ſortitur, & efficaciam ſuam in corda auditorum afferendo, panem diſcernendo conformiter ſecundum verbum, & ab alio pane diſtinguendo, & hunc alio fine recipiendo, quàm panem alium communem: vnde ſequitur fragméta panis, quæ verbo diſtincta nec ſeparata fuerunt, panem communẽ remanere, & deliramentum plus quàm puerile eſt, cogitare huius reliquias fieri oportere.

In ſumma hoc ſacramentum duabus ſpeciebus conſiſtit, una viſibili, altera inuiſibili, ab inuicem diſtinctis & differentibus, quamuis per verbi efficaciam vna ad alteram referatur.

Species habet accidentia pro obiecto, non ſubſtantiam rei.

Species inuiſibilis eſt res ſignificata per ſignum, quæ ideo dicitur ſpecies, quòd reſpondeat ſigno: proinde hæc ſpecies non diſtinguitur contra genus, ſed ſumitur pro re externa, quæ obiicitur oculis.

Facile eſt intelligere Chriſtum ſe realiter diſtribuere, ſed non corporaliter: quia omnis realitas non importat rem corporalem, nec materialem: vti apparet

de anima,quæ in corpore eſt realiter, ſed non corporaliter. Similiter hæc diſtributio ſubſtantiæ corporis Chriſti,ſe facit realiter,non corporaliter: quia non data eſt pro nutrimento corporeo, ſed ſpirituali, aliter non eſſet ſacramentum.

PETRI FALSILLAEI DE QVIBVSdam Richeri reſponſis fides.

Die 27 Decembris 1557. quum ſe Pontanus ac Richerus ad re- i ū compararent,ego Petrus Falſilleus ad Richerum Miniſtrum, à Villagagnone miſſus ſum, vt trium propoſitionum,quas ad illū miſerat exſcriptas, ſolutionem acciperem.

Prima earum hæc eſt.

In ſumma hoc ſacramentum duabus ſpeciebus conſiſtit, vna viſibili,altera inuiſibili, ab inuicem differentibus, quamuis propter efficaciam verbi, vna ad alteram referatur.

Huic vt ſatisfaceret,quū ex eo quæſiuiſſem quomodo has duas ſpecies intelligeret, & quis inter antiquos ſic loquutus eſſet:reſpondit has ſpecies intelligi poſſe, vti ſuas ideas Platonici intellexerant: Præterea ſibi uideri Auguſtinum, Tomo nono his vocibus vſum eſſe, hoſque eſſe in ſchola Sorboniana terminos cōmunes: Non (inquam) Auguſtinum agnoſco ſic loquutū, ſed dixiſſe ſacramentum ſpecie viſibili, reque inuiſibili, Carne & ſanguine Domini conſiſtere, Inſuper quum Sorboniana ſchola ſpecierū meminit,panis ac vini ſpecies intelligit. Ille verò,in vno ſubiecto duas illas ſpecies comprehendi ſe intelligere replicauit.

Secunda propoſitio. Species habet accidentia pro obiecto non autem ſubſtantiam rei: Species inuiſibilis eſt res ſignificata per ſignum,quæ ideo dicitur ſpecies,quòd reſpondeat ſigno: Proinde hæc ſpecies non diſtinguitur contra genus, ſed ſumitur pro re externa quæ obiicitur oculis.

Hunc

Hunc rogaui vt exponeret, quomodo ſpeciem inui ſibilem intelligeret: an Corpus Domini ſpeciem eſſe vellet? Huic reſpondit hanc non poſſe niſi humano in genio comprehendi: eamque ipſam, promiſſionis complementum his eſſe, qui vere ſacramentum reciperent.

Tertia propoſitio. Facile eſt intelligere Chriſtum ſe realiter diſtribuere, ſed non corporaliter: Quia omnis realitas non importat rem corporalem nec materialem: uti apparet de anima: quæ eſt in corpore realiter, & non corporaliter. Similiter hæc diſtributio ſubſtantiæ Corporis Chriſti ſe facit realiter, ſed non corporaliter: quia non data eſt pro nutrimento corporali, ſed ſpirituali, aliter non eſſet ſacramentum.

Quæſiui qui fieri poſſet, vt ſe realiter ſed non corporaliter diſtribueret? Hoc (inquit) debet intelligi, uti Logici de intentionibus & affectionibus intelligant. Deinde in hunc locum deuenimus, vti de anima apparet, quæ eſt in corpore realiter, ſed non corporaliter. Hoc (inquit) intelligitur uti de Angelis.

Præterea quid intelligeret de ſubſtantiæ Corporis Ieſu Chriſti diſtributione rogatur. Hoc eſt (inquit) quòd Ieſus Chriſtus in cœlo ſedens, operatione Spiritus ſancti, ſui ipſius nos facit participes: promiſſiones implendo, quas fecit ſacramentum inſtituens, & hac participatione nos Corpus Domini ſpiritualiter manducamus.

Inſuper de hoc verbo, quia non data eſt pro cibo corporum, quid diceret, interrogatus reſpondit: quia ſpes vitæ non eſt corporum, ſed animarum.

His finitis propoſitionibus, ex eo quæſiui, quare in precibus confeſſionem primi Concilii Nicæni recitare nollet: Reſpondit minimè illi imperatum fuiſſe, nec ſcire vllos adeſſe Arrianos: præterea tametſi illi imperatum fuiſſet, ſe non obtemperaturum, quia Eccleſiæ ſuæ hic vſus non eſſet.

Præterea interrogatus, cur in precibus non diceret?

Gloria patri & filio,& ſpiritui ſancto,ſicut erat in prin cipio & nunc,& ſemper.noluit reſpondere. Inſtare cœpi,ac quærere,cur ſaltem non diceret : qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus : quod ab antiquis,huc vſque in Eccleſia decantatum fuit:quod nec Caluinus ipſe in ſuis precibus aliquādo dicere dubitauit? Reſpondit ſe potuiſſe dicere,ſi monitus fuiſſet. Tā dem oſtēdi Villagagnonem de eo queri plurimū, quòd nunquam preces vllas Ieſu Chriſto dirigere voluiſſet : quamuis ab ætate Apoſtolorum in hunc vſque diē,hūc inuocare Eccleſia non deſtitiſſet : Nec ignorare poſſet Stephanum illum inuocaſſe : Item in Anglia Spiritui ſancto preces ab Eccleſia dirigi. Ad hæc reſpondit,ſcire ſe Stephanum oraſſe Chriſtum,nec malum ſibi videri Chriſtum orare: ſed qui dixerit neceſſario hunc orādum,hæreticum eſſe:& licet illi imperatum fuiſſet, affirmauit ſe morem non geſturum fuiſſe. Hæc eius reſponſa,eo præſente,ac ſpectante,& dictante excepi : in cuius rei fidem,Hæc manu propria exſcripſi, ac ſignaui. Octauo die Iunii. 1 5 5 0.

SVMMA CAPITVM Librorum præcedentium.

LIBRI PRIMI.

PAnem non oblatum oblationis corporis Ieſu Chriſti ſignum eſſe nõ poſſe,oſtenditur cap.1 pag.1
Manducatione non effici Euchariſtiæ Sacramentum cap.2 pag.2
Communicantes non ali corpore Domini per communionem, ſed in communione per manducationem cap.3 4
De communione cap.4 4
Participationem corporis Domini non euenire Spiritus Sancti defluuio:ſed manducatione ca.5 5
Carnem Chriſti à Spiritu non traduci, aut inſpirari. cap.6. 6
Sacramentum non poſſe influuium diuinæ carnis figurare: nec ſi figuraretur, huius rei complementum eſſe cap.7 6
Manna à Caluini Euchariſtia non differre.ca.8 7
Non poſſe exhibitionem corporis ſacramento figurari, quin ſacramentum veritatem continet ca 9 8
An corpus Domini ſacramento exhibeatur,ſi eius negetur præſen.ca.10 9
Panis à communi ſolo vſu differens corpus Domini natura diuinum non poſſe figurare c.11 10
An vſu,nõ natura panis in Cœna ſanctificetur.c.12.10
An præſentia corporis Chriſti in Cœna dependeat à Chriſti promiſſo,quamuis Euchariſtia eſſe diuinitate vacua creditur ca.13 12
Eos non poſſe fructum corporis pro nobis corporaliter crucifixi capere,qui hoc realiter tantum, & non

corporaliter recipiant c. 14 11

Corpus non eſſe pani coniunctum, ſi diuinitas à pane excluſa ſit ca. 15 13

An corpus diuinum correſpõdeat pani diuinitate prorſus vacuo ca. 16 14

An neceſſaria ſit virtus altiſſimi omnipotentis ad nuncupandum panem metonymicè ca. 17 14

Panem ante conſecrationem exemplar eſſe membrorum Chriſti corporalium: poſt conſecrationem corpus ipſum ca. 18 15

Non eſſe neceſſariam conſecrationem, vt panis corpus Domini myſticum ſignificet c. 19 16

An panis corpus Domini figurare poſſit, ſi corporis fieri participem, ipſomet pane figuretur ca. 20 17

Si hoc Chriſti homines alantur corpore animas ſolas ali non poſſe c. 21 17

Si animæ alantur ſolæ corpore Domini, non corpora, imaginariam eſſe manducationem c. 22 18

Fidem tam eſſe neceſſariam, quam manducationem, ne vita manducata pereat. c. 23 19

Probatur ex Hylario vnum nos effici cum Chriſto naturaliter, per ſacramenti manducationem c. 24 20

Oſtenditur poſt nubium diſcuſſionem, aduentumq; lucis, nunc propter neceſſarium Domini mandatum, in Spiritu & veritate exequi oportere, quòd in vmbris & Spiritu Patres præſtiterunt c. 25 22

Manducari ſpiritualiter, non fide ſola, aut Spiritu oportere ca. 26 25

Si hic ſit finis alimenti diuini, vt manducantem, vniat Chriſto, ceu capiti membra: ali corpora, nõ animas ſolas ca. 27 27

Si Spiritu tantum manducetur Chriſtus, Spiritus eſſe cum eo copulam non corporis c. 28 27

Si animæ ſolæ Chriſti alantur carne, eas in carnem mutari oportere c. 29. 27

Exemplo vxoris & mariti ſubſtantiarum communione, Eccleſiam vnum cũ Chriſto fieri corpus c. 30. 28

Si

Si ad animas ſolas pertinebat corporis Domini manducatio, ad homines manducãdi præceptum fruſtra directum fuiſſe c.31 29
Ab animæ & corporis communione cibum hominis, non animæ ſolius ſed vtrique proprium probari capit.32 29
Corpus manducantis in animam ſuam, corporis diuini ſubſtantiam non transfundere, ſi ea ſubſtantia careat panis, atque in pane non inſit diuinitas c.33. 30
An Chriſtus realiter ſe per Cœnã exhibeat, cum eius negetur præſentia.ca.34 31
Cum beneficium redemptionis ad hominem reſpiciat cui peccatum imputatur: corpus eius à manducatione arceri non deberi c.35 31
Noſtram reſurrectionẽ debere intelligi ſecundũ Chriſti reſurrectionem c.36 32
An corpus æternitatis gloria fruiturum ſit, animæ prærogatiua & communione an verbi Dei beneficio. cap.37 32
Si animæ prærogatiua victura ſint corpora, eius peccato hæc etiam interitura c.38 33
A Cœna ad mortem Chriſti non reiectos fuiſſe Apoſtolos ca.39 34
Si Apoſtoli ad mortem à Cœna reiecti ſint, quomodo in Cœna ſacrificii participes fuiſſe potuerint. capitul.40 34
An oblatio hoſtiæ in ſacrificium, & huius hoſtiæ mactatio, vna & eadem res fuiſſe potuerit c.41 34
Ante ſolennes preces, & oblationem Pontificem ſecũdum legem ſacrificare non potuiſſe c.42 35
An ſe obtuliſſe dicitur Dominus, quòd obuiã ierit proditori c.43 35
Nouum teſtamentum ſine ſanguine fieri non potuiſſe, neque credendum eſſe in parte figuræ pro peccato à Domino ſatisfactum, in parte non ſatisfactum fuiſſe ca.44 36
Si Cœna nouum teſtamentum nõ fuerit, nullum fuiſſe nouum

nouum teſtamentum conſtitutum c.45 37
An hæc uox(eſt)apud Lucam & Paulum nouum teſtamentum ſignificet.c.46 38
Si apud Matthæũ & Marcum (eſt) Sanguinẽ ſignificet apud Lucã non poſſe teſtamentũ ſignificare c.47.38
Potum ſanguinis in Cœna aſperſioni ſanguinis veteris teſtamenti merito reſpondere c.48 38
Si manducatio ſit opus fidei impoſſibile eſt Apoſtolos manducaſſe c.49 39
Ab exemplo aſperſionis veteris teſtamenti ad emundationem carnis,Paulum conſcientiarum emundationem teſtamenti noui ſanguine,probare ca.50 40
Chriſtum legem non impleuiſſe, niſi ſanguinem ſuam in ſancta ante mortem intulerit c.51 41
Quomodo ſe Chriſtus pro nobis ſanctificauit, & quid ſanctificare ſignificet c.52 42
Apoſtolos potu ſanguinis in Cœna ſãctificatos,ac purgatos, ſed in cruce redemptos c. 53 44
Teſtamento dimitti peccata c.54 46
Ieſum Chriſtum ita demum ſacrificium fuiſſe, ſi ante holocauſtum cum precibus ſui corporis oblationem fecerit ca.55 47
Oſtenditur Chriſtus holocauſti verius, quàm oblationis uicem expleuiſſe.ca. 56 48
Omnes poſt beatum Petrum ſacrificii mentionem feciſſe ca.57 50
Probatur eo modo ſacrificio Eccleſiã à principio vſum fuiſſe,quem hodie obſeruat Eccleſia.c.58 50
Non amplius nobis Cœnam prodeſſe quam Apoſtolis ca.59 52
Si Spiritus ſancti irradiatione corpus Chriſti traducatur,nõ ad mortẽ Domini Apoſtolos amãdari debuiſſe,ſed ad diẽ quo Spiritũ ſanctũ acceperunt c. 60.53
Oſtenditur Apoſtolos Cœnæ aut paſſionis tempore nondum Spiritum ſanctum accepiſſe c.61 53
Peccare ſolis ſimilitudinem ad probandam Chriſti carnis traductionem,Spiritus irradiatione c.62 54

Preces

Preces diuinæ anaphoræ & conſecrationis, incantamẽta non redolere c.63 55
Oſtenditur panis ſacer fieri non poſſe niſi ſolenni benedictione c.64 55
Fidem verbis Domini adhiberi nõ poſſe niſi verba pronuncientur ca.65 56
Si diſtinctione & fide ſumentis fit panis ſacer, diabolicum eſſe oportere, quem diabolicus & hæreticus diſtinguit ca.66 57
Quem locum verbum tenuit in conceptionis ſacramẽto, hunc in conſecratione tenere c.67 58
Benedictionem qua vſus eſt Dominus, non poſſe aliõ quàm ad Euchariſtiam referri c.68 58
Conſecrationis religionem à temporibus Apoſtolorum ſemper obſeruatam fuiſſe c. 69 60
Euchariſtiam abſentibus ab Eccleſiæ exordio delatam fuiſſe c.70 63
Cuiuſmodi ſpeciem corpus Domini eſſe intelligãt Richerocaluiniani, & quid de corporum expectatione crediderint ca.71 65
Vnde Richerus putauerit corpus Chriſti reale eſſe, & non corporale ca.72 66
De mixtura calicis, deq; Chriſmatis virtute in baptiſmo quid tradiderint Caluiniani c.73 67
Probatur cõtinens & perpetuus miſcendi calicis, & vnctionis vſus in baptiſmo ca.74 67
Traditiones ſuas non ſcriptas Paulum obſeruari iuſſiſſe ca.75 71
Tertulliani de non ſcriptis traditionibus obſeruandis teſtimonium ca.76 71
Romanæ Eccleſiæ de Euchariſtia religionis authorem præter Apoſtolos reperiri non poſſe ca. 77 73
Irenæi de ſacrificio miſſæ ſententia c.78 73
Caluinianos ad verbum Domini addidiſſe, non Eccleſiæ Epiſcopos ca.79 75
Patres Eccleſiæ ſuam ſententiam diuinæ non prætuliſſe cap.80 75

Eccle-

Eccleſiam inuiſibilem viſibilibus ſacracramentis vſam non fuiſſe ca.81 77
Sine ſemine aut traduce non potuiſſe Caluinianam doctrinam, ſi vera ſit, ad hæc tempora propagari. capit.82 77
Error Caluinianorum, corporis Chriſti adorationem negantium ca. 83 78
Si Chriſtus adoretur Caluiniani diuinitatem ab humanitate diſtingui oportere docuerunt c. 84 80
Chriſtum mundum non iudicaturum, ſed Patrem in Filii perſona affirmant Caluiniani c.85 80
Deum in Filio redemptionem feciſſe, atque propterea mundum iudicaturum tradiderunt Caluiniani. cap. 86 81
Deum in perſona Filii in iudicium non appariturũ ex Auguſtini auctoritate c.87 83
Reprehenditur Caluiana verſio ca.17
Actorum in iudicii mentione ca. 88 84
In Eccleſia neminem auctoritate excellere contendũt Caluiniani ca. 89 86
Plures ſacramentariorum ſectæ inter Caluinianos. cap.90 87
Nonnulli ex Caluinianis preces publicas reſpuunt. cap.91 88

LIBRI SECVNDI.

EX Caluiniana circunciſionis ſimilitudine manducationem Euchariſtiæ, non ipſam Euchariſtiam debere vitæ ſignum eſſe cap.1 91
A corporis fractione metonymiam Caluini im pugnari ca.2 92
Ab ipſa Caluiniana ſimilitudine probatur corpus Domini in Cœna non eſſe ſignificatum ca.3 93
Confirmationis nomen figuræ corporis Domini non conuenire ca.4 97
Panem teſtimonium aut teſtem non eſſe confirmationis,

nis,& corporis Chriſti figuram ca.5 97
Euchariſtiam panem dici quamuis ſola ſpecie tenus panis exiſtat ca.6 98
Sacramenti Euchariſtia & baptiſmi non eandem eſſe rationem ca.7 100
Non eandem penitus eſse rationem ſacramenti in genere, quæ eſt ſacramenti in ſpecie ca.8 100
Euchariſtiam re cœleſti ac ſignata non poſse conſiſtere, ſi extra Euchariſtiam eſse illa conſiderantur. cap.9 102
Noſtram gratiarum actionem figuram eſse non poſse; ſed ueritatis corpus ca.10 103
Cœnam futuri beneficii confirmationem eſſe nō poſſe cap.11 105
Manducationem agni immaculati,& azymi panis figuram eſse non poſse ca. 12 106
Panem exemplar membrorum Chriſti corporalium eſſe cap.13 107
Panis puri ſubſtantiam eſse non poſse imaginem diuini corporis ca.14 107
Probatur nomen imaginis pani non conuenire capitul.15 109
Duabus rebus conſtare manducationem vitæ æternæ; cibo corporis,& opere fidei ca.16 109
Qui traductionem carnis diuinæ à Spiritu fieri fateatur: hunc carnem eſse verè cibum negaturum capit.17 111
Qui infideli carnis manducationem negauerit, ab eo iudicium manducari poſse etiam negabit c.18. 111
Si panis ſignum ſit vitæ homini fideli eſse itidem ſignū iudicii infideli debere ca.19 112
Omnes Apoſtolos eodem cibo à Ieſu Chriſto paſtos eſse ca.20 112
Si Euchariſtia infideli iudicii ſignum ſit, notam aliquā apponi debere,ut intelligatur quando mortis & quādo uitæ ſignum ſit.ca.21 113
Si diſtinctione panis ſacer fuerit ſecundum Caluinianos,

nos,infideli Euchariſtiam ſacram eſse non poſse. cap.22 113
Si Euchariſtia diuino corpore vacua, teſtimonium ſit manducationis,hanc corpus non offerre ca.23 114
Seorſum ab Euchariſtia diuinum corpus offerri omnino non poſse ca.24 114
Si Spiritualis animæ ſit receptio,ſed diſtributio realis fuerit,aliter recipi quam oblatū ſit corpus c.25. 115
Animarum non eſse factum mentionem,cum manducandæ carnis præceptum fieret c.26 116
Si præſcripna à Domino carnis ſuæ mãducatio, ad animam,non ad corpus ſpectaſset, hoc a Domino expreſsum fuiſse c.27 116
Quum unum,& una de re præceptū fuerit, peccare qui rem à Domino vnitam ſeparant c.28 117
Chriſtum eſse vere cibum quoquomodo edatur uel nō edatur ca.29 118
Vere manducare dicitur,qui nec verius,nec melius mãducare poſſit c.30 118
Sicuti totus Chriſtus in homine manducante manſuſurus eſt,ita totus homo in eo manſurus, & ideo totus manducaturus ca.31 119
Sine manducatione corporis diuini non fieri eius in aliquo manſionem ca.32 120
Eo modo quo à Patre miſsus eſt Filius,hunc manducari oportere ca.33 120
Sanguinem effuſum in remiſſionem peccatorum bibi oportere ca.34 122
Si ſola anima bibat, hanc peccati ream conſtitui debere ca.35 122
Cum corporis ſit redemptio redēptionis cibum ad corpus redemptum ſpectare ca.36 123
Cum per Adam mors in hominem totum peruaſerit, per Chriſtum in totum hominem vitam peruenire. cap.37 133
Quum morti naturali viuificatio opponatur,falſo hãc animæ tribui ca.38 134

Repre-

Reprehenditur Caluinus docens ſigni vitæ communionem;non ipſam vitam, corpori reſurrectionem daturam cap.39 134

Si ſignum vitam corpori daturum eſset: nõ debuiſse dici Spiritus viuificans,vel qui viuificat,ſed ſignum uiuificans ca.40 135

Spiritum ſanctum pignus eſse immortalitatis, non fruſtulum panis ca.41 136

Qui à neceſſitate manducationis excuſentur c.42. 136

Chriſtum nõ eo modo Baptiſmo exhiberi,quo in Cœna exhibeatur ca.43 139

Baptiſmo nos complantari ſimilitudini mortis ac reſurrectionis Domini, vt amplius non ſeruiamus peccato:In Cœna autem effici corpus ipſum c.44. 140

Ex Baptiſmo Chriſti noſtrum Baptiſmũ metiri oportere cap.45 142

Cœnam Baptiſmi confirmationem non eſse c.46. 143

Cur repetitis actionibus ſacramentum corporis à nobis iteretur ca.47 143

Doctrinam viuificantis Spiritus carni viuificationis facultatem non eripere ca.48 144

Nos eſse complantatos ſimilitudini mortis Domini, non inſitos in mortis ſimilitudinem c.49 147

Non uerum eſse nihil à nobis requiri vt Chriſto inſeramur ca.50 148

An fides efficiat vt Chriſti caro ſit viuifica ca.51 149

Si naturæ carnis noſtræ in Chriſti naturam tranſitione,nequitia extinguatur,fieri non poſse quin libertatis deprauatio extincta ſit c.52 150

Carnem Chriſti,natura ac decreti neceſsitate mortalem non fuiſse,quæ peccato contaminata non fuerit cap.53 151

Ab Adami creationis exemplo Chriſti natiuitatem à mortis neceſſitate immunem fuiſse c.54 153

Chriſtum non mortuum fuiſse quod naturæ neceſſitate mortalis fuerit,ſed quòd mori voluerit c.55. 154

Chriſtum peccata noſtra ad crucem tuliſse, nõ quòd is natu-

natura eſset pollutus,ſed eo modo, quo Hircus pontificis imprecatione pollutus, peccata populi deferret in ſolitudinem c. 56 156
Carnem Chriſti eſse uitæ facultate præditam & uiuificam cap.57 158
Vitæ eſsentiam, noſtræ carni uerè & reipſa ſeorſum à carne Chriſti dari nobis non poſse, quin ſoluatur Chriſtus ca.58 159
Chriſtum in carne adorandum eſse ca.59 161
Panis ſimilitudine probari ſeorſum à corpore Chriſti carnem conſiderari non poſse ca.60 161
Eo modo carnem Chriſti in ſe uitam habere, quo Adami caro in ſe mortem habuerit c. 61 162
Si Adami caro non fuerit canalis, nec Chriſti carnem vitæ canalem eſse poſse c.62 164
Quemadmodũ mors Adami citra carnem eius ad nos peruenire non potuit,ſic ſeorſum à carne,uitã Chriſti in nos infundi non poſse ca.63 165
Carnem Chriſti ad viuificandum non minorem habere facultatem quàm ad iudicium habeat c.64 166
Ieſum Chriſtum non eſse nobis ſecũdam vitæ cauſam eumque cauſam non habere quum ante omnes cauſas genitus ſit,Patri coæqualis & conſubſtantialis. cap.65 168
Si Adamus ſecunda mortis cauſa uobis nõ fuerit,Chriſtum ſecundam vitæ cauſam non eſse c.66 170

LIBRI TERTII.

SI uetus teſtamentum ſanguine confectum exemplar noui fuerit, falſum eſse Apoſtolos in nouo teſtamento ſanguinem non bibiſse ca.1 171
Si uinum fuerit quod in Cœna biberunt Apoſtoli nulla in re nouum teſtamentum veteri reſpondere. cap.2 172
Si in cruce tantum, non etiam nouo teſtamento celebrando ſe obtulit Dominus, oblationem contra legem

gem factam eſſe, cum tunc eſſet peccatis noſtris maculatus ca.3 173
Si calix teſtamentum quem biberunt Apoſtoli figura fuit ſanguinis, non ſolum legem violauit Dominus ſed nouis figuris teſtamentum cumulauit c.4 174
Nihil eſſe differentiæ inter teſtamentum calicem, & teſtamentum in ſanguine ca.5 175
Creaturas inſenſibiles à Chriſto citra ſuam iniuriam fuiſſe benedictas ca.6 178
Ab ipſius doctrina Caluini probari neceſſariò, Chriſtum in Cœna corpus ſuum obtulíſſe, atq; ſacrificiū id eſt, miſſam priuatam approbari ca.7 180
Corpus Ieſu Chriſti hominibus nō offerri, ſed nec diſtribui niſi ſub ſpeciebus ca. 8 182
Ex pronominum natura demonſtrari corpus Domini Apoſtolis porrectum fuiſſe manducandum nō eius figuram ca.9 184
Apoſtolos faciendi corporis & ſanguinis, atque offerendi, à Domino mandatum habuiſſe c.10 185
Totius diſpēſationis ſalutis noſtræ memoriam in Cœna celebrari c.11 187
De ſanguinis effectione mortiſque nunciatione capitul.12 188
Si panis quem frangimus corporis Domini figura ſit, hunc non poſſe corporis eſſe participationem, ſed figuræ ca.13 190
Panem non magis participationis corporis figuram eſſe poſſe, quàm ſimus vnius panis figura, de vno edentes pane ca.14 191
Corporis participationem per metonymiam pro ipſo corpore vocari ca.15 193
Cibum & poculum gratiarum actionis & benedictionis nomen ſortiri per metonymiam, quod vi benedictionis immutentur c.16 194
Corporis participationem pro effectu capi non poſſe cap.17 194
Per fidem hominis ſolam abſque corporeo miniſterio

nos in Chriſti carnem conuerti non poſse. capit. 18. 195
Irenæus docet corpora, non animas ali carne & ſangui ne Domini c.19 198
Quomodo intelligi debeat Irenæi de Euchariſtia ſententia c.20 198
Verbum Domini citra carnem verbi, manducari non poſse ca.21 199
Si Euchariſtiæ ſubſtantia non tranſeat in diuinam, eam tribus rebus conſtare c.22 199
Panem in quo gratiæ actæ ſunt: eſse corpus Domini. cap.23 200
Offerri Deo corpus Ieſu Chriſti ab Eccleſia iuſsu Domini ca.24 201
Ab Apoſtolicarum Eccleſiarum obſeruatione ſacrificium Eccleſiæ probari c.25 203
Quod Tertulliani teſtimonio non bene vtantur Caluiniani ad ſuam doctrinam c.26 204
De veteris teſtamenti figura Tertullianum loquutum eſse, non de Euchariſtia c.27 205
Calum nominatiuum pro ablatiuo abſoluto à Caluinianis vſurpari in ſententia Tertulliani c.28. 206
Nouum teſtamẽtum ſanguine Chriſti obſignatum docet Tertullianus, atque ſanguinem in vino cõſecrari ca.29 206
Carnem nutriri corpore Domini docere Tertullianũ. cap.30 207
Si ſpiritualiter & non corporaliter Chriſtus editur, eũ paſſum eſſe ſpiritualiter c.31 208
Fruſtra Caluinum Cypriani teſtimonium citaſſe. capit.32 208
Granorum contuſorum reali commixtione, non ſpirituali, realem ſubſtantiæ noſtræ cum Chriſto mixturam realiter ſignificari c.33 209
Oſtenditur de ſacrificio corporis Dũi Cypriani ſententia ca.34 209
Panis trãſubſtãciatio ex Cypriano probatur c.35. 213

Non

Non poſſe naturam panis inuiſibilem,& ſimplicem, in corporis Domini ſacramentum tranſire; cum ſacramentum compoſitum ſit & viſibile c.36 215
Si natura panis pro virtute accipiatur,non pro ſubſtantia,non debuiſſe dici in carnem,ſed in carnis virtutẽ ac naturam mutari c.37 217
Si ſubſtantia panis non mutetur, ſed ſolum ſignificet, verbi omnipotentiam eſſe ſuperfluam ca.38 218
Quomodo panis figura diuini corporis eſſe intelligatur ca. 39 219
Diuinam eſſentiam ſacramentaliter infundi non poſſe, quamuis ſacramentaliter latere poſſit c.40 220
Si Caluiniana ſimilitudo locum habeat, neceſſariò ſacramentaliter diuinitatem in Chriſto non corporaliter inhabitare c.41 221
Vini probatur tranſubſtantiatio ex D. Cypriano. cap.42 222
Auguſtini ſententia à Caluino corrupta de ſacramentorum ſimilitudine c.43 223
Si Auguſtinus Euchariſtiæ negaſſet diuinitatem, hunc non dixiſſe eos peccare,qui Euchariſtiam non adorant ca.44 225
Loci diui Chryſoſtomi in Matthæum contra orthodoxos à Caluinianis citati explicatio c.45 227
Loci quibus manifeſtè Chryſoſtomus corpus & ſanguinem Domini fieri in Cœna,non ſignificari, approbat ca.46 228
Diui Hieronymi de corpore & ſãguine Domini in Euchariſtia ſententia ca.47 230
Epiſcoporum ſcripta nos interpretari oportere non ex noſtro iudicio,ſed religionis obſeruatione,ſecundũ quam populi inſtituerentur ca.48 232
De Gelaſii ſententia à Caluino aduerſus Eccleſiã vſurpata ca.49 233
Non ita coniungi corpus ſacramento,vti natura humana diuinę iuncta eſt in Chriſti perſona, niſi ſubſtantialiter ſub panis ſpecie ſit corpus c.50 237

In quo differat incarnationis à conſecratione myſterium ca.51 239
Accidentia ſine ſubiecto in Euchariſtia, à mãna Euchariſtiæ figura probari c.52 241
Non mirum videri debere finitam corporis diuini ſubſtantiam plurima vno tempore occupare loca. capit.53 242
Si Gelaſius in ea ſententia fuerit, quam fingit Caluinus, erraſſe omnes Epiſcopos, qui ante illũ fuerint. cap.54 243
Si panis Cœnę à corpore Domini ſit natura diſparatus an poſſit per ſignificationem de hac qualitate neceſſaria, quod pro vobis datur, prædicare ca.55 245
Diſparatum per ſignificationem de altero non prædicare, quin huius neceſſarias qualitates & naturam prædicet ca.56 246
Diuini Euchariſtiæ operis à manna probatio c.57.247
Niſi Euchariſtia ſuperſubſtãtiale ſit opus, de ea nõ poſſe manna per ſignificationem prædicare c.58. 248
A pronominum natura ac proprietate probari panem quem frangimus & corpus non eſſe diſparata. capit.59 350

FINIS.

AD ARTICVLOS CALVINIANAE,

De ſacramento euchariſtiæ traditionis, ab eius miniſtris in Francia Antarctica euulgatæ, reſponſiones.

PER NICOLAVM VILLAGAGNOnem *Equitem Rhodium.*

Ad Eccleſiam Chriſtianam.

Panis cænæ Dominicæ nobis eſt ſignum oblationis corporis Ieſu Chriſti pro nobis, ad cuius communionem neceſſaria eſt fides. *Art. 1.*

Panem non oblatum, oblationis corporis Ieſu Chriſti ſignum eſſe non poſſe, oſtenditur. *Cap. 1.*

HAec propoſitio magnum mihi negotium exhibuit, interiorem oblationis ſignificationem introſpicienti. Oblatio enim nomen eſt verbale, motum & offerentis actionem ſignificans: panis autem non eſt motus ſed materia, quæ ad motum nullam proportionem aut rationem habere poteſt. Quamobrem falſum eſt ſi propriè oblationem intellexerimus, huius ſignum eſſe panem, Si verò oblationem non pro motu, ſed pro oblata paſſaque Chriſti ſubſtantia per metonymiam ſumpſerimus, & panem huius ſignum eſſe Richerus docuerit, in

maiorem errorem incidet. Nam panis natura eſt im, tibilis, quę naturam Chriſti patibilem ſignificare nō poterit. Quoquò ergo ſe vertat Richerus, non vita bit ignorantiæ ſuſpicionem dicens, *Panem cœnæ ſuæ oblationis Ieſu Chriſti ſignum eſſe.*

Si præceptorem ſuum ſequutus à panis analogia ſimilitudinē duxiſſet, atque docuiſſet ſic nos corpore Chriſti verè & non indignè manducato, nutriri ad æternitatem, vti ad tempus pane paſcimur, ferendus eſſet, ſed à Chriſti doctrina diſcederet. Is enim corpus ſuum porrigens non quidem alimenti ſed oblationis rationē habuit, dicens, « Hoc eſt corpus meum quod pro vobis da- « tur, non corpus quod vos alit.

Præterea mirum eſt cum in cœna panem Deo non offerant, & maxima animi contentione inficientur ſe in cœna Chriſtū obtuliſſe, illum docere nullam panis oblationem Ieſu Chriſti nō etiam oblati ſignum eſſe. Proinde cum in primo ad tuam Caluine doctrinam aditu tam grauiter offenderit, coniecturam cœpi, eum oſtendere nobis voluiſſe, quam ſpem de totius doctrinæ veſtræ traditione concipere debeamus.

Art. 2. *Dominus Ieſus per cœnæ communionem, ſe diſtribuit realiter, ſed non corporaliter, alendo nos proprio corpore, cuius participationem facit in nos defluere virtute ſpiritus ſancti, in nobis implendo quod figurat ſacramentum, ſed talis præſentia non eſt alligata pani, nec incluſa in pane, ſed dependet ex Chriſti promiſſo, in virtute verbi ſui,*

Manducatione non effici euchariſtiæ ſacramentum. cap. 2.

HVius viri opinionem bene cognitam non habui donec ab eius fratribus hæc mihi fuerit explicata. Cum dicit *Per cœnæ communionem ſe Chriſtum exhibere*, docere vult extra panis manducationem nullum eſſe ſacramentum & in eſu hoc ſacramentum penitus conſiſtere, perficiq; manducatione, ſicut ablutione Baptiſmi Sacramentū perficitur: quo ſophiſmate adductos

Caluinia-

Caluinianos ſtatuere comperi, Euchariſtiam quæ in eo rum qui vita excedunt viaticum aſſeruatur, merum ido lum eſſe: eaq́ue opinione multos auerſos eſſe. Illam expugnemus.

Certum eſt Baptiſmi ſacramentum in actione omnino conſiſtere, hoc enim ipſa Baptiſmi etymologia comprobat. Nā Baptiſmus eſt lauationis actio, nō eſt aqua. Quamobrem incorporeum eſſe Sacramentum neceſſe eſt. At Euchariſtia, corporis eſt ſacramentum non actionis. Panis enim noſter vi diuini verbi immutatus non deſinit eſſe ſubſtantia, nō enim expirat in actionem. Quare tantum à Baptiſmo differt hoc Sacramentum, quantum inter actionem & corpus diſcriminis intercedit.

Si Euchariſtię manducatio & non ipſa Euchariſtia Sacramentum eſſet, manducationis ad Baptiſmum ratio ſubſiſteret, ceu actionis ad actionem: ſed nemo omnium dixit manducationem eſſe Sacramentum. Præterea notandum eſt ea actione qua Baptiſmi Sacramentum conficitur, ipſa eadem ſimul & Sacramenti gratiam conferri, nam ſimulac lauatur cutis, accipitur gratia. Baptiſo te, inquit ſacerdos.

At Euchariſtiæ longa alia eſt ratio, ea quidem actione qua fit Sacramentum, vt putà benedictione, uerborumq́ue pronunciatione, communionis gratia non tribuitur, ſed ſola id fit manducatione. Hinc euenit, ut quā uis non manducetur Euchariſtia, hęc tamen non deſinat veritatis eſſe corpus, ſed ne fruſtrà corpus effectum ſit, ſupereſt vt manducetur, ad gratiam communionis obtinendam. Quamobrem corporis effectioni manducatio neceſſariò ſuccedit. Ex quibus rebus apparet, cōmunione, id eſt, ſacrificii manducatione, non fieri Sacramentū, aut, vt docet Richerus, corporis exhibitionem, ſed vi diuini verbi exhibitum corpus, ad communionis beneficium manducatur. Deniq; non ſicut in Baptiſmo quod videtur eſt, nam videtur eſſe panis quod corpus eſt Domini: ſed quod agitur, eſt & creditur, fit enim conſecratio, quæ verè eſt opuſque Dei..

Communicantes non ali corpore domini per communionem, ſed in communione per manducationem. *Cap.* 3.

IN eodem errore verſatur docens, communicantes paſci per corporis communionem. Paulus enim panis, & corporis manducatione, de eo communicari docet. Ergo communicantes, ali corporis manducatione potius ſunt dicendi, quàm communione, quæ quidē eſt manducationis effectus.

De communione. *Cap.* 4.

VT nos ab hac euoluas difficultate, diſpiciamus vnde nomen ducat communio: hinc euenire mihi videtur, quod fiat inter plures. Nam vnius, nō poſſet eſſe communio: inſuper rei alicuius oportet eſſe communionem. Ergo quum inter ſe multi in cœna cōmunicant, hi tibi Richere, homines erunt vel animæ: qua autem de re hos inter ſe communicare cenſebis? num de pane? nam panem, corporis tui cibum eſſe conſtituis: animæ diuini corporis ſubſtantiam attribuens: hoc tibi donemus: corpora inter ſe de pane com-
1. Cori. municent: animæ de Chriſti corpore: tantum vt Pauli
10. " ſententiā huc conferamus: Quoniam, inquit multi vnus
" panis, vnum corpus ſumus, omnes quidem de vno pane
" participamus: Hæc plana, nuda, atque aperta eſt ſententia: Omnes qui de vno pane participamus, ſumus vnus panis, qui panis? num is de quo interceſſerit participatio, cuius fractio communicatio eſt? is ſanè eſt ſecundū Pauli ſententiam. Ex eius enim participatione, è multis perſonis intercedit vnius panis & corporis effectio. Is autem ſit, ſecundum te, panis ſubſtantia, non caro Domini: Aut falſa eſt Pauli ſententia, aut in ipſam eādem panis ſubſtantiam, quæ ab hominibus manducata ſit, corpus tuum conuertetur, & anima in corpus Domini redigetur. Vide quàm aliena ſit à Paulo hæc traditio: Neſci-

tis,inquit:quoniam corpora veſtra membra ſunt Chri-
ſti? Igitur nec animæ Chriſti corpus eſse poſſunt, cum
id corporis præſtetur,nec corpora panis effici:ſed neceſ-
ſe eſt vt homines plures,corpus Chriſti ſub panis ſpecie
in alimentum inſumentes,de eo inter ſe communican-
tes,id ipſum corpus efficiantur,nec panis, cibus ad eam
rem eſse debet,niſi quantum panis effigiem gerat. Nūc
à priori ſententia, ſe Richerus inclinat in commentum
aliud,poſt corporis mentionem ſubiungit,*Cuius participationem facit in uos defluere virtute ſpiritus ſancti.*

Participationem corporis Domini non euenire ſpiritus ſancti defluuio: ſed manducatione. *Cap. 5.*

HIc participationis defluxus, mira me afficit admiratione:defluere res nulla poteſt,quæ vacet ſubſtantia:participatio autem non eſt ſubſtātia, ſed participantis motus:ergo non defluit is motus:quū motu defluuium perficiatur. Quòd ſi Richerus ſumpſerit participationem motumq; pro re motui ſubiecta,id eſt, corpore Domini cuius fit participatio, in tuam Caluine reprehenſionem incurret:tibi enim ſunt ridiculi,qui putent Chriſti carnem in animam communicantis infundi, aut defluere. Vnde patet falſam eſſe Richeri propoſitionem.

Vos ad euertendam Eccleſiæ de Euchariſtia religionem,ab humanis præcipuè ſenſibus, arma mutuari ſoletis. Hinc euenit vt tranſubſtantiationem abegeritis, quod veſtram intelligentiam ſuperet: vtq; nihil quod naturæ humaniſque ſenſibus repugnare videatur, de ea credi oportere ſtatueritis: attamen hoc inauditum, ac ſtupendum carnis vel participationis defluuium, nobis Eccleſiæ tuæ nomine obtrudit tuus Eccleſiaſtes:ſed non ſentit ſe ſibi reſiſtere. Nam ſi participatio nobis obueniat Spiritus defluuio,definet eſſe per cœnæ communionem, uti anteà docuit:aut per fractionem ac diſtributionem cibi benedictionis,ut docet Paulus. Influxus enim

carnis, aut eius participationis, nihil habet cum mandu catione commune: non enim comeditur caro ſi defluit, agit enim qui mãducat, patitur autem qui defluuium ſuſcipit: ſed ex præſcripto Domini capi & manducari debet caro, ab eo qui uitam habere uelit. Accipite, inquit,
« & manducate.
«

Carnem Chriſti à ſpiritu non traduci, aut inſpirari. Cap. 6.

VAlentinus ueſtri autor defluuij, ineptè minus inſaniebat, quàm tuus Eccleſiaſtes, umbra quadam obtegabat ſuum defluuium: Somniauerat Chriſti carnem cœleſtem, uentre Mariæ uirginis defluxiſſe, uelut aqua canalibus effluit. Sed Richerus ſuis uerborũ præſtigiis, nihil obducit, præter uirtutem Spiritus ſancti, non exponit tamen, cur Chriſto, ad hoc defluuium faciendum, Spiritus ſancti opera neceſſaria fuerit. Nam Spiritus ſanctus, uim & uirtutem ſuam in nobis aliter exercere non ſolet, quàm ſecũdum propriam naturam, id eſt, ſpiritualiter uiuificando, & inſpirando, ut quum
« facta carnis, opera Spiritus mortificauerimus, ſpiritua-
« les effecti, in Chriſto Domino noſtro uiuamus, isque
« in nobis uiuat. Legimus à Chriſto mitti ad nos Spiritũ ſanctum, non autem carnem, aut carnis participationẽ in nos traduci, aut inſpirari à Spiritu, aut Spiritum carnis inſtrumentum effici, quum caro ſit Spiritus organum.

Sacramentum non poſſe influuium diuinæ carnis figurare: nec ſi figuraretur, huius rei complementum eſſe Cap. 7.

POſtquam Doctor hic reuerendus expoſuit dominum efficere, ut per cœnam, uirtute Spiritus ſancti, in uos diuina caro defluat, adiungit, *implendo quod figurat ſacramentum*. Sed tam alienum ab influuio eſſe ſacramentum intelligo: ut à me ratio iniri non potuerit, qua huius uiri boni excuſem uanitatem. Quum animum

animum meum diu exercuiſſem ſcrutando, quid in ſacramento reperiri poſsit, quod cum influuio comparatum hoc figuret? ubi nihil ſuccurriſſet, tui me ſubiit Caluine recordatio. *Suades, in cœna animas ueſtras uerè paſci corpore Domini: eiuſque rei panem eſſe uobis figuram.* Ex hoc coniecturam feci, Doctorem Petrum hoc ipſum tradere uoluiſſe: ſed alieno loco defluuium ſubrogaſſe: Hoc autem docere uoluerit: Quomodo ingenio aſſequemur, animas per panem uerè paſci corporis Domini ſubſtātia, ſi huius actionis, aut rei figura ſit panis? Quum animæ paſcuntur per cœnæ cōmunionem, ſi re uera paſcantur, uerum eſſe ſuum cibum non negabitis, ſiq; uerus ſit cibus, quomodo huius cibi figura eſſe poterit? Non enim figura eſt ſimul, & figuræ complementum.

Manna à caluini euchariſtia non differre Cap. 8.

Poterimus tamen, & hoc illi tribuere, ut ſe manifeſtioris uanitatis inſimulet, aſſentior ut calix figura ſit, ſi tamen Lucam appellare nobis licuerit. Hic „
eſt, inquit, calix nouum teſtamentum: Nihil diſcriminis „
inter nouum teſtamentum, & poculi ſacramentum interponit. Tibi autem Richere, calix figura eſt: ergo in figura, non in ueritate, nouum uobis teſtamentum Deus Chriſtus conſtituit: ergo uetera non tranſiuerunt, omnia non ſunt facta noua. Audiamus de hoc Ioannem in *Ioan. 19.*
Cœna loquentem: Ecce iam palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Scilicet qui palam loquebatur, figu- „
ra cœnam celebraturus? manducationem, quæ in remiſ- „
ſionem peccatorum eſt, in prouerbiis docturus? In figu- „
ra figuris finem facturus? Cæterum dic nobis cuius rei uini tui potus figura ſit? *Participationis*, inquis, *ſanguinis Domini*: ita ſit. *Impletur*, inquis, *figura ſi fidem habueris*, Impleatur: ergo è uino fit ſanguinis participatio, uinumque in ſanguinem mutatur ueritatis præſentia, & figuræ complemēto. Quid ad hæc dicemus? Rurſus expone. Cuius rei mannæ manducatio fuerit figura? num eiuſdem „

" participationis? Patres ueſtri (inquit Paulus) omnes ſub
" nube fuerunt: eandem omnes eſcam ſpiritualem in nu-
" be manducarunt, eundem potum ſpiritualem biberunt:
" Cuius ergo rei, aquæ è petra effluentis potus fuit figu-
ra? ſi & eius poculi, de quo fide in Cœna bibimus figura
ſit: non uerum eſt umbris mannæ & aquæ euchariſtiam
Ioan. 6. noſtram præcellere. Sed audi Chriſtum. Non Moſes de-
" dit uobis panem de cælo uerum: ſed pater meus dat uo-
" bis panem de cælo uerum. Attamen hoc Caluino di-
" ſplicet: huic enim non uerior Cœnæ panis eſt, quàm
manna: non uerior euchariſtiæ potus, quàm aquæ deſer
ti. Non ergo uerum eſt, illarum umbrarum Cœnam eſ-
ſe ueritatem: non uerum eſt nubem, ueritatis ac lucis ad
uentu, depulſam ac diſcuſſam eſſe: non uerum eſt à figu-
ris Cœnam differre: non uerum eſt à Ieſu Chriſto uete-
ris teſtamenti figuras impletas eſſe. Fœlicem Marcionē
qui tanto poſt tempore, tales nactus ſit patronos. Si ho-
ſtiæ ſalutaris oblatio, nouumque teſtamentum in Cœ-
na figuratum ſit: ueſtro quidem iure poteſtatis conten-
dere, eiuſdem hoſtiæ mactationem atque holocauſtum,
fuiſſe figuratum, ſic enim mortuum ſicut oblatum opor
tuit, inq; figura paſſum, qui in figura, oblationis ſuæ figu
ram expleuerit: non enim minus erat neceſſe, impleri fi
guram aſperſionis ſanguinis ueteris teſtamenti, ac obla
Leuit. 16 tionis hoſtiæ pro peccato, quam huius mactationis.

Non poſſe exhibitionem corporis ſacramento figurari, quin ſacra- mentum ueritatem contineat. *Cap. 9.*

SEd fieri poteſt, ut hanc ſacramenti figuram, ad de-fluuium (animæ cibum) Doctor non referat: ut er-go diſcamus, cuius rei figura eſſe poſſit: dogmatis uerba repetamus, & expendamus. *Per Cœnæ communionem, re uera ſe Chriſtus exhibet, alendo nos proprio corpore, implendo quod figurat ſacramentum.* Quum ſe ergo per euchariſtiam Chriſtus exhibet, adimpletur figura ſacramenti: ſed ſi impleatur, figura eſſe deſinit, & res noua eſſe cœ

dit.

pit. Hanc rem quam eſſe demõſtrabis? Debebit eſſe corporis exhibitio, ipſa enim ante complemẽtum à uobis figurabatur: ſi erit, panis eſſe deſinet, & nos huc redigetis, ut credamus ſacramentum, aut fieri corpus Domini, aut ipſum continere, nam alioqui corpus exhibere non poſſet, ſi eo ipſo eſſet uacuum. Verum ad hãc fidem hoc accedit incommodi, quòd panis ueſtri, ad corporis diuini exhibitionem, nulla ſit proportio aut ſimilitudo. Nã exhibitio, actio eſt, panis uerò materia, actioni & motui ſubiecta: cuius materiæ ad actionem, nulla eſt comparatio, uti ſuprà de oblatione docuimus. Vt enim quadret & conueniat comparatio, fieri ſolet materiæ ad materiam, ut puta panis ad corpus, & actionis ad actionẽ, ſic ergo exhibitionis ad exhibitionem, figura eſse debuit, non panis ad exhibitionem.

An corpus Domini ſacramento exhibeatur, ſi eius negetur præſentia Cap. 10.

SEd fruſtra laboramus: ſuccedens Doctoris oratio, ab hac nos conſideratione reuocat. Oſtendit, neque corpus exhiberi ſacramento, neque exhibitionem figurari.

Talis (inquit) præſentia nec adhæret pani, nec inhæret: ſed dependet ex Chriſti promiſſo, uirtute uerbi ſui. Hanc ſententiam excutiamus.

QVum diuinitatem à ſacramento excludatis, quomodo Chriſtum per ſacramentum exhiberi uobis poſse putatis? Cur pani ueſtro ſacramenti nomen imponitis? panis ab effectu, ſacramenti nomen obtinuit: ſi ergo diuinitate, reque ſacra ſit uacuus, abs re, & falsò ſacramenti nomen retinet, atque unica panis natura conſtabit ueſtrum ſacramentum, non duabus, cõtra Auguſt. &, contra corporis Chriſti rationem, duabus rebus terrena ac cœleſti conſiſtentis. *Iren. li. 5.*

Panis

Panis à communis, ſolo uſu differens, corpus Domini natura diuinum non poſſe figurare. Cap. 11.

HAec opponenti mihi reſponſum eſt. *Panem Cœnæ noſtræ, (quamuis hic à nobis diuinitate ſpolietur) hoc tamen à pane communi diſtare, quod in alium uſum à nobis manducetur, quàm communis ſicq; uſu, & diſtinctione, non natura, appellationem ſacramenti ſortiri, atque corpus Domini figurare, non eſſe aut fieri.* Hac blaſphemia, nulla maior hactenus fuit conficta. Si panis, uſu ſolo, à communi differens, corpus Domini figuret: corpus Domini, ſolo item uſu & diſtinctione, (ſi ueritas figuræ reſpondeat) non natura, diuinum eſt: ſolaq; diſtinctione, & opinione, Moyſi, Heliæ, & Ioanni Deus Chriſtus diſſimilis foret. Huc ſe
" agunt præcipites, qui ſibi plus cœteris omnibus ſapere
" uidētur: & (ut inquit Apoſtolus) inflati ſenſu carnis ſuæ,
" uolunt ambulare in religione, & ueritate angelorum,
" quam non norunt non tenentes caput, ex quo totum
" corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratur, cre-
" ſcit in augmentum Dei.

An uſu non natura panis in Cœna ſanctificetur. Cap. 12.

QVoniam nullo ſcripturæ teſtimonio, nullave Orthodoxorum authoritate oſtendis Euchariſtiā, quæ Chriſti uerbum eſt, & opus ueritatis, uſu ſolo à pane commmuni diſtare, adduci non potui, ut id mihi perſuaderem, ſed potius ex Eccleſiæ ſententia credidi, eam ſanctificationis ratione eſſe phantaſticam. Hoc ut doceam, primum ex te ſciſcitabor, qui fieri poſſe putes, & qua uirtute, ut quod natura prophanum eſt ac cōmune, vtentis fide aut opinione ſanctificetur, quòve pertineat hæc ſanctificatio? Si vſu panis ſanctus eſt, ſanctitudinem à te profectam eſſe teſtaberis: hanc autē nulli vſui tibi futuram eſſe planum eſt: ea enim non eges vt ſanctificeris, cùm tanti ſis, vt fide tua rem propha

nam

nam ſanctitate afficias. Veruntamen oſtendis, non ineſſe tibi ſanctificandi facnltatem, ſi alieno egeas ad obtinendam ſanctificationem auxilio. Quod ſi non in hanc rationem,& conditionem panis à te ſanctificetur, vt tibi prodeſſe poſſit, quam in ſpem vſu ac fide eum ſanctificas? an vt animæ tuæ ſanctitatis ſit teſtimonium? ſi ita eſt, fruſtrà eam operam impendis. Nam ſi habeat anima quod illi teſtatum cupis, abs re expoſcis huius rei teſtimonium, in ea enim, quod ei teſtatum cupis, ſitum eſt. Rurſus ſi dixeris panem, quamuis hic à vobis ſacrum nomen obtineat, non tamen intelligi ſanctum eſſe, ſed ita nuncupatum, quod pro re ſancta, à vobis inſumatur: abuſu non vſu, ſantificatus eſt: eo enim abutimini pro re ſancta, atque in Idoloſatriæ repræhenſionem incurritis, dum rem prophanam in rei ſanctæ loco, pretio, honoreque habetis. Cæterū ſi panem vſu ſolo ſanctum, in opus vel teſtimonium ſanſtitudinis veſtræ inſumpſeritis, vt exiſtimetis ſanctos effici vos huius panis mãducatione, eo ſanctitatis genere vos fieri ſanctos neceſſe eſt, quo veſtram Euchariſtiam menſi fueritis, id eſt vſu, ac diſtinctione, vos ſanctos effici, non narura, voſque vſu membra eſſe Chriſti, non natura, quod vos à reliquo hominum cœtu diſtinguatis, ac ſegregetis. Quoniam hæc tua doctrina non poteſt ſubſiſtere, atque paſſim à ſcriptoribus Eccleſiaſticis panis verbo Dei eſſe ſanctificatus doceatur, à te diſſenſi: Aput Cyprianum habetur, vbi ſceleratum os panis verbo ſanctificatus intrauit, quaſi palea ex area exſufflatus eſt, de Iuda in Cœna ſermonem faciens: Item de lapſis. Sanctificatus in ſanguine Domini potus, è pollutis viſceribus erupit, quum paulò ante dixiſſet. non ſtatim corpus Domini inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domini ſanguinem bibat. Credo ergo natura non vſu aut vtentis diſtinctione panem fieri ſanctum, vbi is verbum Domini perceperit, atque per eum naturæ nos diuinæ fieri couſortes.

In Cœna.

An præſentia corporis Chriſti in Cœna, dependeat à Chriſti promiſſione, quum Euchariſtia eſſe diuitate vacua creditur. Cap. 13.

VBi tuus hic Eccleſiaſtes negauit diuini corporis præſentiam, eius tamen exhibitionem aſſeruerit vt propoſitum aſſequatur, profugit ad Chriſti pollicitationes. *Dependet (inquit) præſentia diuini corporis in ſacramento ex Chriſti promiſſo, virtute verbi ſui.* Ergo non manducatur Chriſtus, ſed adeſt, aut intereſt Cœnæ veſtræ: quoniam futurum eſſe promiſſerit, vt quum panis ſubſtantiam viniq́ue biberitis, effecturum ſe virtute verbi ſui, vt corporis & ſanguinis eius, anima veſtra ſit particeps. E quibus tamen ſcripturis, hæc ad vos reuelatio peruenit, non indicatis. At Apoſtoli Ieſu Chriſti docuerunt futurum eſſe: vt qui manducauerit, non panem,
Ioan. 6. ſed carnem, habeat vitam æternam. Qui verò non manducauerit eius carnem, & non biberit eius ſanguinem, non habeat in ſe vitam: Vide quanto interuallo veſtrũ Euangelium à noſtro differat. Nemo hactenus, eo prorupit, vt ſe, in hunc, quem vos æditis, & peruulgatis errorem, indnceret. Commentum eſt, enatum ex hominis inimici ſemine, Eccleſiæ tam repugnans, quàm veritatis mendacium.

Eos non poſſe fructum corporis pro nobis corporaliter crucifixi capere, qui hoc realiter tantùm, & non corporaliter recipiant. Cap. 14.

HVius commenti, emerget ſua ſponte vanitas, animo contemplanti, quid enunciet Richerus docens, *Chriſtum veſtrum, ſe vobis realiter exhibere, ſed non corporaliter. manducandum ſe realiter porrigere, ſed non corporaliter.* Quæ mihi res tam noua eſt, & inaudita, vt hic homo; aut ludere, aut inſanire videatur. Hoc ſanè nec actiuè nec paſſiuè verum eſt. Vos homines reali corpore con-

re conſtatis, & corporali. Qui ergo fieri poteſt, quum manducatis, quum accipitis, vt reſpectu carnis veſtræ realiter hoc faciatis, & non corporaliter? Quomodo accidit vobis hæc rei corporis veſtri, à veſtro corpore, reuulſio, aut ſeparatio, vt reuerà manducetis, & non corporaliter? Præterea corpus veſtrum qualecunque fuerit, veſci non poteſt, niſi cibo corporeo. Quomodo ergo realiter, ſed non corporaliter, hoc à vobis aliquando paſcitur? Corpus Domini & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, noſtro corpori, (peccato excepto) non eſt diſſimile, reale eſt, & corporale. Hoc quum nos manducamus, rē corporis ab eius corpore non ſecludimus. Hoc realiter & corporaliter comedimus, edimus enim corpus pro nobis in mortem realiter, & corporaliter datū, vt mortis fructum capiamus & guſtemus: hoc ſi etiam edere vos putetis, rem corporis, ab ipſo corpore diſtinguētes, erratis, *Vt hoc realiter manducetis & non corporaliter.* nulluſque mortis & reſurrectionis fructus, inde ad vos redibit, quum res corporis eius ſine corpore mortua nō fuerit. Euangelium noſtrum, nos ita docet. Qui me manducat, viuet prepter me, me (inquit) rem corporis à corpore non diſtinguens ac ſecernens: Si realiter manducetis & non corporaliter, eo tantum modo corpus poſſidebitis, quo manducaueritis. Quid autem vobis proderit realiter poſſidere, & non corporaliter corpus, pro uobis corporaliter mortuum. *Ioan. 6.*

Doctoris paradoxum inſequens, non minus quā præcedens exhibet mihi negotij. *Veritas (inquit) ſigno coniuncta eſt, non habito ſigni reſpectu, ſed quatenus ei reſpondet.*

Corpus non eſſe pani coniunctum, ſi diuinitas à pane excluſa ſit. *Cap.* 15.

INgenii mei aciem, huc non penetrare fateor, vt aſſequar, quomodo Deus Chriſtus, ſit veſtro pani coniūctus, niſi infuſione diuinæ eſſentiæ, mutata fuerit in eius carnem panis natura, panis effigie non mutata, vt *Cypria.* quem-

Cœna. quemadmodũ in humano corpore, infuſa latebat Chriſti diuinitas, ſic ſub panis ſpecie, id eſt, ſigno, diuina lateat caro. Hoc expreſſe docet in Cœna ſua Cyprianus: Si ſecundum hanc ſentẽtiam Richerus affirmaret, ſigno veritatem eſſe coniunctam, non multum laborarẽ. Sed nõ poſſum cogitatione complecti, aut animo cõprehendere, quomodo ſigno, id eſt, pani puro, ſit diuina caro cõiuncta, ſi ſeorſum à pane hæc à vobis inſumatur ipſaque non ſit ſacramenti vera ſubſtantia. Certum eſt coniunctum dici non poſſe, quod non inhæreat, non inſint, aut adhæreat.

An corpus diuinum correſpondeat pani diuinitate prorſus vacuo. Cap. 16.

CAro Chriſti eſt diuinitate perfuſa & prædita, vt nulla ratione, aut intelligentia, ab ea diuinitas diuelli poſſit. Si enim ſeparetur, deſinet eſſe caro Chriſti, & communis oſtẽdetur. Quomodò ergo veſtro puro pani, cui ſola fides Chriſtum connectit, diuina caro reſpondeat non perſpicio: aut quomodò panis natura diuinitate prorſus carens, carnem prorſus diuinam ſignet, ac figuret. Porrò omnino neceſſe eſt, ſigni habere rationem, ſi ſigno veritatem reſpondere dixerimus. Ergo non verum eſt panem diuini corporis ſignum eſſe.

An neceſſaria ſit virtus altiſſimi, Omnipotentis, ad nuncupandum panem metonymicè. Cap. 17.

NE tamen dubitaremus, pane diuinum Chriſti corpus ſignificari, addidit Richerus. *Panem fieri corpus Domini per metonymiam, virtute verbi omnipotentis.* Hanc metonymiam, ioco, ab eo huc eſſe intromiſſam exiſtimaui, donec è tua ſchola, hanc permaneſſe compertum habuerim. Sed adhuc cognitum non habeo, cur virtutem verbi, ad eam aſciſcat, cum cuique (etiam ſtultiſſimo) ſit liberum, rem quamque alieno

no nomine nuncupare. Satis probatur, ridiculè huic loco metonymiam aptari: quum (vt diximus) carnis diuinitatem, panis ſubſtantia non poſſit oſtendere, ſimilitudo eis melius conueniret, qui à ſanctitate prorſus alieni, verborum artificio, & ſermonis elegantia, atque facundia, veritatem mendacio contaminant: quiq; im propriæ ſimilitudinis iniquitate, carnem Dei Chriſti diuinitate ſpoliant.

Panem ante conſecrationem exemplar eſſe membrorum Chriſti corporalium, poſt conſecrationem corpus ipſum, Cap. 18.

EVſtathius (ut refert Epiphanius aduerſus Gregorium Niocæſarienſem) exponens hunc prouerbiorum locum. Edite panem meum & bibite vinum quod miſcui vobis, panem (inquit) & vinum, ἀντίτυπα membrorum corporalium Chriſti prædicat. ἀντίτυπον, exemplar ſimilis formæ dici poteſt. Deinde adiungit. Ille vero ex eodem fonte hauriens, vt omnes Sacerdotij myſtæ cognoſcunt, in precatione diuinæ anaphoræ (ita Græci partem miſſæ vocant) ſic alicubi legit, confitentes nomini tuo, ſacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa Sancti corporis, & ſanguinis Chriſti tui, te precamur, & inuocamus, & quæ deinceps ſequuntur, ſententiam patrum amplius confirmant, quòd ante conſecrationem, antitypa vocauerunt, poſt conſecrationem corpus Domini. Cyprianus in Cœna, Ante verba Domini panem commu nem nutriendo tantum corpori idoneum, poſt verba corpus Domini vocat, eſſeque dicit holocauſtum, & medicamentum, ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens. Irenæus, tua ipſius confeſsione, ante, inuocationem verbi, panem communem vocat, poſt, Euchariſtiam corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quibus conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia. Emiſænus in tractatu de corpore & ſanguine Chriſti: Quando benedicendæ verbis cœleſtibus creaturæ,

2. Sinodi Nicenæ, ſeſſiõe. 6.

Cap. 9.

Ciprianus.

Irenæ. li. 4. & 5.

Emiſenus.

" turæ, altari imponuntur, antequam inuocatione diui-
" ni nominis conſecretur ſubſtantia, illic eſt panis & vi-
Auguſti. num, poſt verba autem, corpus & ſanguinis Chriſti.
" Auguſtinus de verbis Domini ſermo. 28. Memini ſer-
" monis mei, quum de ſacramentis tractarem, dixi vo-
" bis quod ante verba Chriſti, quod offertur panis dici-
" tur, vbi Chriſti verba expreſſa fuerint, iam non panis
" dicitur, ſed corpus. Ex Orthodoxis nemo hactenus huc ſe præcipitem egit, vt ſanctam Euchariſtiam, corpus Domini metonymice nuncupauerit.

Non eſſe neceſſariam conſecrationem, ut panis corpus Domini myſticum ſignificet. *Cap. 19.*

NE quippiam difficultatis, verbis Euſtathij inhæreat, quum panem communem, exemplar ſimilis formæ membrorum Chriſti corporalium appellauerit, eſt animaduertendum, hunc, ad Eccleſiam, exemplar reſcribere, quæ ex multis corporibus, in vnũ Chriſti corpus copulatur, & coaleſcit: vti ex pluribus granis contritis, & contuſis, vnus efficitur panis. Hoc elegantiſsime exponit Cyprianus, in Epiſt. 3. libri 2. neque ad eam demonſtrationem, neceſſaria eſt panis ſanctificatio. Alii exemplar panis azymi & puri, referunt ad carnem, è qua natus eſt Chriſtus, antequàm verbum caro fieret.

His rebus oſtenſis, venerandus noſter Myſtes, ſe in alienam opinionem proripit, ita ſcribens. *Veritas huius ſacramenti Cœnæ, complementum eſt eius rei, quæ per ſignum figuratur, & ſignificatur, in quantum Ieſus Chriſtus, propriæ ſubſtantiæ nos facit participes, ut nos vniat ſeu capiti membra, hoc faciens animas nutrit, non corpora, quamuis hoc ſacramentum arra ſit reſurrectionis corporum noſtrorum.*

Art. Richeri.

An panis

An panis, corpus domini figurare poſsit, ſi corporis fieri partici-pem, ipſomet pane figuretur. Cap. 20.

SVperiori dogmate, corporis diuini metonymiam didicimus, id eſt, panem ideo dici corpus, quòd hoc figuret: hic autem patefit huius propoſitionis vanitas. Oſtenditur aliquem corporis diuini fieri participem, pane ſignificari, atque hac ratione figuram impleri. Ad vtram ſententiam potius adhæreamus, non video, ſed agnoſco has inter ſe longiſſime diſcrepare, atque ſuſpicor neutram defendi poſſe. Hoc inſpiciamus. Hic fieri participem, pane figuratur, fieri autem, actio eſt, actio ergo pane figuratur, non corpus. At ſuperius, corpus cuius fieret participatio, ſignabatur. Panis verò, vtrumque ſimul figurare non poteſt: hic enim materia conſiſtit & ſubſtantia, fieri materiæ participem (vti diximus) actio eſt, non ſubſtantia: quam ob rem non quadrabit figura: nam ſubſtantia, non figurabit non ſubſtantiam, potius meo iudicio dicendum fuit, panis manducationem, eſum diuinæ carnis ſignare: Nam vtriuſque rei manducatio in actione conſiſtit: ſic panis ad corpus, manducationis huius, ad illius manducationem, ratio quædam conſtaret. Præterea ſi hæc actio, fieri Chriſti participem, figuræ ſit complementum, quum impletur figura in eam participationis actionem, panis, qui figura eſt, tranſſubſtantiatur, & deſinit eſſe panis, alioqui manet figura, nec verum eſt eam impleri. Vide quot figuras, ac veritates nobis obtenderis. Primum oblatio ſignabatur, deinde exhibitio, poſt participationis defluuium, tandem corpus, poſtremo huius fieri participem. Quarum rerum nulla, meo iudicio, vera figura eſt.

Si hoc Chriſti homines alantur corpore, animas ſolas ali non poſſe. Cap. 21.

AB hoc errore ſe incitat in voraginem è qua (niſi tu manum ei porrexeris) vix poterit enatare. *Docet Chriſtum propria uos alere ſubſtantia: ita ta-*

 men,

men, vt animas nutriat non corpora. Putaui vſque adhuc, homines vos eſſe, non animas: homines ſi ſit is, & uos aluerit Dominus propria ſubſtantia: corpora nutrit, non animas ſolas: Nam homines corporei ſunt. Atque adeo, hanc ſortiti ſunt nominationem, antequàm eſſent
Gene. 2. anima prædití. Scriptum eſt, & fecit hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Hominem autem nutriri hinc probatur. Qui manducat carnẽ meam & bibit meum ſanguinem habet vitam & ego ſuſcitabo eum in nouiſsimo Die. Homo perfectus ergo ut ſuſcitetur manducare debet.

Si animæ alantur ſolæ, corpore Domini, non corpora, imaginariam eſſe manducationem. Cap. 22.

SEd concedamus uos animas eſſe, non homines: quam inibitis nobis rationem ò animæ, vt oſtendatis, corporis Domini ſubſtantiam, à vobis vere manducari? Animarum intellectualis eſſentia, terrenam materiam non capit, non edit, non admittit: quid ergo? imaginaria & phantaſtica eſt veſtra manducatio? At (Caluine) tuis edicis, atque præcipis, tota mente vt caueant, ne hoc errore ſe induant: ſed credant, *vti caro Domini vere eſt cibus, & ſanguis eius vere eſt potus, ſic his alimentis, fideles in uitam æternam educari oportere:* perſtas tamen in hac ſententia, *cibum carnis diuinæ, eſſe ſpiritualem, & ad ſolam animam ſpectare: fideq; & intellectu, non reali manducatione manducari, veſtramq; manducationem, non eſſe aliud quàm fidei fructum, & effectum.* Sic dum imaginaris ex phantaſtica emerſiſſe manducatione, in eam ſubito relaberis, illa tua fidei manducatione. Eo namque pacto, à te non manducatur caro, ſed putatur manducari: atque in carnis locum ſupponitur fides. Hoc ſi Chriſto Domino placuiſſet, non dixiſſet, Caro mea vere eſt cibus: ſed fides in meam carnem & paſsionem. Quæro ex te ſi credendo in paſsionem Chriſti, hic à vo bis

bis comeditur: non æque etiam Patrem, & Spiritum Sanctum manducetis? creditis enim in Patrem, & Spiritum, non minus quàm in Filium.

Fidem tam eſſe neceſſariam, quàm manducationem, ne uita manducata pereat. *Cap.* 23.

NOn tibi repugnabo affirmanti, neceſſariam eſſe fidem, nobis menſam Domini adeuntibus: vt vitæ cibus, quo nutrimur, non pereat. Nam ſcriptum eſt, Qui audit ſermones meos, & crediderit in eum qui memiſit; habet vitam æternam. Item: hæc eſt autem voluntas patris mei qui miſit me: ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Proinde nolo fidem à manducatione ſecludere: ſed credo hanc æque eſſe ad ſalutem neceſſariam, atque ſit manducatio, vt vere manducetur Chriſtus. Nam (vt teſtatur Apoſtolus) qui vitæ panem comedit indigni, iudicium ſibi manducat, & bibit. Quo authore, idem Chriſtus, vni eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali, odor vitæ in vitam, alteri odor mortis in mortem, poſitus in ruina multorum. Nec definit eſſe vita & redemptio: propterea quòd huic ſit ruina. Nec (vt ſcribit Auguſt. contra Donatiſtas lib. 5. cap. 8.) malum accipiendo, ſed male accipiendo, locum in ſe Diabolo præbuit Iudas: Sic indigne quiſque ſumens Dominicum ſacramẽtum, non efficit vt quia ipſe malus ſit, malum ſit, aut quia nõ ad ſalutem accipit, nihil accipit. Corpus enim Domini, & ſanguis Domini, nihilominus etiam erat eis, quibus dicebat Apoſtolus, qui manducat indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.

Ioan. 6.

1. *Corin.* 11.

Auguſtinus.

Ne verbum credendi (quum diximus ex Ioanne omnes qui viderint filium, & crediderint, vitam habere) aliquam difficultatem pariat, audi, quomodo Irenæus hoc intellexerit: Credere, inquit, eſt voluntetem Dei facere. Voluntas autem Chriſti, verbis ſequentibus *Ireneus.*

declaratur, ego ſum panis vitæ, qui de cœlo deſcendi, vt ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuat in æternum. Rurſus qui manducat carnem meam, habet vitam, non ergo fidei prædicatione manducationem ſuſtulit aut negauit Dominus.

Probatur ex Hylario unum nos effici cũ Chriſto naturaliter, per ſacramenti manducationem. *Cap.* 24.

Hylarius lib. 8. de trinitate

HYlarius fidem, modum eſſe docet obtinendæ naturaliter vitæ: ſed Euchariſtiam ipſius vitæ ſubſtantiam habere. Hoc loco ſequenti probat: " Non pro eis tantum rogo, ſed pro eis, qui credituri ſunt " in me: Honorem quem dediſti mihi, eis dedi, ut unum " ſint, ſicut & nos unum ſumus: ego in eis tu in me, vt " ſint omnes conſumati in vnum. Is intelligit ſacramenti " manducatione, hunc Apoſtolis honorem datum fuiſſe, vt vnum carne eſſent cum ipſo naturaliter. Docemur ergo carnis communionem, re vera nobis non dari ſine carnis manducatione, quamuis baptiſmo, Spiritum ſanctum, vimque reſurrectionis, ſpiritus infuſione ſuſcepimus: Hæc ſunt eius verba. " Si enim vere " verbum caro factum eſt, & nos vere verbum carnem cibo " Dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere " in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis " noſtræ, iam inſeparabilem, ſibi homo natus aſſumpſit, " & naturam carnis ſuæ, ad naturam æternitatis, ſub ſacramenro " nobis communicandæ carnis, admiſcuit? " Quiſquis ergo naturaliter patrem in Chriſto negabit, " neget prius non naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum " ſibi ineſſe: quia in Chriſto Pater, & Chriſtus in " nobis vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnẽ " corporis noſtri, Chriſtus aſſumpſit, & vere homo ille, " qui ex Maria virgine natus fuit Chriſtus eſt, noſque vere " ſub myſterio carnem corporis ſui ſumimus, & per " hoc unum erimus, quia Pater in eo eſt, & ille in nobis, " quomodo voluntatis unitas aſſeritur, quin natura-

lis

lis per ſacramentum proprietas, perfectæ ſacramentum ſit vnitatis? Vide perfectæ ſacramentum vnitatis eſſe Vuchariſtiam: Non ergo fide ſola, perfecta fit corporis communicatio, citra ſacramentum. Paulo poſt ſubiungit: De naturali enim in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus, ſtulte atque impie dicimus, niſi ab eo dicimus. Ipſe enim ait, caro mea vere eſt eſca, & ſanguis meus vere eſt potus, qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: & hæc accepta, & hæc hauſta, id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. Paulo poſt: Quod autem in eo, per ſacramentum communicatæ carnis & ſanguinis ſimus, ipſe teſtatur dicens, & hic mundus iam me non videt, vos autem me videtis: quoniam ego viuo, & vos viuetis, quoniam ego in patre, & vos in me, & ego in vobis. Deinde qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo. Nō enim in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, eius tantum in aſſumptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit: Paulo poſt vt oſtendat, quomodo ſumi debeat, ſubiungit: perfectæ autem huius vnitatis ſacramentum ſuperius iam docuerat, dicens: ſicut me miſit pater viuens, & ego viuo per patrem, & qui me manducat, viuit per me: viuit ergo per patrem, & quo modo per patrem viuit, eodem modo per carnem eius viuemus: Omnis enim comparatio, ad intelligentiæ formam præſumitur, vt id de quo agitur, ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur: Hæc ergo vitæ noſtræ cauſa eſt, quod in nobis carnalibus, manentem per carnem Chriſtum habemus, victuris nobis per eum, ea conditione qua viuit ille per Patrem. Qui volunt plura videre legant Hylarium. lib. 8. de Trinitate.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Oſtenditur poſt nubium diſcuſſionem aduentumq; lucis, nunc propter neceſſarium Domini mandatum, in Spiritu & ueritate exequi oportere, quod in umbris & Spiritu Patres præſliterint. Cap. 25.

OStendimus ex Hylario, ſacramento communionis carnis ſolo, fidei admixto, nos carnaliter & naturaliter in nobis habere vitam manentem: quanquam Baptiſmo, Spiritum viuificantem, vimque reſurrectionis, Spiritus infuſione ſuſceperimus: Probandum ergo mihi ſupereſt, neceſſariam eſſe nobis naturalem carnis communionem. In quam rem tuæ traditionis Caluine accerſam auxilium. *Scribis neceſſario nos fieri membra Chriſti os ex eius oſſibus, carnem ex eius carne, unumq; eſſe cum Chriſto oportere, ut è noſtra, in illius naturam emigremus: ex eo viuamus, ſuccum vitæ ab eo trahentes, vti ſurculus ex radice, alioqui vitam nos conſequi non poſſe.*

Hoc tibi aſſentior. Dico ergo à te etiam doceri, carnem Chriſti naturalem, neceſſario eſſe manducandam, non fide ſolum, ſed verè ac naturaliter, vt docuit Hylarius, Cyrillus, Chryſoſtomus, & quotquot fuere vetuſti ſcriptores, cum nullum alium modum habeamus, quò eam gratiam poſt baptiſmum prolapſi aſſequamur. Huic tuæ ſententiæ veteres figuræ me confirmarunt: quas ad ſanctificationem, ac carnis emundationem, lex Patribus neceſſario præſcripſerat: Tum quidem ante veritatis aduentum, quum huius manducationem, temporis neceſſitas impediret, ſolo Spiritu, ac fide, in merito futuræ veritatis, ſanctificatio perficiebatur: Sola enim ſpe, hunc videbant quem nos videmus diem, & lætabantur: ſed poſtquam venit tempus, in quo non ſolum in Spiritu, ſed in veritate etiam adorari, ac ſibi ſacrificari voluit Deus: non amplius ſolo Spiritu, ſed ſpiritualiter, id eſt, carne & Spiritu, figuras expletas eſſe ex Chriſti decreto oportuit: tamque neceſſario perfici communicationis corporis Sacramentum:

tum: quàm Baptiſmi, ſi ſecundum tuam ſententiam, naturaliter in Chriſto nos, & eũ in nobis viuere voluerimus: carniſque noſtræ nequitiam profligare. Huic noſtræ ſẽtẽtiæ Richeriani oppoſuerunt infantes, quos hæc dicens, videmur à ſpe ſalutis excludere, quòd non habeant in ſe Chriſtum corporaliter ac naturaliter manentem. Huc & Patres adduxerunt, qui ſolo Spiritu, eſcam ſpiritualem manducarunt: ſed temporis neceſſitatem excuſationis loco illis obduxi. Addidi nec re ipſa, in veritate baptiſatos patres fuiſſe, quibus tamen baptiſmus vmbratilis, profuerit: ex eo tamen propter decretum Domini, concludi non oportere, à nobis lauacri veritatem negligi poſſe: ſic, quamuis vmbram ſolam futuri boni haberet mannæ, agniq́ue manducatio, reliquæue expiationes: ac nihilominus in veritatis futuræ merito, vmbræ iſtæ Patribus profuerunt: non poſſe tamen ſine peccato, hoſtiæ veræ manducationẽ aut Baptiſmum negligi, poſt nubem diſcuſſam, propter neceſſarium Domini mandatum: Ex quo affirmaui, aliam nobis nunc nouam, ac viuentem eſſe viam à Domino initiatam, ſanctificationiſque rationem propalatam, quàm Patribus fuiſſet, quam qui tranſgreſſus fuerit, recta ad perditionem exitiumque pergere: Quòd enim Spiritu in vmbra, ante lucis ortum ſatis erat præſtare, nunc tenebris diſcuſſis, in Spiritu & veritate exequi ac perficere nos oportere, à Chriſto edoctos eſſe. Ergo, inquiunt, aliter in Chriſti corpore manebimus, aliter Patres: ergo, inquam, & aliter lauati Patres, aliter lauamur: quid tum ſi nondum erat manducatio corporea, baptiſmuſque propoſitus ac inſtitutus: nunc autem propter temporis neceſſitatem, ac nouum Domini mandatum à figuris ad veritatis culturam tranſgreſſi, longè vberior effectus per Dei miſericordiam conferatur? Ab hoc propoſito non alienum eſſe iudicaui, quod à Tertuliano didici. Chriſtum humanam omnium perſonam geſſiſſe, eamque ob rem ſuum baptiſmum ad Adamum ipſum, omneſque ſuos filios reſpexiſſe. Si ergo Chri-

Tertulianus, de Baptiſmo.

ſti baptiſmus Patres reſpexerit, eiſque fuerit imputatus: cur non ſui eius corporis manducatio, potuſque ſanguinis, illos etiam ſpectabit, quos non voluntas, ſed magno ſuo dolore neceſſitas, à veritatis manducatio-
Irenæus. ne diſſoluit? Irenæus ſcribit Patres nunc in operibus Eccleſiæ conſequi, propter Sanctorum communionem, quod ſolo deſiderio præſtiterint: Item particeps (in-
Pſal. 118. quit Dauid) factus ſum omnium timentium te. Videmus & infantes, qui per ætatem credere non poſſunt, in fide parentum baptiſari, cur non ij etiam in fide parentum, ac Sanctorum communione, manducabunt? præſertim cum vna & eadem ſunt, cum his viris ſubſtantia, quos ex carnis & ſanguinis Chriſti ſubſtantia conſiſtere, propter diuinæ carnis manducationem, cognoſcit Eccleſia: Si credatis ſupplicio carnis Chriſti, Adamum, omnemque carnem redemptam eſſe, cur nō carnis Chriſti, ſui à ſe corporis manducatione facta ſanctificatio, non etiam retro trahetur? Quum nihil haberem, quominus id crederem, in tua ſententia conquie-
" ui: *è natura carnis noſtræ, in Chriſti naturam neceſſario emi-*
" *grari oportere, vt ex eo ſuccum vitæ trahamus, viuamus & coale-*
" *ſcamus.* At cum antiquis iudicaui, id non poſſe fide, ac
" religionis conſenſu ſolo perfici, ſed vi myſticæ benedictions ac Euchariſtiæ reuerà manducatæ, cuius miniſterio efficitur, vt vnum cum Chriſto re vera eſſe poſſumus atq; habere Sacramenti beneficio inſtituto, quod à natiuitate habeat Filius, vt cùm ipſo vnum ſimus in Deo. Intereà tamen negari non debere, nos baptiſmo Spiritum, vimque mortis ac reſurrectionis eius, conſequi: ſed Cœnam Baptiſmo ſupereſſe, vt naturaliter vitam habere (vt antea dictum eſt) poſſimus, naturalis carnis manducatione, eſſeque conſenſu, carne & Spiritu, vnum cum Chriſto, eumq; in nobis habere naturaliter manentem, quum, vt diximus, poſt acceptam batiſmi gratiam relapſi fuerimus, & à carne Chriſti per peccatum ſeparati.

Manducari ſpiritualiter, non fide ſola, aut ſpiritu oportere. *Cap. 26.*

PEccandi occaſionem captaſtis ab Auguſtino dicente, non qui premit dente, ſed corde, vitam manducare. Ita enim non carnaliter, ſed ſpiritualiter tantũ hanc manducari debere intelligitis. Dicam ergo hac de re quod ſentiam. Spiritualem manducationem non reiicio: ſed hanc intelligi debere ſecundum antiquorum religionem iudico: vt ſecundum Spiritus participationem non ſecundum carnis defraudationem, (vt inquit Irenæus) ſpiritualem cibum hominemque eſſe dixeris. Qui enim carnem excludit, & ſolo Spiritu, fide, ac animo mãducat, iam non ſpiritualiter manducat, ſed Spiritu: neq; ſpiritualis talis homo dicitur, ſed Spiritus. Quum ergo docet Auguſtinus, ſpiritualiter manducari oportere, hominis ſpiritualis manducationem ſignificat: non fidei ſolius futuram eſſe: ſicuti Paulus dixit nos eſſe ſpirituales, quum in carne non ſumus, ſed in Spiritu: non quod carnei eſſe deſierimus, ſed quia Spiritu facta carnis morficemus, ſicuti idem Paulus eos vocat azymos, qui maliciæ fermento expurgati fuerint: non ergo qui recte Auguſtinum interpretatus fuerit, fidei ſolius manducationem docebit: ſed hominis Spiritu Dei mortificati oris manducationem, eſſe Spiritualem manducationem credet. Auguſtinus enim Spiritualem manducationem prædicans, non intelligebat eo modo manducari oportere, quo Patres mãducaſſe dicitis, quum id ipſum, loco à vobic citato, reprehendat, manna, Euchariſtiæ vmbrã fuiſſe confirmans, oportuit enim, Cyrillo teſte, vt nõ ſolũ anima per Spiritum Santum, in beatam vitam aſcederet, verumetiam, vt rude, atque terreſtre hoc corpus, cognato ſibi guſtu, tactuque, & cibo, ad immortalitatem reduceretur. Vide carnis & Spiritus diſtinctum eſſe cibũ. Hoc autem (vt ſuprà demonſtrauimus) fieri non potuit antequam lux in mundum venerit: quoſt expreſſis verbis

Auguſtinus. *Ioan.6.* *Irene. lib. 6.* *Rom. 8.* *1.Corin. 5.* *Cyrillus in Ioã.*

Ioan. 6. bis Deus docet dicens: Patres veſtri manna manducaue runt in deſerto,& mortui ſunt: qui manducat hunc panem viuet in æternum. Quæ comparatio à Domino fruſtra fuiſſet vſurpata, niſi manducandi rationem diuerſam,ſicut diuerſum effectum,propoſuiſſet, vnam Spiritus,ſpiritualem alteram, id eſt,carnis & Spiritus: Inſuper fruſtra mannæ & huius manducatio, Euchariſtiam, & huius manducationem figuraſſet, niſi in manducandi ratione conuenirent. Hanc ergo Euchariſtiam, mannæ veritatem,tam verè & ſpiritualiter manducari oportere contendo, quàm vere & ſpiritualiter ad vitam à Patribus vmbra manducata ſit: quod ſi non aliter commedi velis,quàm ſub nube, id eſt, in figura pannis, adhuc in Moſe manducabis,& è Chriſto Moſem facies, qui non aliter nobis panem vitæ manducandum dederit, quàm Moſes. Quum ergo dicis te,vnà Chriſtum Spiritu manducare,quum à te manducatur panis: Reſpōdeo, eodem modo vna cum manna,à Patribus manducatum fuiſſe veritatem. Nulla ergo ratione Chriſtus Iudæos corripiebat,& verbis caſtigabat. *Cyrillus.* Cyrillus lib. 11. cap. 26. de fidelium corporali cum Chriſto vnione differens, hoc clarius exponit: Pauli locum ad Epheſ. huc afferens, vt doceat corporalem noſtram vnionem,à Patribus agnitam non fuiſſe: Hæc ſunt Cyrilli verba. Hæc autem vnio ad Chriſtum,quòd carnis eius participatione acquiratur, ipſe rurſus Paulus de myſterio pietatis diſſerens teſtatur. Quod aliis (inquit) generationibus non eſt agnitum *Ephe. 3.* filiis hominum,ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius,& Prophetis in Spiritu, eſſe Gentes cohæredes, concorporales,comparticipes promiſſionis in Chriſto. Idem paulò ſuperius dixerat: vt igitur inter nos & Deū ſingulos vniret quamuis corpore & anima diſtemus,modum tamen adinuenit conſilio patris & ſapientiæ ſuæ congruentem,ſuo enim corpore credentes, per communionem benedicens,& ſecum & inter nos vnum nos corpus effecit. Nam ſi omnes vnum panem manducamus, vnum omnes corpus efficiemur: diuidi enim Deus non patitur.

patitur. Idem lib. 4. 16. cap. Propterea corpus & mēbra Dei ſumus, quia per hanc benedictionem myſterii ipſum Dei filium ſuſcipimus.

Si hic ſit finis alimenti diuini, vt manducantem veniat Chriſto, ceu capiti membra, ali corpora non animas ſolas. Cap. 27.

HIs intellectis rebus, Miniſtri noſtri doctrinā proſequamur: Rationem adiungit, cur nos ſuæ ſubſtantiæ Dominus noſter faciat participes. *Nos nutrit (inquit) vt ſibi nos coniugat, ceu membra capiti.* Ergo, huic alimento finis eſt à vobis propoſitus, vt vos coniungat & vniat cum Chriſto. Cum ita ſit, eam rem, cui ſubminiſtratur alimentum, Chriſto vniri oportebit. Quum ergo ad animas veſtras alimentum pertineat, non ad corpora: has ſolas vniri, & fieri membra Chriſti, dicere debetis. Sed Paulus ab hoc ſomnio me deducit ſcribēs: Ne ſcitis quoniam veſtra cora membra ſunt Chriſti? Hunc *1. Corin. 6.* ſi non reſpuitis (attamen in hac manetis ſententia, vt putetis, id vniri Chriſto, quod diuina carne veſcitur) eſt neceſſe, vt Eccleſiæ aſſentiatis homines, non animas ſolas carnem Chriſti manducare. Nam homines ſunt membra, non animæ.

Si ſpiritu tantum manducetur Chriſtus, Spiritus eſſe cum eo copulam, non corporis. Cap. 28.

HOc quoque vobis eſt animaduertēdum, ſi veſtra manducatio ſit Spiritus: id eſt, fidei & intellectus eo modo vos corpori Chriſti inhærere, atque eius fieri membra, quo manducatis, id eſt, Spiritu & fide, non re ipſa, cum Chriſto vnum fieri corpus, & non vti è pluribus granis contuſis panis conficitur: Nam quod ex Spiritu naſcitur, eſt Spiritus.

Si animæ ſola, Chriſti alantur carne, eas in carnem mutare oportere. Cap. 29.

RVrſus, ſi animæ veſtræ ſeorſum à veſtro corpore *Ioan. 6.* vera & naturali carne veſcantur, oportet eas in *Auguſtinus con-* carnem conuerti: quoniam quod naſcitur ex carne,

feſ. li. 6. ne, caro eſt. Auguſt. in perſona Chriſti loquens, hoc
" probat his verbis. Cibus ſum grandium, non memuta-
" bis in te: ſed tu mutaberis in me. Anima igitur in carnē
" Chriſti mutabitur.

Exemplo vxoris & mariti ſubſtantiarum communione, Eccleſiam vnum cum Chriſto fieri corpus. Cap. 30.

cap. 5. Paulus ad Epheſios, hunc nobis modum diſſoluit, " mariti & vxoris comparatione. Nemo (inquit) car" nem ſuam odio habet: ſed nutrit ac fouet eam, ſi" cut Chriſtus Eccleſiam: conuerſa ratione, ſicut vnuſquiſque carnem ſuam nutrit, ſic Chriſtus Eccleſiam. Diſcamus igitur ex hac ſimilitudine, quomodo à Chriſto nutriatur Eccleſia: Si à te caro tua cibo corporeo nutriatur, non fide & credendo, ex Pauli ſententia fateri debes Eccleſiam à Chriſto, corporea manducatione nutriri, & foueri. Præterea hoc loco docemur, eo modo Eccleſiam eſſe carnem Chriſti, quo caro noſtra ſit noſtra. Nó credo putare te, carnem tuam eſſe tibi tuam ſpiritualiter, ſed re vera: ſic etiam fateri debes, re vera Eccleſiam carne Chriſti conſtare, non Spiritu ſolo. Addit Paulus, Qui membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius, propterea relinquet homo patrem, & matré, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Superior ſententia hoc exemplo confirmatur. Sicut Eua erat os ex oſſibus mariti, caro ex eius carne: Eccleſia caro eſt ex ſponſi ſui Chriſti carne, & os ex eius oſſibus. Et ſicut Eua cum Adamo vna fuit caro: ſic Eccleſia cum Chriſto caro vna cenſenda eſt. Supereſt conſiderandum, qualis ſit mariti cum vxore copula: vt ſecundum hanc de noſtra cum Chriſto communione iudicemus. Qui contendet Spiritus vinculo, cum Chriſto nos eſſe copulatos, & vxoris cum marito eſſe carnis communionem, peccabit in ſimilitudinem. Nulla enim eſt mariæ ad Spiritum proportio aut ratio.

Si ad animas ſolas pertinebat corporis Domini manducatio, ad homines manducandi præceptum fruſtra directum fuiſſe. Cap. 31.

HVc Domini mandatum conferamus. Accipite (inquit, corpus ſuum porrigens) & manducate: Si ad animas ſpectabat corporis manducatio: cur ad homines Apoſtolos directum eſt mandatum? A Domino panis eſt porrectus ſacer: ſi ſeorſum à pane, carnẽ animæ credendo manducarunt: hanc non ſibi à Domino porrectam, ſed ſine præcepto manducarunt? Accipi autem debuit, & mãducari, ex præſcripto Domini, quicquid datum ſit, ſiue corpus, ſiue animam edentis reſpexerit munus. Vnum enim, & vna de re, fuit præceptũ. Præterea, ſi animæ, corporis diuini ſubſtantiam receperunt, relicto corporis pane, eis ſeorſum à corpore, quid eſſet ſuæ functionis, à Domino præſcribi oportuit. Sed (vt diximus) vnum, & vna de re, fuit Domini præceptum. Itẽ ſi ſeorſum à corpore anima credendo manducet, ſeorſum à corpore credere etiam, & capere corpus debet, ac re vera manducare. Sed corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſſio ad ſalutem. Hæ ſunt partes corporis fidelis, non animæ. Quum fides corpori & animæ communis ſit æquum eſt, vt communiter diuina veſcantur ſubſtantia. Matt. 26 Rom. 10

Ab animæ & corporis communione, cibum hominis non animæ ſolius, ſed vtriq; proprium eſſe probari. Cap. 32.

CIbum vtrique communem fuiſſe probat hoc quoque Domini mandatum: Hoc facite in meam cõmemorationem: ad homnines, non ad animas ſolas ſermonem dirigens: Non enim debet quod Deus coniunxit, ab homine ſeparari, vt alteri tantùm parti bonum applicemus. Scriptum eſt, relinquitis mandatum Domini, vt traditionem veſtram ſtatuatis. Videte ne cõmittatis, vt in vos hoc dictum competat. Dominus iubet Matt. 15

bet edi ſuum corpus, ſanguinemque bibi in remiſſionē peccatorum: vos hoc inuertitis, corpori beneficiū hoc eripitis, transfertis ad animam ſolam, negantes homini carnis diuinæ manducationem: hanc carnem, aut eius communionem, fide in animam inſpirari contenditis. Quis manifeſtius cum Chriſti verbis pugnare poteſt? Quum inſpiratur caro (inſpirari ſi poſſit) non manducatur. At manducandum eſt corpus, & bibendus eſt ei ſanguis, qui credidit, & audierit ſermone Domini. Inſuper carnis communio, non à Spiritu, ſed à manducatione ex
1. Cori. 10. Pauli ſententia perficitur. Panis quem frangimus, nonne participatio corporis eſt? Vide communicationē fractioni tribui, non ſpiritus defluuio.

Corpus manducantis in animam ſuam, corporis diuini ſubſtantiā non trsanfundere, ſi ea ſubſtantia careat panis, atque in pane non inſuit diuinitas. Cap. 33.

RIcherus, ne in hanc reprehenſionem incurreret, concedebat aliquandiu diuinam ſubſtantiam è ſigno in animam ſuam penetrare, ſimulac à ſe carnis ſignum manducaretur. Sed ab hac opinione deiectus eſt, & reſipuit, quum oſtenderemus fieri non poſſe, vt in animam, diuina caro tranſmitteretur à noſtro corpore, quin corpus fieret cum anima ſua particeps: ſimul videbat huc incidendum eſſe ſibi, ut fateretur, è pane diuinā ſubſtantiam depromi oportere, ſi eſu panis, hæc in animam peruaderet. Nam è pane diuinitate vacuo, elici nō poteſt diuinitas. Reliqua doctrinæ mēbra proſequamur.

Articul. *Per Cœnam realiter Chriſtus diſtribuit, quoniam nos haurire uitam facit è carne ſua, ſemel in ſacrificium oblata. Sed interim imaginari non decet, hunc ſe corporaliter exhibere, vel carnis ſuæ ſubſtantiam cum noſtra commiſcere.*

An Chriſtus realiter ſe per Cœnam exhibeat, cum eius negetur præſentia. Cap. 34.

QVum is prædicaret, Chriſtum ſe realiter per Cœnam exhibere, ex eo quæſiui, num etiam realem corporis præſentiam admitteret. Scriptum mihi propria reliquit manu, planè ſe hanc negare: quamuis realem diſtributionem affirmaret. Hoc ænigma his diſſoluit verbis. *Chriſtus ſe realiter diſtribuit, id eſt, hoc nos afficit beneficio, vt in mortem ſuam credentes, hac ipſa fide, vitam ex eius carne hauriamus, quæ pro nobis in ſacrificium oblata eſt.* Sed hoc reſponſo nihilo mihi plus adiecit intelligentiæ: Si enim fide hoc afficiamur beneficio, vt vitam hauriamus, non fit per Cœnam carnis vera manducatio vti docuit ſuperius: Sed nec etiam fit diſtributio. Imputatur enim potius, atque meritum applicatur hoc pacto, quàm diſtribuatur: atque contra quòd Dominus carnē manducari inſſerit, vitam quæ in carne eſt, inſpirari docetis ò ſpirituales, erroremque ſcripturæ à vobis creditum, hoc auriendi vocabulo reſtituitis, carnis eſum faſtidientes.

Quum beneficium redemptionis ad hominem reſpiciat, cui peccatum imputatur: corpus eius à manducatione arceri non debere. Cap. 35.

PRæterea ſpes & beneficium crucis, ad hominem ex Domini pollicitationibus redire debet, non ad animas ſolas. Nam corporis (vt ait Apo. ad Ro. 8. cap.) eſt redemptio. At ſuperiori capite huius doctrinæ, dicimus à carnis manducatione corpora ſubmoueri. Ab hac ſententencia ſi Doctor non deceſſit, animæ ſolæ vitam hauriunt ex ſacrificio: atque ab hoc hauſtu vitæ, arcentur corpora. Tametſi authore Domino noſtro, homini peccatum imputatur.

Noſtram reſurrectionem debere intelligi ſecundum Chriſti reſurrectionem. Cap. 36.

VT Richerus reſurrectionem ad animam pertinere doceret: Spiritualem animæ noſtræ propter peccatum mortem oppoſuit. Sed reſponſi loco docuimus Chriſtum, carnis eſſe reſurrectionem, nō animæ ſolius: eoque modo reſurrectionem intelligendam eſſe, quo hac ipſe ſit vſus, quoque hanc credendam eſſe voluit, Lazarum mortuum exuſcitans. Cur ergo corpus, ſui boni fruitione priuatis, hoc bonum animæ, (cui reſurrectio futura eſt inutilis) attribuentes?

An corpus æternitatis gloria fruiturum ſit, animæ prærogatiua & communione: An verbi Dei beneficio. Cap. 37.

A*Nima (inquit Richerus) corpori hanc communicabit.* Quid verò opus eſt hoc circuitu? ſi ab anima gloriam corpus obtineat: hanc animæ, nō Chriſto debebit, eique habenda erit gratia, non Chriſto. Pręterea niſi ab anima Chriſtus gloriam habuerit, nos nec à noſtra gloriam conſequi poterimus: cum eo modo ſimus reſurrecturi, quo ipſe ad vitam excitatus eſt. Videamus quomodo futura ſit corporum reſtitutio, & reparatio: vt hanc dubitationem diluamus: Apoſtolus in Epiſto. ad Roma. cap. 8. Spiritui Dei hanc attribuit his verbis: Spiritus Domini qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit mortalia veſtra corpora, propter Spiritum Domini habitantem in vobis. Non dixit propter animam, ſed propter Spiritum Domini: Non ergo ab animæ cōmunione viuificatus eſt Dominus ſed à carnis diuinitate. Ezechiel cum Paulo concordat: Ecce (inquit) commotio, & acceſſerūt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturā ſuam: & vidi, & ecce nerui, & carnes, aſcenderunt, & extēta eſt in cutis deſuper, & Spiritum non habebant: Vides ante reditum animæ ad corpus futuram membrorum reparationem?

Ezech. 37. cap.

paratiónem? Sequitur paulò poſt. Hæc dicit Dominus. A quatuor ventis, veni Spiritus, & inſuffla ſuper mortuos iſtos, vt reuiuiſcant. Ergo vi Spiritus Domini, reuicturi ſunt mortui, non animæ prærogatiua, & beneficio. *Irenæus.* Irenæus hanc fuiſſe ſui temporis religionem, teſtatur, li. 5. Quemadmodum (inquit) lignum vitis depoſitū in terra, ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum, multiplex ſurgit, per Spiritū Dei, qui cōtinet omnia, quę deinde per ſapientiam in vſum hominis veniunt, & ſanguis Chriſti: ſic corpora noſtra, ex eo nutrita, & repoſita in terram, & reſoluta in ea, ſuo reſurgent tempore, verbo eis reſurrectionem donāte in gloriam patris. Non ergo animæ communicatione, corpora reſurgent in gloriam, ſed verbi opera incarnati.

Si animæ prærogatiua, victura ſint corpora, eius peccato, hæc etiam interitura. Cap. 38.

SI ab anima fœlicitatem corpora mutuarentur: infœlicitatem homines perditi, ab anima ſimiliter acciperent: hoc ſi accideret, non ſine iniuria Chriſtus corpora in perditionē condemnaret. Ite (inquit ſcriptura iudiciū prædicans) maledicti in ignem æternum: non deberet in homines ferri ſententia, ſed in animas. Sed quia propter peccatū moriuntur corpora (vt teſtatur Apoſtolus ad Rom. 8. ca.) hæc veniūt in iuditiū, vt probat idem Apoſtolus ad Corinth. 2. cap. 2. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſque propria corporis, pro vt geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: operationes boni & mali non ſunt animæ, ſed hominis, vt eas è iudicio referat. Præterea ſi homines, ſolius animæ vitio moriantur & intereant, Adamo non moriuntur, non enim ex ipſo eſt anima, ſed caro. At Paulus ſcribit in Adam, & per Adam. veniſſe mortem in mundum. Immorandum mihi non erat in re tam aperta, niſi apud nos hic error iam ſupra modum increbuiſſet.

A cœna ad mortem Christi non reiectos fuiſſe Apoſtolos. *Cap.* 39.

REſtat vna pars huius dogmatis nobis diſcutienda, quæ me non minus angit quam ſuperior. Quum oblatæ carnis in ſacrificium mentionem faceret Richetus, è qua hauriri vitam contendit: hunc putabam oblationem, (cuius primo ſuo dogmate meminit) iudicare. Sed hac de re interrogatus, reſpondit. *Eo doctrinam ſuam non ſpectare, neque ſe ulla ratione ad duci unquam poſſe, ut conſentiat Ieſum Criſtum ſub ſpeciebus, corpus Deo patri obtuliſſe, quicquid Papiſtæ deblaterent, & garriant: ſed uerbis ſuis, à Cœna ad mortem Domini reijci conuiuas, ut inde fructum expectatum percipiant, nihilq́; in Cœna perficipi, niſi quod à cummunicante allatum.*

Si Apoſtoli ad mortem à Cœna reiecti ſint, quomodo in Cœna ſacrificij participes fuiſſe potuerint. *Cap.* 40.

IN ectus ſum in maximam admirationem: Quum is neget oblationem corporis ante mactationem, contra veteres figuras Hoſtiæ pro peccato: quomodo corpus antea non oblatum, ſacrificium fuiſſe confiteatur. Deinde quum Apoſtolos carne & ſanguine Domini, per Cœnæ communionem, vere fuiſſe paſtos affirmarit, quomodo accidere potuerit, ut ſacrificij non manducati, non oblati, nondum ſacrificati, re ipſa fierent participes? Nam ante oblationem ſacrificii, de ſacrificio communicari non poteſt autore Paulo dicente, Videte Iſrael ſecundum carnem: nonne qui hoſtias edunt participes ſunt altaris? Hoſtia ergo, manducationem debet præcedere.

An oblatio Hoſtiæ in ſacrificium, & huius Hoſtiæ mactatio, una & eadem res fuiſſe potuerit. *Cap.* 41.

TV me ex hac difficultate expedies, vbi docueris, quo exemplo oblatio, & Hoſtiæ mactatio, vna, eademq́ue res & acti fuerint. In tuis commenta-

rii

riis legere memini, *Hucomnes ueteris teſtamenti uictimas pertinere: ut ad Chriſtum ducerent pro nobis ſacrificatum.* *Gomene. in Epiſt. ad Hebræos.*

Duxerint: Ex 16. cap. Leuitici diſpiciamus, ſacrificii ad ſacrificium ſimilitudinem. Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur ſanctuariũ, „ niſi ante hoc fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & „ arietem in holocauſtum, cuumq; obtulerit vitulum, & „ orauerit pro ſe, ac pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet „ coram domino, in oſtio tabernaculi teſtimonii, „ mittens ſuper vtrunque ſortem: vnam Domino, alterã „ capro emiſſario: Cuius exierit ſors Domino, offeret „ illum pro peccato. Cuius autem in caprum emiſſariũ, „ ſtatuet illum viuum coram Domino, vt fundat preces „ ſuper eum, & emittat eum in ſolitudinem. His rite celebratis, „ offeret vitulum, & rogans pro ſe, ac domo „ ſua immolabit eum. „

Ante ſolenes preces & oblationem, Pontificem ſecundum legem ſacrificare non potuiſſe. *Cap.* 42.

HIc video aditum in ſancta Pontifici non patuiſſe, ante ſolennes preces, & oblationem: Video preces, & victimæ oblationem, immolationi & mactationi anteuertiſſe. Ex te intelligo, his rebus, nos ad Ieſum Chriſtum ſacrificatum adduci: Cur ergo negatis oblationem mactationi Domini præuertiſſe. Quomodo ante oblationem, Pontifici, ſanctuarii fores à Deo veritas aperitis.

An ſe obtuliſſe dicitur dominus, quod obuiam ierit proditori. *Cap.* 43.

MOrtem oblationi ſucceſſiſſe, hac re prætexitis, quòd Chriſtus, proditori obuiam proceſſerit, morti ſe vltrò exponens. At conſiderate, non implere vos figuram ſacrificii pro peccato: Nã oblatio extra Eccleſiam, ac ſine precibus facta eſſet:

Orans autem offerre debuit Aaron: ad oſtium taberna-culi antequam ſancta ingrederetur: Ad hoc Chriſtus progrediens in occurſum proditoris, non ſe Deo patri obtulit (ſi hæc fuit oblatio) ſed carnificib' & proditori.

Nouum teſtamentum ſine ſanguine fieri non potuiſſe, neque credendum eſſe, in parte, figuræ pro peccato à Domino ſatisfactum, in parte non ſatisfactum fuiſſe. Cap. 44.

Hæbre. 13. Apoſtolus, adumbratæ Hoſtiæ pro peccato, veriſſimus illuſtrator, Epiſtola ad Hæbr. teſtatur Dominum Ieſum, extra portam paſſum fuiſse: ut figuræ veritas reſponderet. Quorum (inquit) animalium infertur ſanguis in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra: propter quod, & Ieſus vt ſanctificaret populum per ſuum ſanguinē, extra portam paſſus eſt. Mirum eſt, in hoc Dominum noſtrum figuram impleuiſſe, dum extra portam in holocauſtum emittitur: De cætero autem, huic parti non ſatisfeciſſe, vt in Eccleſia Deo Patri corpus immolandum obtulerit, ſanguinemq; in ſancta intulerit, antequam extra portā pateretur. Huic proximus eſt error, quem euulgatis, Cœnam quæ fuit teſtamentum Ieſu Chriſti, ſanguinis eius oblatione, & aſperſione obſignatam non fuiſſe, ſed vino: quamuis idem Apoſtolus ab exemplo veteris teſtamenti approbet, nouum teſtamentum ſine ſanguine confici non potuiſſe. Inſuper vt incautis fucum faciatis, traditis calicem noui teſtamenti à Domino diſcipulis diſtributum, figuram ſanguinis eius fuiſſe, qui pro noſtra redemptione in cruce eſt effuſus: huicque noui teſtamenti nomen imponitis, Cœnæ ſanguinem nō recipientes. Quæ opinio, ſic per Europam veſtris artibus peruagatur, eamque nacta eſt auctoritatem, vt hāc vix putem coerceri, aut ſupprimi poſſe: etſi veritati nō minus eſſe contraria, quàm luci tenebræ, ei oſtendi poteſt, qui ſana mente ad Apoſtolicam doctrinam ſe confert. Imprimis ab ea me detrahit Apoſtolus, docens in-

compa-

comparatione veteris & noui teſtamenti, vetus ſine ſanguine dedicatum non fuiſſe, vnde planum facit, nec nouum abſque ſanguine confici etiam potuiſſe. Quòd ſi in vino vt putatis, nouum teſtamentum confectum ſit, certum eſt vetus teſtamentum exemplar non fuiſſe noui.

Si cœna nouum teſtamentum non fuerit, nullum fuiſſe nouum teſtamentum conſtitutum. Cap. 45.

HIs intellectis rebus, à vobis doceri cupio, veſtro iudicio, quid interſit diſcriminis, inter Cœnã, & nouum teſtamentum. Quantum ad me attinet, hanc nunquam eripi, ac extorqueri mihi fidem patiar, vt vobis credam, poculum Apoſtolis à Domino diſtributum, non fuiſſe ſanguinis noui teſtamenti: ſed vini ſanguinis figuræ: Nam ſi vinum fuerit, quum ſine ſanguine inſtitui teſtametum non potuerit, Cœna non fuit teſtamentum: Quòd ſi hæc, teſtamentum non fuerit, vanum eſt, à Domino vllum fuiſſe conditum teſtamentum. Toto enim fere ſpatio, quod fuit inter Cœnam & mortem Domini intermiſſum, ipſe fuit in aliena poteſtate vinctus. Quo tempore, ſecundum legem teſtari non potuit. Supereſt ergo, vt tempus teſtamento conſtituatis: Huic ſi mortem aſſignetis, Apoſtolo repugnatis affirmanti, morte teſtamentum confirmatum, non factum fuiſſe: Vnde, teſtamentum denotat mortem anteceſſiſſe, atque ueteris inſtar, ſanguine obſignatum eſſe. Hoc tamen obſtinate inficiantur tui diſcipuli: volunt teſtamentum in Cœna cœpiſſe ſine ſanguine, atque hoc, in morte perfectum fuiſſe. Sed non ſentiunt, hac ratione armis inſignibus, Marcionis antitheſes à ſe corfimari, atq; inſtrui, quum exemplaris rationem non habeant: moram inter aſperſionem ſanguinis, & teſtamentum interponentes. *Hebr. 9*

An hæc vox, eſt, apud Lucam & Paulum nouum teſtamentum ſignificet. Cap. 46.

PRæterea Paulo ac Lucæ aperte contradicunt, & reſiſtunt: hic calix, (inquiunt) nouum teſtamentū eſt: in ſanguine meo: hanc vocem (eſt) ſignificatiuam eſſe vultis, quaſi dixerint Apoſtoli, hic calix ſignificat nouum teſtamentū: ſed non aduertitis ad eandem ineptiam vos reuolui. Negatis enim teſtamentū, etſi hoc ſignificatis, aut contra Paulum, mortem (quæ teſtamenti fuit confirmatio) in Cœnæ locū ſubrogatis.

Si apud Matthæum & Marcum, eſt, ſanguinem ſignificet, apud Lucam non poſſe teſtamentum ſignificari. Cap. 47.

MAtthæus & Marcus, veſtra confeſſione, non docuerunt teſtamentum ſignificari, ſed huius ſanguinem, dicentes, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: Eſt, enim veſtra interpretatione, apud hos ſignificat teſtamenti ſanguinem, non teſtamentū: ita ergo concluditis, teſtamentum ſine ſanguine eſſe non potuiſſe, aut falſam fuiſſe ſignificationem. Nam quod non eſt, nec futurum eſt, ſignificari non poteſt. Quod ſi Cœna teſtamentum fuit & ſine ſanguine teſtamentum dedicari non potuit, poculum quoque ſanguinis non vini fuiſſe palam eſt.

Potum ſanguinis in cœna, aſperſioni ſanguinis ueteris teſtamenti, merito reſpondere. Cap. 48.

IRrides eos qui Moſaicæ ſanguinis aſperſioni, potum ſanguinis teſtamenti noui, reſpondere docuerunt. E quorum numero eſt Chryſoſtomus vir ſanctiſſimus & doctiſſimus, dicens animas diſcipulorum, librum fuiſſe teſtamenti, eorum corpora, tabernaculum & uaſa teſtimonii: nos populum eſſe. Sed irriſores

Ad Heb. 9.

irride-

irridebit, & ſubſannabit Dominus, atque ſapientes in ſua ſapientia comprehendet. Vir ſanctus non eſt ſine auctore in hanc ſententiam adductus: Paulus 8. cap. ad Hebræ. Ieremiæ hunc ita explanat locum: Ecce dies veniet dicit Dominus, conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum, quod feci Patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: Paulo poſt: hoc eſt teſtamentum, quod diſponam Domui Iſrael: Poſt dies illos, dabo leges meas in mentibus eorum, & in corde illorum ſuperſcribam illas. Si Lex Domini in mentibus, & cordibus fidelium ſcripta ſit, nunquid merito dici poſſunt Apoſtoli in volumen librumque legis euaſiſſe? Item ſcriptum eſt: inhabitabo in eis & inambulabo: Quum in eis Deus inhabitet, nunquid tabernaculum Dei merito dicentur? Ieſus Chriſtus à Paulo tabernaculum vocatus eſt: Chriſtus (inquit) aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum introiuit ſemel in Sancta. Cur ergo ridiculi tibi videntur, qui Apoſtolos, in quibus inhabitat Dominus, vicem tabernaculi ſuppleuiſſe exiſtimant. Si vaſa miniſterii nō fuerunt, nec Paulus fuit vas electionis. Quum ergo ii volumen legis, & tabernaculum teſtimonii, vaſaque fuerint miniſterii, hos aſperſos fuiſſe aqua mixta ſanguine, nemo ſanus inficiabitur, eiſque aſperſionem potu ſanguinis obtigiſſe.

Si manducatio ſit opus fidei impoſſibile eſt Apoſtolos mandncaſſe. Cap. 49.

HAec in hanc cauſam tanto ſtudio explicauimus, vt monſtraremus non abſque iudicio, dogma tui diſcipuli à nobis reiectum fuiſſe, dicentis.

Apoſtolos in Cæna ſuam ſanctificationem non hauſiſſe à corporis manducatione, ſanguiniſq; potu, ſed à cruce: credendo Chriſtum pro noſtris peccatis moriturum, ac pro noſtra æternitate re-

ſurrecturum: atque eo uſque ſuam ſanctificationem, Cœnæq; fructum ſuſpenſum fuiſſe: ac fidei effectum, fuiſſe corporis manducationem, quod credendo, reſurrectionē uitamq; manducamus. Oſtendimus tamen ſi hoc uerum eſt, ab Apoſtolis corpus manducatum non fuiſſe. Nam teſte Ioanne cap. 13. nec mortis, nec reſurrectionis illi fructum in Cœna ſperabant, aut credebāt. Hæc ſunt eius uerba. Filioli adhuc modicum uobiſcum ſum, quæritis me & ſicut dixit Iudæis. Quo ego uado, uos non poteſtis uenire. Quem Simon Petrus interrogauit, Domine quò uadis? Hæc uerò poſt Cœnam acta fuiſſe certum eſt. Hinc ergo certo cōſtituemus uim mortis Domini Apoſtolos latuiſſe: dein-
Ioan. 14. de Domino dicenti, uado parare uobis locum, & ſi abiero & præparauero uobis locum: iterum uenio & accipiā uos ad me ipſum, ut ubi ſum ego & uos ſitis, & quo uado uos ſcitis, & uiam ſcitis, dicit Thomas. Domine neſcimus quo uadis & quomodo poſſimus uiam ſcire? Rurſus idem, planum facit Apoſtolos nullam fidem reſurrectioni adhibuiſſe. Hoc de ſe & Petro loquutus expreſſis
Ioan. 20. uerbis atteſtatur. Tum ergo introiuit & ille diſcipulus qui uenerat primus ad monumentum, & uidit & credidit, nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oporteret eum à mortuis reſurgere. Cleopas id ipſum ignorare ſe monſtrauit, dicens: ſperabamus quod redempturus eſſet
Luc. 24. Iſrael: de temporali regno cogitans. Si ergo eo quo tu tradis modo, caro manducaretur, illi ſanè non manducauerunt.

Ab exemplo aſperſionis ueteris teſtamenti ad emundationem carnis, Paulum conſcientiarum emundationem teſtamenti noui ſanguine, probare. *Cap.* 50.

Hebr. 9 VT Apoſtolus probet ueri ſanguinis potu, cōſcientias emundari ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti: hoc oſtēdit ab aſperſione ſanguinis hircorum & taurorum, cineriſq; uitulę: Si, inquit ſanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulę aſper

ſus,inquinatos ſanctificat ad emũdationem carnis, quã „
to magis ſanguis Chriſti,qui per Spiritum Sanctum ſe- „
met ipſum obtulit immalacutum Deo,emundabit con- „
ſcientiam ab operibus mortuis. Hylarius aduerſus Ar- „
rium lib.8.docet,omnem comparationem ad intelligen *Hylarius*
tiæ formam præſumi, ut id de quo agitur ſecundum pro „
poſitum exemplum aſſequamur:Neceſſe ergo eſt,noſtrã „
ſanctificationem ad exemplum à Paulo propoſitum re- „
ferri,& Apoſtolos ſuam expiationem(ut cum Dyoniſio loquar(ſanguinis myſterio, in teſtamenti confectione aſſecutos eſſe:quam Patres Hebræi aſſequerentur.Repetam tamen quod à nobis antea demõſtratum eſt, à morte(quæ teſtaměnti confirmatio, oblationiſque conſummatio eſt)ei quæ à teſtaméto eſt ſanctificationi, uim adhiberi,perfectioniſque efficacitatem accedere.

Chriſtum legem non impleuiſſe, niſi ſanguinem ſuum in Sancta ante mortem intulerit. Cap. 51.

DOctrinam tuam inſpectans,hac præcipue ratione in errorem te incidiſſe exiſtimaui, quòd corporis & ſanguinis oblationem, in Cœna eſſe factam inficieris:ſed ſi in Paulum animũ intendiſſes,hũc lapſum facile uitaſſes: Docens enim non per tabernaculum manu factum,nec huius creationis, ſed per propriũ ſanguinem in Sancta introiuiſſe, indicat ſanguinem à Spiritu oris ſui ſancto fabricatum,ut ait Chryſoſtomus, *Chryſoſt.*
de ſpirituali ſanguine ſermonem habens. Quomodo, *ad He-*
inquit,ſi ſanguis eſt ſpiritualis non fluxit è corpore?flu- *bræ.9.*
xit, inquit, ſed quod fuit à ſancto Spiritu Fabricatum, „
quum dixit:hoc eſt corpus meum,hic eſt ſanguis meus. „
Per hunc ergo ſanguinem intrauit in Sancta, quum ſe „
ipſum pro nobis ſanctificauit, Deo patri ſe,ſanguinem- „
que offerens. Hoc quum tuis diſpliceret,ex eis quæſiui, „
quid putarent à Paulo Sanctorum appellatione intelligi?Ij tecum intellexerunt ea cœlum eſſe, ubi Chriſtus ſedet ad dexteram Patris: Ergo,inquam, cœlum Chri-

ſt-

ſto (qui Sancta ſanctorum eſt) erit tibi ſanctitus? Ego uero cum Chryſoſtomo, ac Cyrillo iudicaui: Sancta ſanctorum eſſe diuinum Chriſti corpus, à quo Apoſtoli, ac Eccleſia ſanctitatem adepta eſt corporis participatione: tumque in Sancta proprium ſanguinem intuliſſe, quum Deo ſe, ſanguinemque obtulit, bibitque cũ Apoſtolis, ut per eum ſanguinem, etiam in Sancta & ipſi introirent, corporis (ut diximus) communione, atque ut in eo ſanctificarentur. Nam qui Chriſtum contendit ſanguinem pro nobis effuſum, in Sancta ante mortem non intuliſſe, meo iudicio non bene ſubducta ratione eſſe uidetur, ad ueritatis intellectum, ſed ſe in hunc errorem induere, ut affirmandum ſibi ſit, ſecundum legem ſacrificium pro peccato à Domino confectum non fuiſſe. Nam animalium, quorum corpora extra caſtra cremarentur, neceſſe fuit ſanguinem in Sancta inferri per Pontificem, antequam cremarentur. Hoc ergo à Chriſto impletum oportuit, ut ſanctificaret populum per ſuum ſanguinem, antequàm extra portam paſſus fuerit. Opponitur, hinc à me doceri ſanctificatum eſſe populum per eum ſanguinem, qui extra portam, non qui in Cœna effuſus ſit: ſed reſponſi loco ſumi poteſt, quod eſt a nobis ſuprà demonſtratum, mortem fuiſſe & confirmationem teſtamenti, ac oblationis, & ſanctificationis conſummationem: uimque perficiendæ ſanctificationis, à morte ad teſtamentum acceſſiſſe: quod ut oſtendat Paulus, dixiſſe, paſſum eſſe extra portam, ut per ſanguinem populum ſanctificaret.

Hebræo. cap. 13

Quomodo ſe Chriſtus pro nobis ſanctificauit, & quid ſanctificare ſignificet. Cap. 52.

PRæterea quum Apoſtolus docet, Chriſtum ſe per Spiritum obtuliſſe, ſi de morte hoc intelligamus, tam Spiritu ſeorſum à corpore mortuum eum fuiſſe oſtendemus, quàm Spiritu illum mãducas: Tum ergo oblationem in Cœna factam defendo,

quum

quum pro nobis ſeipſum offerens, lauanſque in vuæ ſan
guine ſtolam ſuam ſanctificauit, tuncq; oblationem,at-
que ſanctificationem conſummatam fuiſſe, quum ex- *Gene.*49
tra portam paſſus eſt. Ne me putes de meo hæc attuliſſe,
ſubiungam Cyrilli ſententiam hanc materiam tractan- *Cyrillus.*
tis,cap.25.lib.11.in Ioannem. Santificari, inquit,ſecun- »
dum legalem conſuetudinem dicitur, quod ut ſacrum »
Deo offertur: quemadmodum & omne primogenitum »
vuluam aperiens in filijs Iſrael. Paulòpoſt, Hanc ſancti »
ficandi ſecundum legem ſignificationem perſpicuam Sa »
lomon facit,dicens,laqueus viro eſt citò ſuorum aliquid »
ſanctificare, ſequitur enim pœnitentia plerunque poſt »
votum. Ita ſanctificare, offerre quicquam Deo ſecũdum »
legis cõſuetudinem ſignificat: Prò nobis igitur ſe Chri- »
ſtus ſanctificauit, id eſt obtulit: obtulit nempe ſe ipſum »
Deo patri vt ſanctam hoſtiam, mundum ei recõcilians. »
In Cœna ergo cum ſe ſanctificauit,ſe obtulit, Sanctorũ »
viam propalans,id eſt,notam nobis viam faciens ſternẽſ »
que,qua ad Sancta ſanctorum ſanguinis præſidio perue- »
niamus. Rurſus ſubiungit Cyrillus. Sed quæ in his vèr- *Cyrillus.*
bis ſaluatoris intentio eſt? ſanctificationem in Spiritu, »
& per Spiritum ad nos ex Patre deriuabat, & quod erat »
initio quando à Deo creati fueramus, id ipſum renouat »
Paulò poſt. Quum igitur ſanctus ſit natura Deus, quum »
que ipſe ſanctificationem creaturis immitat, efficiat- »
que vt creatura & ſit,& duret in ſancto Spiritu: propter »
nos ſanctificatur: non ab alio id acquirens, ſed ipſe ſuæ »
carni ſanctificationem immittens. Ita Spiritum ſibi ipſi »
vt Deus præbet, & ut homo accipit, quod non propter »
ſe ipſum,ſed propter nos fecit,vt ex ipſo, & in ipſo pri- »
mo,recepta ſanctificationis gratia, ad totum genus tran »
ſiret. Nam quemadmodum in primo homine morti ad- »
dicti ſumus maledictione, benedictio ac viuificatio quæ »
per Spiritum eſt, ad totam noſtram penetrauit naturã. »
Sequenti capite hoc planius facit his verbis. Vt igitur »
inter nos & Deum ſingulos veniret,quamuis corpore ſi- »
mul & anima diſtemus,modum tamen adinuenit conſi- »

" lio Patris & ſapientiæ ſuæ congruentem, ſuo enim cor-
" pore credentes per communionem myſticam benedi-
" cens, & ſecum, & inter nos vnum corpus effecit. Nam ſi
" omnes vnum corpus manducamus, vnum omnes corpus
" efficimur. Idcirco Eccleſia etiam corpus Christi effe-
" cta eſt: In fine cap. Vnum dico habet habitudine atque ef
" fectu, vt incipientes dicebamus vnnm pietatis conſenſu,
" vnum ſanctæ carnis communione, vnū vnius ſancti Spi-
" ritus participatione. Miror ergo, quum nobis in introi-
" tum ſanctorum Chriſtus in ſuo ſanguine viam nouam,
" ac viuentem per carnem ſuam initiauerit, quomodò hac
" neglecta in viam tuam deflectis, vt ſenſu carnis tuæ ca-
" ptus, vino & pane iter ad ſanctificationem facias. Ty-
" pus antiquæ ſanctificationis indicis tibi loco eſſe de
" bet, quomodo Chriſtus ſummus Pontifex in Sancta
" introiuerit, eo enim modo quo veteribus, illi ad Sancta
" patuit aditus. Animo etiam repete, quid externi auxilij
Hebræ. 9 ad fidem pœnitentes adiungere deberent, cum ad ſancti ficationem accedebant: Vt ex hoc intelligas in veritate ita ſanctificatum te eſſe oportere, ad conſcientiæ puritatem, atque in vmbris ante lucis ortum illi ſanctificarẽtur, neque tuam quàm illorum fidem pluris eſſe ad ſan-
Ioan. 17. ctitatem: ſed in veritate ſecundum Chriſti preces, Pater ſanctifica eos in veritate, ſanctificari te oportere cognoſce. Ieſus autem Chriſtus veritas eſt, eodem ipſo dicente, ſermo tuus eſt ueritas: in mentem tibi venire eorum debet, qui igne alieno ſacrificantes perierunt.

Apoſtolos potu ſanguinis in Cœna ſanctificatos, ac purgatos, ſed in cruce redemptos. *Cap.* 53.

SImulac Apoſtolus ſanguinis mentionem fecit, cuius aſperſione emundantur noſtræ conſcientiæ ab
Hebræ. 9 operibus mortis, ad ſeruiendum Deo, hanc addit ra
" tionem. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte
" intercedente in redemptionem earum præuaricationū,
" quæ fuerant ſub priori teſtamento, repromiſſionem ac-
cipiant,

cipiant,qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.Vides Apo- „
ſtolos ſanctificationem aſſequutos,gratoſque factos ad
ſeruiendum Deo viuenti ante mortem teſtatoris,ſed nõ
fuiſſe capaces hæreditatis æternæ,quouſq; redempti fue
rint à mortis maledicto, ſub peccato venundati. Quamobrem & ſanguinem in cruce fundi oportuit,vt decretum,quod erat aduerſum nos,deleretur. Verum eſt, vno quidem ſanguine purgatos ac redemptos fuiſſe Apoſtolos: ſed in Cœna ſanctificatos Patrum inſtar, in morte autem redemptos. Nam neceſſariò in veteri lege, propiciatorio ſacrificio holocauſti ſacrificium ſuccedebat. In interiorem enim ædem ſemel in anno ſummus Pontifex ingrediebatur,oblatis prius Hoſtiis propitiatoriis, habens vtranque manum plenam, vnam vaſculo carbonum,alteram incenſo compoſitionis, vt quum fuiſſet ingreſſus, ſtatim ſuperpoſito incenſo carbonibus, fumus aſcenderet,totamque ædem repleret, vt aſpectum Sanctorum quem ingreſſus Pontificis reuelauerat, nubes velaret incenſi.Incenſum autẽ ſunt orationes noſtræ, quas fundit Deo Pontifex, quaſque igni charitatis ac Spiritus ſancti purgat Dominus. Sed & ipſa azymorum ſolennitas nos docet,propitiationem ſaluti ac holocauſto anteuertere,principium enim azymorum ad finem Paſchæ coniungitur.Paſcha autem ille dies appellatur, in quo agnus occiditur,reliqui verò azymorum dies appellantur. Facies, inquit ſcriptura,ſolemnitatem azymorũ *Exod.* 23
ſeptem diebus.Vide quò pertineat ſacrificium ſalutare. „
Prius repropitiatio quærenda eſt, & poſt hæc offerendum „
eſt ſacrificium ſalutare. Non enim, ut ait Cyrillus *Cyrillus.*
lib. 5. in Leuiticum, ſaluus eſſe quiſquam poteſt,niſi „
prius propitiet Deum.Huic proximum eſt quod ſacrificio „
propitiatorio incenſum admouebatur: pro holocauſto autem,nec oleum lætitiæ, nec thus ſuauitatis accedebat.Hæc diſfuſiſſimè tractat Cyrillus in Leuiticum. Verumtamen horum beneficiorum quum tota vis in mortis merito ſita ſit,dici poſſe fateor, vt iam demonſtrauimus, effectus ſacrificii in Cœna facti mortem fuiſſe con

ſummationem,& perfectionem. Atq; eatenus ſanctifica tionem, noſtramque propitiationem ad mortem pertinere, quia à morte eius, vita dependeat. Sed ii effectus à te confunduntur: Si quid autem Cyrilli ſententia tibi dubitationis attulerit, conſidera in corpus Domini Eccleſiam inſeri debuiſſe, vnumque cum eo corpus ante mortem effici,vt ſuum fieret mortis ac reſurectionis meritum, non imputatione quidem,ſed eo modo,quo Adami rebellio noſtra fuerit, & vt in iuſti corpore inſiti, cum eo moreremur,atque per paſſionem in gloriam reſurgeremus Sic,vt diximus, tota vis ſacrificii in communione atque gratiarum actione non conſiſtit, ſanctifica tionem enim ſecum habet coniunctam communio. Inſitio enim & vnitas fieri non potuit, quin fermentum malitiæ expurgatum eſſet, ut fieret noua conſperſio. Nam cum puritate non coeunt ſordes, nec Eccleſia ſordida Spiritum Dei continere poſſet, nec cum azymis ſinceritatis cohærere, ſi uerò vnita corporaliter & naturaliter non fuiſſet, nec cum Chriſto conſepulta eſſe, nec reſurgere potuiſſet. Ex his ergo rebus in hanc adductus ſum ſententiam,ut Eccleſia in ara crucis redempta ſit,in Cœna verò ſanctificata, ac eluta inſtantis mortis merito: ablutionem enim peccati ſatisfactio ſubſequitur. Opponitur,mundos ante Cœnam fuiſſe Apoſtolos, propter verbum quod audierant, vt inquit Dominus, vos eſtis
Ioan.15. mundi,ſed non omnes. Veruntamen huic rei Dominum
Ioan.13. reſpondiſſe, qui lotus eſt,ei opus eſſe ut pedes lauet,præ
Luc.19. tereà habenti dari, & abundantius dari. Ideoque Cœnam fuiſſe propitiatoriam,vt ampliorem mundationem conſequerentur.

Teſtamento dimitti peccata. Cap. 54.

Hebræ.8. AD hanc probationem accedit Pauli teſtimoniũ confirmantis, teſtamento dimitti peccata, hoc
" eſt teſtamentum(inquit)quod teſtabor ad illos:
" poſt dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in cor-

dibus eorum,& in mentibus eorum inſcribam illas,& „
iniquitatum & peccatorum eorum non recordabor am- „
plius. Vbi autem horum remiſſio, iam non eſt oblatio *Hebræ.*
pro peccato. Quum in teſtamento de remiſſione pecca 10.
torum certiores fiamus, atque credamus in Cœna fuiſſe „
teſtamentum inſtitutum ſanguinis potu & aſperſione,
non dubitandum eſt Apoſtolos recõciliationem, atque
purgationem in Cœna obtinuiſſe: Cyprianus in hanc
ſententiam holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & *Cyprianus in*
purgandas iniquitates Euchariſtiam vocat. *Cœna.*

Ieſum chriſtum ita demum ſacrificium fuiſſe, ſi ante holocauſtum cum precibus ſui corporis oblationem fecerit. Cap. 55.

QVamuis à nobis ſuprà ſit demonſtratum, oblatio
nem Hoſtiæ debere mactationem præcedere,
non abs re tamen mihi videtur hac quoque con
ſideratione id confirmare. Scriptum eſt, Ieſum Chri- *Pſal.*109
ſtum eſſe ſummum Sacerdotem, ſecundum ordinẽ Mel- *Hebræ.*5
chiſedech, eum etiam fuiſſe Hoſtiam, & ſacrificium pro
peccato. Niſi tamen oblatio Hoſtiæ, mactationi præ-
uerterit, neutrum horum eſſe potuiſſe. Pontificis Mel-
chiſedechi typum non referebat Chriſtus, quum pende
ret affixus ligno, damnatus ſententia, quam pœnam ſe
qui oporteret, factus pro nobis maledictum, execratio,
holocauſtum & pro peccato, ferens humanas iniquita-
tes, vermis & non homo, & hominum nouiſſimus. Qua *Leuit.*16
conſideratione à Melchiſedecho longiſſimè differebat.
Sacrificium nec etiam fuiſſet, non priùs oblatum, quàm
ſordibus noſtris Pontificis imprecatione pollueretur,
hirci emiſſarii exemplo. Hic enim immaculatus offere-
batur, & poſtquàm peccatis populi, imprecatione Pon
tificis ſordidatus eſſet, in perditionem emittebatur, of-
ferriq; amplius non poterat. Tum Chriſtus autem Mel
chiſedecho perfecte reſpondebat, quum ſui iuris exiſtẽs
à plebe maximis iubilationibus Rex pacis ſalutatus, at-
que diuinis affectus honoribus, panem & uinum, id eſt,
corpus

corpus & ſanguinem obtulit Deo, ſuoſque pauit, ab inimicarum poteſtatum cæde, ac mundi uictoria, ad gloriã regni in eo properantes. Scriptum eſt. Dicite filiæ Siou

Matt 21 " ecce Rex tuus uenit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinã
" & filium ſubiugalis. Turbæ autem quæ precedebant &
" ſequebantur clamabant dicentes, Oſanna filio Dauid,
" benedictus qui uenit in nomine domini Oſanna in ex-
" celſis. Tunc ergo uere Melchiſedechi Regis & ſacerdotis typum referebat.

Oſtenditur chriſtus holocauſti uerius, quàm oblationis uicem in cruce expleuiſſe. *Cap. 56.*

HAc quoque ratione Chriſtum in Cœna ſe obtuliſſe, probari poſse exiſtimaui, quòd in Ara crucis, meo iudicio holocauſti uerius, quàm oblationis uicem ſubiuit, Hoſtiaque non hoſtiis litauit: inſuper in cruce panis & uini à Melchiſedecho oblati, figuræ non ſatisfecit, nec emundationis cæleſtium neceſſitatem ſecundum exemplar ab Apoſtolo propoſitum præſtitit: Docuimus tabernaculum, librum legis, uaſaque teſtimonii Apoſtolos, eorum mentes, populumque ſignificaſse, eoſque Apoſtolos res eſse cæleſtes, quas neceſsario melioribus hoſtiis mundari opportuiſse docet Apoſtolus quàm fuerint exemplaria, quæ ſanguine brutorum in uetere teſtamento emundabantur. Quum ergò hac in re ueritas figuræ reſpondeat quare minus neceſsarium eſse putabis, Apoſtolos in Cœnæ ſacrificio obtinuiſse, quod ſua eorum exemplaria in Cœnæ figura habuerint? Si hæc noſtra ſententia nonnihil tibi negotii exhibeat, ediſsere quid cæleſtium Paulus, quidve Hoſtiarum meliorum nomine intellexerit, quibus in nouo teſtamento cæleſtia mũdari oportuerit, curve plurali numero Hoſtiarum non Hoſtiæ meminerit. Quantum ad me attinet, iudico de Hoſtiis eum intellexiſse, quas in peccatorum remiſſionem Sapientia mactaſse apud Solomonem prædicitur, prouerbiorum nono dicentem:

Hebra.9 (margin note beside "Apoſtolus quàm fuerint")

centem: Sapientia parauit menſam ſuam, mactauit uicti-
mas ſuas, dixit, uenite edite panem meum: bibite uinũ
quod miſcui uobis. Vino ergo mixto, ſanguinem effu-
ſum in remiſſionem peccatorum prædicari, & pane cor
pus pro nobis in propiciatorio ſacrificio oblatum intel
ligo, antequam ſalutis & redemptionis Hoſtia, holocau
ſto, id eſt charitatis incendio conſumaretur. Hæc dicen *Cap. 14.*
tem tui ad commentarium tuum in Geneſim me reiece
runt, ubi negas panis & uini Melchiſedechi oblationẽ,
ad Chriſtum reſpexiſse, ſed ad Arahamum à cęde Regũ
redeuntem, de uia feſſum conuiuio acceptum ſpectaſse,
quamobrem ſtultitia non uacare qui credant, illud con-
uiuium corporis & ſanguinis umbram eſse. Hæc legens
negare te etiam credidi, Ieſum Chriſtum ſecundum or-
dinem Melchiſedech ſacerdotem fuiſse, nam ſi tua ſen-
tentia ueritate nititur, nunquam Pontificio munere fun *Hebræ. 5.*
ctus eſt Melchiſedech. Omnis enim Pontifex aſsumi- „
tur ex hominibus, ut offerat dona & ſacrificia. At tuo iu „
dicio nunquam obtulit Melchiſedech: Si ergo ſecundũ
huius ordinem, qui nunquam obtulerit, Ieſus Chri-
ſtus Pontifex fuerit, is nec vnquam obtuliſſe dicẽdus eſt.
In hoc, inquis, Melchiſedech Pontificem ſe geſſit, quòd
Abrahæ benedixerit, ſed ſi propterea ſacerdos dici poſ-
ſit, non verum eſt omnem Pontificem ex hominibus aſ-
ſumi vt offerat, ſed vt benedicat: quamobrem tam ſecũ
dum ordinem Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Dauid, &
Patrum dici poteſt Ieſus fuiſſe Pontifex, quam ſecundũ
ordinem Melchiſedech. Ex vſu fuit omnium Pontificũ,
vt poſt ſacrificium populo benedicerent: quæ etiam reli
gio ad noſtri temporis ſacerdores traducta eſt, qui poſt
miſſam populo ac Eccleſiæ benedicant, ſed qui in lectio
nem Geneſis animum infiget, facilè iudicabit oblatio-
nem panis & vini, Deum altiſſimum ſpectaſſe. Nam ſcri *Gene. 14*
ptum eſt, panem & vinum protulit. (erat enim ſacerdos „
Deo altiſſimo): vt nonnulli habent codices: vel altiſſi- „
mi vt vulgaris habet æditio. Vide an hæc dictio (enim)
fruſtrà hunc locum occupet: tantum mihi ſignificare vi

 detur,

detur, ac ſi dixiſſet, quoniam erat ſacerdos, obtulit Deo altiſſimo panem & vinum: Si in hoc non acquieſcis, expone cur neceſſe fuerit Melchiſedech ſacerdotem eſſe Dei, vt fame laborantem exercitum cõuiuio acciperet: hoc & ſolent facere, qui ſibi à militum violentia proſpiciunt: ſed fruſtrà hunc locum tot verbis terimus, quũ hactenus in Eccleſia fuerit nemo, qui tibi huius tuæ ſententiæ auctor fuerit.

Omnes poſt beatum Petrum ſacrificij mentionem feciſſe. Cap. 57.

AB autoritate vniuerſalis Eccleſiæ, in hanc quã expoſuimus fidem atque religionem adductus ſum. Nemo enim à B. Petri temporibus eſt inuentus, qui ſacrificij Cœnæ dominicæ non meminerit, contra tuam traditionem inſtitutæ. Clemens & Anacletus, qui Petri & Pauli cooperarij fuerunt. Et poſt eos Alexander: Crimina (inquit) & peccata oblatis his Domino ſacrificii deleantur: talibus Hoſtiis delectatur Dominus, & peccata dimittit ingentia.

Alexander. Epiſtola decretali.

Probatur eo modo ſacrificio Eccleſiam à principio vſam fuiſſe, quem hodie obſeruat Eccleſia. Cap. 58.

AB eorum temporibus in hanc noſtram ætatem, neminem à religione hac defeciſſe, Iuſtinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Chryſoſt. Hierony. Ambroſ. Augu. & qui poſt eos ſcripſerunt Orthodoxi locupletiſſimi ſunt teſtes. Ii enim Ieſu Chriſti corporis & ſanguinis oblationem acerrimè defendunt, traduntque eo modo eſſe ab Apoſtolis acceptam, quẽ hodie obſeruat Eccleſia: præcipuè Cyprianus ea ipſa epiſtola, (ex cuius truncatis quibuſdam ſententiis captas tibi Franciſci Regis noſtri aſſenſionem, animumque erga te concilias) docet apertiſſimè hanc offerendi & ſacrificandi legem, à Chriſto, atque ab Apoſtolis profe-

Epiſtola. 3. lib. 2.

ctam

ſtam eſſe. Hæc ſunt verba quæ tu Franciſco reticuiſti: Si Ieſus Dominus & Deus noſter, & ſummus Sacerdos Dei patris, & ſacrificium Deo patri primus obtulit, & hoc fieri i ſuam commemorationem præcepit: vtique il le Sacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id, quod Chri ſtus fecit, verè imitatur: Audi præcepto Chriſti, Eccleſiam offerre quod obtulit Chriſtus Paulò poſt adhuc ſe planius explicat, vt intelligatur, de Cœnæ ſacrificio loquutus eſſe. At enim (inquit) non manè, ſed poſt Cœnã, obtulit Dominus: Deinde, circa veſperam offerre Chri ſtum oportebat, vt oſtenderet occaſum & veſperam mũ di. Paulò poſt: Nos autem reſurrectionem Domini manè celebramus, & quia paſſionis eius mentionem in ſacrificiis omnibus facimus (Paſſio enim Domini eſt ſacrificium quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus. Scriptura enim dicit: Quotieſcunque enim ederitis panem illum, & calicẽ biberitis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Quotieſcunque ergo calicem in commemorationẽ Domini & paſſionis eius offerimus: id quod conſtat Dominum feciſſe, faciamus. Alio loco hoc ſacrificio purgari in Cœna, & deleri iniquitates exponit, his verbis. Sed ex quo à Domino dictum eſt, hæc eſt caro mea, hic eſt ſanguis meus, quotieſcunq; his verbis, & hac fide dictum eſt, panis iſte ſubſtantialis, & calix ſolenni benedictione ſacratus, ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit: ſimul medicamentum ad ſanandas infirmitates, & holocauſtũ ad purgandas iniquitates exiſtens. *Cyprianus.*

Poſt hunc Chryſoſto. in epiſtola ad Hebræos cap. 9. Pontifex autem noſter, ille eſt qui Noſtiam mundãtem nos obtulit: ipſum offerimus, & nunc quæ tũc oblata quidem, coſummari non poteſt. *Chryſoſ.*

Auguſtinus, cibus ille incomparabilis, ineffabilis viaticum tibi erit ſaluberrimum redemptionis tuæ precium, redemptoris monimentum, & redempti munimentum. Item alibi. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem. Sacramenta veteris teſtamenti promitte- *Augu. li. de Viſita. infir. lib. 2. cap. 3*

Pſa. 73. Sermone 28. de verbis Domini in Luc. De Trinitate. lib. 17. cap. 20.

bant ſaluatorem. Alibi: qui uulnus habet, medicinam requirat. Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt cæleſte, & venerabile Sacramentum. Alibi. Ita enim ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificiis veteris teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri. Propter quod vocem etiam illam eiuſdem mediatoris per Prophetam loquentis: ſacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi. Quia pro illis omnibus oblationibus, corpus eius offertur, & participantibus miniſtratur.

Ex his locis apparet falſum eſſe, à Cœna ad mortem Apoſtolos amandatos fuiſſe: ut à peccatis mundarentur, fructuque oblati in cruce Chriſti corporis potirentur, atque eam gratiam haurirent, quam extra crucem hauriri non poſſe contenditis.

Non amplius nobis cœnam prodeſſe quam Apoſtolis. Cap. 59.

AVeſtra doctrina hac quoque re deterior: quod diſſimili ab Apoſtolis ratione, nos velitis mortis frui beneficio. Illi in Cœna, veſtro iudicio, nihil ſumpſerunt, ſed ad mortem futuram remiſſi ſunt: nos econuerſo à morte ad Cœnam amandamur: Sed credibile eſt, non plus ad nos, quàm ad illos emolumenti ex Cœna peruenire, niſi obſtiterit hæc acutiſſima tui Petri traditio, qua tuo nomine nos inſtruxit. *A vobis carnem Chriſti non manducari: ſed in vos inſpirari & traduci: ceu ſolem conſpicimus radys in terram emicantem, ad generandos vegetandosque eius fœtus, ſuam quodammodo ſubſtantiam ad eam traycere: ſic non inferiorem eſſe Spiritus Sancti irradiationem, ad communionem carnis & ſanguinis Chriſti in vos traducendam.*

De cœna. ca. 20. in ſtitutio.

Si ſpiritus ſancti irradiatione corpus Chriſti traducatur, non ad tem Domini Apoſtolos amandari debuiſſe, ſed ad diem, quo Spiritum Sanctum acceperunt. *Cap. 60.*

HOc ſi verum eſt, fateor Petrum optima duci ratione docentem. Apoſtolos à Cœna amandatos non ad mortem ſolum ſed, ad eum diem, quo Spiritum Sanctũ in nomine Trinitatis acceperunt. Si enim caro non manducatur, ſed Spiritus irradiatione in animam traducitur: (quum Cœnæ tempore nondum Spiritus ad Apoſtolos miſſus eſſet) irradiatio in eorum animas peruenire non potuit, vti ad vos Baptiſmo traduci docetis. In eos qui poſt aduentum Spiritus, Cœnam celebrant, Spiritum immitti, & traiici poſſe minus mirum eſt: in Apoſtolos autem ante Spiritus infuſionem, eam fieri traductionem potuiſſe non intelligo. Si dixeritis carnis communionem in animas traduci, non carnem ipſam, reſponſi loco ſumi poteſt, quod à nobis eſt ſuprà demonſtratum. Participationem, quæ non eſt ſubſtantia, nec etiam traduci poſſe.

Oſtenditur Apoſtolos Cœna aut paſsionis tempore nondum Spiritum Sanctum accepiſſe. *Cap. 61.*

APoſtolos nondum in Cœna Spiritum accepiſſe teſtatur Auguſt. Quales, (inquit) erant diſcipuli Chriſti, quando cum eis ante paſſionem loquebatur, magna cum paruis: ſed ſic oportebat, vt dicerentur magna paruis, quia nondum acceperant Spiritũ Sanctum. Quemadmodum enim poſt eius reſurrectionem, vel ipſo inſufflante, vel deſuper veniente, acceperũt, humana magis quàm diuina ſapiebant: Hoc ipſum teſtatur Dominus dicẽs. Expedit vobis, vt ego vadã. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si autẽ abiero, mittam eum ad vos. Item poſt reſurrectionem ſcriptum eſt. Hæc quum dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis. Acci-

Aug. In Ioan. 16. Tra. 103

Ioã. 16

Ioã. 20

 pite

pite Spiritum ſanctum. Vt propoſitum teneas dicere debuit Dominus. Spiritus in vos meæ carnis communionem infundet, non autem mittam eum ad vos.

Peccare ſolis ſimilitudinem, ad probandam Chriſti carnis traductionem, Spiritus irradiatione. cap. 62.

HAec irradiatæ & traductæ carnis tua diſciplina, tam noua eſt & inaudita: vt mirari ſatis nequeã, quomodo hanc commíniſci potueris: bis peccare mihi videtur ſimilitudo, qua tu nos poſſe in tuos laqueos irretiri arbitratus es. *Sol tibi quodammodo ſubſtantiã ſuam traycit, ad vegetandos terræ fœtus: ſic Spiritus irradiatio in te traducit corporis Domini communicationem, vt animam tuam nutriat.* Si dixiſſes, vti ſol ſuam ſubſtantiam traiicit, ſic Spiritus ſuam in nos ſubſtantiam irradiat, aut traducit, melius conueniret & quadraret comparatio. Sed tua ſimilitudo eſt propriæ ſolis ſubſtantiæ, ad alienam ſubſtã tiam, aut ad non ſubſtantiam. Sol pomi ſubſtantiam nõ traiicit in ficum. Ita nec Spiritus carnis ſubſtantiam debet in animam tuam traducere, vt hanc nutriat. Sed fingamus traducere. Horum alterum euenire neceſſe eſt. Aut carnem traductam euaneſcere, atque in nihilum redigi, ſicque minimè nutrire: aut ſi integra maneat vireſque non amittat, & animam nutriat, animam in carnem mutari, & conuerti. Scriptum eſt. Qui manducat carnẽ meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Eo ergo modo in Chriſto manebimus, quo is in nobis manet. Caro eius, in nos in ſpiratur ex tua traditione, ſimul ergo euenire neceſſe erit, vt noſtrum corpus in diuinum inſpiretur, & traducatur. Aut ſi factu difficile hoc tibi videatur, in nobis aliter manebit Dominus, quam in eo manſuri ſumus, contra verbum eius Quod ſi à carnis traductione ad participationis traductionem profugeris, cum animo tuo reputa, eam rem quæ non ſit ſubſtantia (cuiuſmodi eſt participatio) traduci non poſſe: neque etiam tui corporis communionem in Chri-

De cœna inſtitu. cap. 20

Ioan. 6.

ſtum

ſtum traiici.

Ex his elapſi anguſtiis, adducimur in veſtram conſecrationis abiurationem.

Quantum ad conſecrationem (inquit Richerus) imaginari non oportet, hanc fieri incantationibus, vel magicorum coniurationibus, tanquam ſufficiat verba murmuraſſe ſuper creaturas inſenſibiles: ſed fit prædicatione effectum ſuum ſortiente, atque efficaciã ſuam afferente in auditorum corda, diſcernentium panem, conformiter ad verbum, & ab alio pane profano diſtinguendo: vnde ſequitur fragmenta panis, quæ non ſunt diſtincta, nec ſeparata verbo, panem communem remanere, atque delirium eſt pluſquam puerile, cogitare horum fieri reliquias oportere.

Preces diuinæ Anaphoræ & conſecrationis, incantamenta non redolere. Cap. 63

QVuum dicit panem ſuum, ab alio pane profano ſola diſtinctione differre, inuit vtrumque profanum eſſe. Quum verò preces conſecrationis, ſolennemque ciborum benedictionem in magicas incantationes vertit, ita percitus in id intemperantiæ irrumpere videtur, Euangelii oblitus planum facientis, poſt gratiarum actionem, & benedictionem, à Domino panem demum Apoſtolis diſtributum fuiſſe. Qua è re conſtat gratiarum actionem & Chriſti benedictionem ab Apoſtolis memoratas, incantamenta magica nõ redolere: atq; verba à Chriſto non fruſtrà pronunciata, & emiſſa fuiſſe.

Oſtenditur panis ſacer fieri non poſſe, niſi ſolenni benedictione. Cap. 43.

PLurimum tui Petri innatæ iracundiæ cõdonamus, ſed vſquequaque à nobis ferri non poteſt: Quum ſileat quomodo à Domino ſacratum fuiſſe panem & vinum intelligat: obſcurum eſt an exiſtimet, ſine precibus & verbis, ſed nutu, aut manuum impoſitione, hoc

à Domino effectum eſſe myſterium. Ex eius tamen ſermonibus certiores fieri potuimus, manuum impoſitionem, ſumma animi execratione à vobis damnari, & reiici. Quum verò à precibus etiam tantoperè abhorreat nihil reliquum facit, quo Dominus ad panis benedictionem vſus ſit, præter prædicationem præcedentem, & mãducantis diſtinctionem, qua ſola iudicat, veſtram Eucharistiam à communibus & vſitatis cibis diſtare. At niſi his cõceptis verbis, hoc eſt corpus meum, de pade à Domino dictum ſit, in gratiarum actione, benedictione & fractione, eaque ratione panis ſanctificatio perfecta fuerit, Apoſtoli ſe vanitatis arguunt, affirmantes, à Domino ſibi præſcriptum eſſe: vt his vterentur verbis, atque ritu, quotieſcunque ad panis ſanctificationem & fractionem cõuenirent. His enim enarratis & repetitis verbis Domini, gratiarũ actione, & bendictione, addunt: Hoc facite, quotieſcũq; manducaueritis in mei memoriam: hæc dictio (hoc) non ſolũ diſtributionẽ notat & reſpicit ſed quicquid diſtributioni coniunctũ eſt: vt his omiſſis, imperiũ Domini ritè exequi nõ videãtur, qui panẽ frãgunt, atq; cõmunicant. Richerus putabat ideo panẽ ſacrum dici, quòd ſumatur, & diſtinguatur vt corpus ſignificet, id eſt, vt fiat Sacramentum. Sed eo etiam modo ante Cœnam hoc nomine nuncupari poterat, cum ad menſam in eam ſpem adferretur. Præterea eis ſolis eſſet Sacramentum, qui eam fidem haberent, ſicque à ſumentis fide ſanctificatio perficeretur, & infideles à Sacramenti manducatione excluderentur.

Fidem uerbis domini adhiberi non poſſe niſi uerba pronuncientur. *Cap.* 61.

HAec audiens Petrus animo permotus, nobis oppoſuit. *Verbis à me nimium tribui, iis uirtutem non ineſſe, quòd pronuncientur: ſed quòd eis adhibeatur fides. Proinde fidei atque diſtinctioni debere ſanctificationem imputari, non uerbis.* Sed verbis, inquam, qui fides haberi po-

ri poterit, niſi pronunciatis? Si à Domino eorum pronunciatio iubeatur; tu quis es, qui hanc inhibes? qui obſiſtis omnipotentis imperio? Non video cur adeo excellat opus veſtræ fidei, & diſtinctionis, vt pronunciatione verborũ Domini potius habeatur; quum vtrumque ſit humanum opus. Non ignoro verba à pronunciatione, ſuam virtute non mutuari. Neque etiam à credentis fide vis ſalutis egreditur, aut exprimitur; ſed eius enitet potentia & virtus; cuius iuſſu verba repetita, & enunciata ſunt; atque ex hoc, verba ſanctitatem & efficaciam obtinent, quod ex ore omnipotentis, in panis ſanctificatione ſemel emiſſa ſint ac prolata. Eis ergo dignitatem non adiungit miniſter verbi; ſed is vice Domini fungitur in opus ſanctificationis, ex Domini ſui præſcripto & dignitate.

Chryſoſtomi de conſecratione ſententia.

Chryſoſtomus de hoc ita diſſeruit, non enim homo eſt qui propoſita in conſecratione menſæ Domini, corpus Chriſti facit & ſanguinem: ſed ille qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus: Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur, & gratia: hoc eſt (ait) corpus meum, hoc verbo propoſita conſecrantur. Apoſtolus calicem benedictionis, quem benedicimus vocat, non alio benedictionem, quàm ad calicem referens.

Margin: De proditióe Iudæ — " " " " " — " " " " " — 1. Corin. 10.

Si diſtinctione & fide ſumentis ſit panis ſacer, diabolicum eſſe oportere, quem diabolicus & hæreticus diſtinguit. Cap. 66.

His de rebus me orationem extrahentem, tuus Petrus ſua iracundia interpellauit, vt ſermonem conficere non potuerim. Quamobrem peto à te, ut hanc mihi tollas dubitationem. Si ſola diſtinctione, & non verbis Domini conceptis, ſolennique benedictione, panis ſanctificetur, quid ei fiet, qui ab hæretico diſtinguetur, poſt hæretici miniſtri concionem? diabolicuſne dicendus erit, qui ſecundum diabolicam doctrinam fuerit à communi pane diſtinctus? Nemo

ante

ante vos, quod ſciam, præter Manichæum ſanctificationis preces aſpernatus eſt. Is eo quo vos iudicio zeloque Cœnam ſuam obibat, panemque diſtinguebat, uti poteſt ab Auguſt. intelligi libro 20. cap. 13. Huius verba ſunt hæc. Noſter autem panis, & calix non quilibet quaſi propter Chriſtum in ſpicis & ſarmentis ligatũ, ſicut illi deſipiunt ſed certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quamuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, non Sacramentum religionis. Vides Eccleſiæ conſenſu Euchariſtiam certa cõſecratione fieri corpus Domini, cui conſecrationi incantationis magicæ maculam inuritis. Quaſi Chriſtus magicam exercuerit, aut hanc Apoſtolos docuerit.

Auguſt.

Quem locum uerbum tenuit in conceptionis ſacramento, hunc in conſecratione tenere. Cap. 67.

Virgo Maria non ſola fide, ſed è Spiritu Sancto verbis conceptis & ab Angelo pronunciatis cõcepit. Neque exorciſmi gratia, aut fruſtra ab Angelo emiſſa ſunt verba: ſic nec fieri poterit edentis fide & diſtinctione, panis conſecratio & Sacramentum, niſi verbum Domini acceſſerit, ab Angelo Domini (qui eſt eius ſacerdos) emiſſum in opus ſanctificationis, vt verbum eum locum obtineat in Euchariſtia, quẽ in conceptione obtinuit, vt Sacramento Sacramento reſpondeat.

Benedictionem qua uſus eſt Dominus, non poſſe alio quàm ad Euchariſtiam referri. Cap. 68.

Si ſine precibus, ſolenni benedictione, & gratiarũ actione debet panis accipi & manducari: cur ante fractionem, hunc à Domino fuiſſe certa gratiarũ actione ſacratum, & benedictum ſiletis? ſed pro nihilo putantes benedictionem, eamque vt rem nullius uſus

reſpuentes (vt tamen hominum reprehenſionem fugiatis) benedictionem in gratiarum actionem conuertitis, duas res in vnam contrahitis, & confunditis, atque hac re non contenti (ne exorciſmo Chriſtus vſus fuiſſe videatur) gratiarum actionem alio transfertis, quàm ad panis ſanctificationem.

Traditis hanc actionem quandam præparationem, & tranſitum fuiſſe ad reputandum myſterium.

In harmonia Calui. i Matthæum.

Qua in re cum Eccleſia vos diſcordare, & diſſidere docet Chryſoſtomus his verbis. Dominus gratias porro egit ut nos inſtrueret, quomodo myſterium hoc facere debeamus. Is vult inſtituto Domini, ad panis & vini ſanctificationem, adhiberi benedictionem, & gratiarum actionem. Tu vero, hanc ſanctificandi rationẽ, magices tibi ſuſpectam eſſe oſtendis. Atque vt incautos decipias, ſententiæ tuæ, verſionem lectionis Euangelicæ accommodas. *Sumpto* (inquis) *Ieſus pane quum benedixiſſet fregit.* Aliorſum indicans Ieſum vſum fuiſſe benedictione, atq; indicet Marcus Apoſtolus, qui dominicam benedictionem ad panem reſpexiſſe declarat his verbis: λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον εὐλογήσας ἔκλασε: Quod ita verti poteſt, ſi vulgaris verſio non recipitur. Quum accepiſſet Ieſus panem, & benedixiſſet, fregit; vt fractio & benedictio ad panem ſpectent, vnumq; eã ſum regant, non vt excogitaſti, viam præparent ad reputandum myſterium: Hanc enim eſſe linguæ Græcæ phraſim atque rationem periti huius iudicabunt: vt niſi benedictio & gratiarum actio panem reſpiciant, nec fractio ad eum pertineat. Hoc nobis indicat Matthæus ſcribens, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον καὶ εὐλογήσας ἔκλασε. addita copulatiua vt hanc rem teſtatam nobis relinqueret.

Chryſoſ.

Quomodo Chryſoſtomus verba conſecrationis intellexerit.

Chryſoſtomus qui merito in ſua lingua tibi nec concedere, nec inferior haberi debet, hunc Matthæi locũ ita vertit: Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem, & benedixit, atque fregit, deditque diſcipulis &c. Hieronymus

Hyeron.

" ronymus Marci hunc locum ita vertit: Accepit Ieſus panem, & benedicens fregit: & Euſebius Emicenus vt oſtendat ad creaturas benedictionem pertinere, in tractatu de corpore & ſanguine Chriſti: Quanta itaque, & quàm celebranda vis diuinæ benedictionis operetur, quomodo tibi nouum & impoſſibile videri non debeat quod in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia commutantur: te ipſum qui iam in Chriſto es, regeneratus interroga. Cyprianus: Qui vſque hodie hoc veraciſſimum corpus ſuum creat, benedicit, & diuidit. Vide quid benedictioni vir hic tribuat. quam vos vt incantamenta reiicitis & expellitis. Quid à te nobis proponi poteſt, cur tuo arbitrio perpetuam vſitatamque Eccleſiæ religionem deſeramus, atq; ab ea deficiamus, tuamq; traditionem Eccleſiæ teſtimonio præferamus.

Euſebius De corpore & ſanguine Domini.

Cyprianus ſ. Cœna.

Conſecrationis religionem à temporibus Apoſtolorum ſemper obſeruatam fuiſſe. ***Cap. 69.***

SI priora quæq; tempora notauerimus, eorumque omnium religionem ac inſtituta diligenter explo-remus, nullam ætatem fuiſſe inueniemus, qua non ſanctiſſimè exculta fuerit ſanctificationis & conſecrationis religio, quam tanta odii & contumeliarum effuſione, tantoque ſtudio, & animorum contentione abegiſtis.

Probatur ex Iuſtino vi verbi panem, in carnem mutari in conſecratione, quemadmodum uerbum caro factum eſt.

Apolo. 2. Iuſtinus Martir, vir ob eximiam doctrinam, vitæque ſanctitatem, ab Eccleſia poſteritati commendatus, viginti fere annis poſt Ioan. Euangeliſtam, Eccleſiæ vniuerſalis cauſam egit apud Senatum Romanum, & Antonium pium Imperatorem. Ibique rationem reddidit noſtræ religionis doctiſſima, elegantiſſimaque illa ſua Apologia, atque expoſuit quis eſſet Eccleſiæ, conſecrandi ritus. Ex cuius orationem diſci poteſt, Eccleſiã habere ab Apoſtolis, hanc conſecrationis conſtitutam

diſciplinam, quæ continenti, & perpetua obſeruatione, ad hanc noſtram ætatem tradučta eſt. Huius verba ſunt hæc. Sub finem precum nos inter nos oſculo ſalutamus. Deinde ei, qui præpoſitus eſt fratibus, panis offertur, & poculum aqua & vino temperatum, quæ cum accepit, laudem & gloriam omnium parenti, Filii, Spiritusſque ſancti nomine tribuit, gratiaſque diu agit, quòd ab eo his dignus ſit habitus, quibus rite perfectis, & precibus, & gratiarum actioni, populus omnis qui adeſt benedicit, dicens amen: Amen autem Hæbraico ſermone, idem, quod fiat, ſignificat: poſteaquã & is qui præeſt gratias egit, & populus omnis benedixit, ij qui apud nos Diaconi dicuntur, dant vnicuique eorum qui adſunt percipiendum panem, vinumque & aquam, quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, & ad eos qui abſunt perferunt, atque cibus hic apud nos Euchariſtia nominatur, qua nemini alii participare licet, niſi ei qui vera eſſe credit, quæ nos dicimus, & expiatus eſt lauacro, quod in remiſſionem peccatorum regenerationemque datur, & ita viuit vt Chriſtus tradidit: Neque enim hæc, communem vſitatumque panẽ, vſitatumque potionem capimus: Sed quemadmodum per Dei verbum, homo factus Ieſus Chriſtus conſeruator noſter, & carnem, & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: Sic etiam cibum, qui per preces ſermonis, quẽ ab eo accepimus, conſecratus eſt, & quo ſanguis, carneſque noſtræ, per tranſmutationem aluntur, Ieſu Chriſti, eius qui homo factus eſt, & carnem & ſanguinem eſſe docti ſumus. Apoſtoli enim in commentariis ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ita ſibi Chriſtum præcepiſſe tradiderunt, eum accepto pane, cum gratias egiſſet, dixiſſe, hic eſt meus ſanguis, ſibique ſolis dediſſe.

Panem benedictione conſecrari ex Auguſtino.

Auguſtinus affirmat Eccleſiam, diuinæ Anaphoræ precationes à Paulo accepiſſe: Multa quippe (inquit in Epiſt. ad Paulinum) dici poſſunt, quæ improbanda nõ ſunt. Sed eligo in his verbis, hoc intelligere, quod om-

nis,

" nis, vel pene omnis frequentet Eccleſia, vt precatio-
" nes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sa
" cramentorum, antequàm illud, quod in Domini men-
" ſa proponitur, incipiat benedici, Orationes, cum be-
" nedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum commi-
" nuitur, quam totam petitionem fere omnis Eccleſia,
" Dominica oratione cōcludit. Paulo poſt: interpellatio-
" nes autem, ſiue vt noſtri codices habent poſtulationes,
" fiunt quum populus benedicitur. Tunc enim Antiſti-
" tes, velut aduocati, ſuos, per manus impoſitionem mi
" ſericordiſſimæ offerunt poteſtati. Quibus peractis, &
" participato tanto Sacramento, gratiarum actio cuncta
" concludit, quam in his etiam verbis vltimam commen
dauit Apoſtolus. Vide creaturas inſenſibiles contra
tuam doctrinam benedici, & pro populo benedictas
offerri.

Panem per ſancti Spiritus aggreſſionem ſanctificari ex Grego-rio Neocæſarienſi.

Secundæ ſynodi Nicenæ ſeſſione 9. Gregorius Neocæſarienſis, qui panis veſtri figurati vo bis auctor eſſe potuit, non reſpuit preces conſecratio- nis, nec negat virtute verbi pronunciati, panem ſancti
" ficari ac mutari. Hoc enim (inquit) Dominus Chri-
" ſtus tractauit, vt ſicuti carnem quam aſſumpſit, propria
" ſecundum naturam ſanctificatione, ex ſua vnitione dei-
" ficauit. Similiter etiam panem Euchariſtiæ, veluti ve-
" ram imaginem naturalis carnis, per ſancti Spiritus ag-
" greſſionem ſanctificatum, Diuinum corpus eſſe voluit,
" illique ſic placuit. Venit autem medius ſacerdos, qui ex
communi, ſanctum id facit, ſacra illa anaphora. Dici
contra te nihil poteſt manifeſtius.

Irenæus, lib. 5. Irenæus verbo ſanctificationem, & mutationem attri-buit, non diſtinctioni veſtræ. Panis (inquit) commu-
" nis, percipiens verbum Dei, iam non eſt communis pa
" nis, ſed fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Dominis.

Conſecratio ex Cypriano.

De cæna. Cyprianus; Ex quo (inquit) à Domino dictum eſt.
" Hoc facite in mei memoriam hæc eſt caro mea, hic eſt
ſanguis

ſanguis meus: Quotieſcunque his verbis, & hac fide actum eſt, panis ille ſubſtantialis, & calix ſolenni benedictione ſacratus, ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit. Vide ſolennibus conceptiſque verbis agi ſanctificationem, huius Sancti viri iudicio.

Immutari panem ex Chryſoſtomi ſententia.

Chryſoſtomus, Non ſunt (inquit) humanæ virtutis propoſita opera, qui tunc ipſa fecit in illa Cœna, idem ea nunc quoque facit. Nos miniſtrorum tenemus locum, qui verò ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. *De ſumẽtibus indigne myſteria. Homil. 60.*

Euchariſtiam abſentibus ab Eccleſiæ exordio delatam fuiſſe. Cap. 70.

QVum panis ſanctificationem abroges, vt ſola diſtinctione & opinione fiat vobis Euchariſt. Richerus nõ ſine ratione moueri mihi videtur, reliquias negligens, quæ diſtinctæ non fuerunt: atque abſentibus, & ægra affectis valetudine Euchariſtiam deferri vetans, contra inueteratam Eccleſiæ, & continentem conſuetudinem, & conſtitutionem. Iuſtinus, ut à nobis ſuprà demonſtratum eſt, hunc ſua ætate Eccleſiæ morem fuiſſe tradidit, vt à Diaconis, ad eos qui abeſſent ſacrificio, Euchariſtia deferretur. *In fide Apolo. 2.*

Euſebius Cæſarienſis, in ſua hiſtoria, oſtendit ab Aniceto ad Polycarpum Romam, ad componendas de feſto paſchatis diſcordias aduectum, Euchariſtiam miſſam, fuiſſe in ſignum vnitatis. *Euſebius lib. 4. cap. 14.*

Præterea enarrat, Serapionis Alexandrini pœnitentis hiſtoriam, qui extremis doloribus ſolutus ſit, poſt Euchariſtiæ manducationem, Eius verba ſubiecimus. *Lib. 7. cap. 34.* *Dionyſ.*

» Dionyſius vero hoc reſcribens ad Fabianum Antiochenum Epiſcopum, intexuit hiſtoriam dignam memoria, dicens: Serapionem quendam fuiſſe apud Alexandriam vnum ex his qui lapſi ſunt: eundem ſæpe depracatum, vt ſuſciperetur: nec tamen impetraſſe. Oppreſſum deinde hunc ægritudine, ita vt triduo iam ſine voce prorſus iaceret;

" iaceret: paulülum verò quarta die reſpirantem, vocaſſe
" ad ſe filiam ſuam, & dixiſſe. Quouſque me detinetis,
" quæſo vos, cito aliquis presbyterum roget, vt poſſim
" aliquando dimitti: Et quum dixiſſet, rurſum ſine voce
" permanſit. Abiit curſu puer ad presbyterũ noctis tem-
" pore, infirmabatur presbyter, venire non potuit: ta-
" men quia præceptum fuerat, vt lapſis in exitu nemo re-
" conciliationis ſolatia denegaret, & maxime his, quos
" prius id rogaſſe conſtaret, parum Euchariſtiæ puero,
" quod ſe venerat, dedit: quod infuſum tuſſit præberi.
" Regrediente adhuc puero, antequam perueniret do-
" mum, rurſum Serapion reſpiciens, rediſti (inquit) fili,
" & licet presbyter venire non potuit, tu tamen imple,
" quod tibi præceptum eſt, vt poſſim diſcedere. Cum-
" que impleta eſſet ſolennitas, velut catenis, vinculiſque
" diſruptis, lætiorem iam ſpiritum reddidit. Ex hoc con
ſtat apud primitiuam Eccleſiam, morem & religionem
" fuiſſe, Euchariſtiæ & conſecrandæ, & ſeruandæ, atque
abſentibus mittendę.

Euchariſtiam ſeruari ex Cipriano.

De lapſis Cyprianus circa hæc tempora quandam fœminam fuiſ-
" ſe narrat, quæ quum arcam ſuam, in qua ſancta Eucha-
" riſtia concluſa eſſet, manibus indignis tentaſſet aperi-
" re, igne inde ſurgente, deterritam fuiſſe, ne auderet
attingere. Richerus his quas expoſuimus, difficultati-
bus permotus vt infirmitati noſtræ ſuccurreret, ſummã
nobis fecit tuæ doctrinæ, in pauca uerba contractam,
ſed maximis inuolutam difficultatibus.

Quibus conſtet Euchariſtiæ Sacramentum Richerocaluinianis.

In ſumma hoc Sacramentnm, ſicut quoduis aliud, duabus ſpeciebus conſtat, una uiſibile, altera inuiſibili, ab inuicem diſtinctis & differentibus, quamuis efficacia uerbi, una ad alteram referatur. Species habet accidentia pro obiecto, non autem ſubſtantiam rei.

Specierum definitio.

Species inuiſibilis, eſt res ſignificata per ſignum, quæ ideo dicitur ſpecies, quod reſpondeat ſigno. Proinde hæ ſpecies non diſtinguntur

ſtinguitur contra genus, ſed ſumitur pro re externa quæ obijcitur oculis.

Definitionis declaratio.

Hæc uerba ſummæ ſuæ adiunxit, vt geminatam illam ſuam ſpeciem explanaret. Verum tenebras mihi offudit potius, quàm expulerit. Non intelligo cur inuiſibilem carnem Domini, quam vos pane puro & natura communi figuratis, ſpeciem vocet, propterea quòd communi ſubſtantiæ, id eſt, ſigno veſtro reſpondeat, maxime, quum ſumat inuiſibilem ſpeciem pro re externa, quæ oculis obducitur. Neque etiam aſſequor ingenio, quomodo corpus inuiſibile Domini, pani reſpondeat, eius rei, cui reſpondeat, non habito reſpectu. Aut quomodo ſpecies. quæ hic accidens dici poteſt, ſua accidentia habeat pro obiecto; vt accidens ſibi ſit accidens.

Quum mihi non minus eſſet obſcurum, quomodo fieret vt carnem Chriſti realiter manducaretis, ſed non corporaliter, is à me rogatus, vt ſe apertius explicaret, hoc reſponſo nobis ſatisfecit.

Facile eſt intelligere, Chriſtum ſe realiter exhibere, ſed non corporaliter, quoniam omnis realitas non importat rem corporalem aut materialem, vt apparet de anima, quæ in nobis eſt realiter, ſed non corporaliter: Sic hæc diſtributio ſubſtantia corporis Chriſti ſit realiter, ſed non corporaliter, quoniam non datur nobis in alimentum corporale, ſed ſpirituale, aliter non eſſet ſacramentum.

Cuiuſmodi ſpeciem corpus Domini eſſe intelligant Richerocaluiniani, & quid de corporum expectatione crediderint.
Cap. 71.

VBi cognitum mihi eſſet, corpus Domini, inuiſibili ſpecie ab eo definiri, & in huius rei confirmationem Chriſtum fieri realem, & non corpoporalem, atque ad eo diſtributionem corporis eius non fieri corporaliter, ſic vt nec corpus ipſum diſtribueretur & quum ſe ad reditum compararet, à me ad eum miſſus

eſt ex noſtris aliquis cum mandatis, vt huic ſingulatim enunciaret, quid hæc doctrina mihi viſa eſſet impietatis continere, atque vt ad me referet ex ſcriptam Petri (ipſo dictante,& inſpiciẽte) eorum, quæ à me eſſent oppoſita, explicationem. Exiſtimabam enim hunc per errorem lapſum fuiſſe, quo errore cognito, is ad ſanitatẽ ſtatim eſſet rediturus; ſed in ſua ſpecierum inuentione, & commento perſeuerauit, atque declarauit. *Corpus Domini quo animæ veſtræ paſcuntur, eiuſmodi ſpeciem eſſe, vti Plato ſuas Ideas prædicauit. Quantum ad realitatem corporis non materialem attinet, adiecit hanc à ſe defendi, quòd caro Chriſti non ſit corporis alimentum ſed animæ, ad quam ſpes ſalutis pertineret, nõ ad corpus.* Hoc reſponſum eo dictante, vti à me fuerat imperatum deſcriptum eſt,& ad me relatum. Eo intellecto, animo valde commotus ſum, meque tædere cœpit operæ inſumptæ in doctrina veſtra examinanda. Sed in animum nunquam induxiſſem fore, vt hominem ad nos mitteres, religionis inſtituẽdæ gratia, tam à Chriſto abhorrentem,& alienum. Oſtendi ex tua Pſychopanychia à te ſpem carnis in vitam æternam non improbari. Sed reſponſum tuli, te nondum virtutem Spiritus ſancti deguſtaſſe, quum eum librum edidiſti, hinc nõnulli ex tuis diſcipulis occaſionem nacti, carnis ſalutem aut negabant, aut minimi faciebant: tantûm valuit diſſeminata tuis auſpiciis impietas.

Vnde Richerus Putauerit corpus Chriſti reale eſſe, & non corporale. 72.

QVum ille tuus Richerus intellectu conſequi nõ valeret, qui fieri poſſit, vt Chriſtus carnis ſuæ ſubſtantiam, per Spiritum ſanctum, canalem à te excogitatum, in animas veſtras irradiatione ſua deriuaret, animo ſe vertit, ad eam vanitatem & inſaniam, quam ſuprà expoſuimus, vt oporteret diuini corporis ſubſtantiam realiter diſtribui, ſed non corporaliter. At poſtquam intellexi tam apertè hunc de via veritatis declinare, mirari deſii, ꝙ in aliis rebus inſaniret.

De mixtura calicis, deque Chriſmatis virtute in baptiſmo quid tradiderint Caluiniani. cap. 73.

MAgna animi pertinacia in concione nobis tradidit, eos omnes fuiſſe hæreticos, blaſphemos, ſacrilegos, fallaces, & falſarios, qui vino Cœnę, aquam miſcuiſſent, aut miſcendam aſſeruiſſent, quòd ad puritatem Euangelii, Chriſtique doctrinam, hoc ſuũ commentum addiderint. Neque abſimili loco haberi debere, qui vnctionem olei & chriſmatis, in Baptiſmo tuerentur. Hæc audiens, me non potui continere, quin illi denunciarem, atque edicerem, niſi ab hac petulentia, & procacitate deſiſteret, nullam amplius per me, ſibi fore concionis facultatem. Ille verò queri cœpit, vim ſibi & iniuriam fieri: ſe à te miſſum, vt quæ edoctus à te eſſet, quæque à te audiuiſſet, palam ac libere pronunciaret. Huic plura obloquenti, oſtendi quæ tanta animi offenſione, atque pertinacia damnabat, non hominum traditionibus in Eccleſiam irroiuiſſe, ſed Apoſtolorũ, eorumque diſcipulorum teſtimonio à Spiritu ſancto ſuſcepta & inſpirata fuiſſe. Hanc religionem à Clemente (qui Petro ſucceſſiſſe creditur) obſeruatam & perpetua continuatione, temporiſque ſerie, in hunc vſque diem ſanctiſſimè cultam fuiſſe docuimus. Huius Clementis Paulus meminit in epiſto. ad Philippenſes: Is præcepit vt vnuſquiſq; baptiſetur aquis perennibus, vnctus primùm oleo, per orationem ſanctificato.

Cap. 4. Epiſto. ad Iacobum fratrẽ Domini.

Probatur continens & perpetuus miſcendi calicis, & vnctionis vſus in Baptiſmo. 74.

ANacletus à Petto, presbyter ſacratus, vnctionem chriſmatis approbat, his verbis. Quia omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu ſancto, cuius virtus inuiſibilis ſancto chriſmati eſt permixta. Huic ſuccedẽs Euariſtus, non ſolùm Baptiſmi, ſed etiam Sacerdotij vn-

Anaclet. Epiſto. decretali. »

Alexand. Epiſtol. decretali. ctionem comprobat. Poſt hos Alexander Martyr, vinũ aqua miſceri oportere à Patribus ſe affirmat accepiſſe, his verbis. In Sacramẽtorum quoque oblationibus, quæ
« inter miſſarum ſolennia Domino efferuntur: paſſio Do-
« mini miſcenda eſt, vt eius, cuius corpus & ſanguis confi
« citur paſſio celebretur, ita vt repulſis opinionibus ſuper
« ſtitionum, panis tantum, & vinum aqua mixtum in ſacri
« ficio offeratur. Non debet enim (vt à Patribus accepi-
« mus, & ipſa ratio docet) in calice Domini, aut vinum ſo
« lum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrumq; permixtum: quia
« vtrumque à latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Quanuis ſecundum te ſanguis Domini in calice figuretur, neceſſariò tamen vinum miſcendum mihi videretur, quod quum ſanguis humanus ſine aqua eſſe non poſſit, ſine aqua eius figura non procedat.

Ab Alexandro aquæ miſcendæ religio ab Apoſtolis ſuſcepta docetur.

Quum Alexander maiores memorat, non dubium eſt Apoſtolos eum indicare, is enim 38. annis poſt Petrum *Lib.4.c.4* Epiſcopatum ſortitus eſt, & Euſebio Cęſarienſi teſte, eo ferè tempore Eccleſiæ Romanæ præſidebat, quo Ioannes Euãgeliſta Epheſinæ ſub Taraiano Imperatore. Præterea homo Romanus, Romæ in religione chriſtiana ab Apoſtolis inſtitutus, potuit cum eis, & cum ipſo Ioãne ſub Domitiano, paulò antè Traiani imperium Cœnam çelebrare. Hoc quit nolit admittere, inficiari non poterit, à Clemente Alexãdrum inſtitui potuiſſe, quum 9. ſolum annis intermiſſis (vt ſcribit Euſeb.) aut 17.) vt tradit Marianus Scotus) ſummum ſacerdotium inierit. Hinc iudicandum eſt, hunc confirmare Eccleſiam in calicis miſcendi religione noluiſſe, ſi hæc à Patribus aliena, & diuerſa fuiſſet. Alioquin palã facite, quid eſſe cauſæ ſuſpicemini, cur vir pius tam imprudenti mendacio poſteritati impoſuiſſet, vt illam, quam ſanguinis effuſione tuitus eſt, in contraria quàm ab Apoſtolis imbibiſſet doctrina confirmaret.

Iuſtinus Philoſophus. 28. poſt annis, in ſua Apologia

ad Senatum, vini mixturam prædicat, vnctionemq́; olei & chriſmatis in baptiſmo approbat, quæſtione agentibus poſita 137.

Iuſtini temporibus vinum aqua miſceri ſolitum.

Annis ferè duobus poſt Iuſtini Apologiam, Polycarpus vir ſanctiſſimus à Ioanne Euangeliſta & Paulo Smirnenſis Eccleſiæ ordinatus Epiſcopus, Romam ſe ad Anicetum recepit, ad componẽdas Eccleſiæ de Paſchate cõtrouerſias. Hic certior fieri potuit eorum quæ à Iuſtino in Eccleſiæ patrocinium geſta dictaque fuerant. Si huius comperiſſet orationem, doctrinæ Apoſtolicæ repugnare, non diſſimulaſſet, aut ſubticuiſſet. Maioris enim momenti hæc res eſt, quam ſit 14. diei lunæ obſeruatio, cuius cauſa tantos labores pertulerat. Ii etiam ob religionem, ſuam vitam Martyrio profuderunt. A concilio Carthaginenſi tertio, decem conciliorum decreto ſancitum eſt, ritè conſecrationem fieri non poſſe, niſi vinum miſceatur. *Euſebius li. 4. hiſt. cap. 14.*

Ab Irenæo calicis mixturam probari.

Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, Polycarpi diſcipulus, vir ea tempeſtate ab eximia ſanctitate & doctrina Eccleſiæ venerandus, dicit ſe viua voce ab Apoſtolorum diſcipulis didiciſſe, quæ de noſtra religione traderet, & obſeruaret. Vtrunque defendit, calicis mixturam, atque vnctionem. Floruit Commodi temporibus. Is calicis miſcendi religione Ebionios oppugnat, Chriſti carnis diuinitatem abnuentes.

Tertulliani de vnctione ſententia.

Tertullianus paulò poſt ſub Zepherino Papa, & Antonino Caracalla Imperatore, maxima animi contententione vnctionem tuetur aduerſus Marcionem lib. 1. affirmans ab Apoſtolis eſſe traditam, de quorum doctrina, nihil immutatum fuiſſe vſque ad ſuam ætatem oſtendit, libro de præſcriptionibus, hacque ratione oppugnat hæreticos.

Fabianus Chriſmatis vnctionem ab Apoſtolis acceptam teſtificatur. *Epiſto. Decretali ſecunda.*

Fabianus Pontifex Martyr modico temporis interuallo hunc ſecutus, apertè profitetur Chriſmatis confe-ctionem,& ab Apoſtolorum traditione ad Eccleſiã peruenisſe,atque ſingulis annis renouari oportere, his verbis. Nam ſicut ipſius diei ſolennitas, per ſingulos annos eſt celebranda,ita ipſius ſancti Chriſmatis cõfectio per ſingulos annos eſt agenda,& de anno in annum renouãda,& fidelibus tradenda, quia nouum ſacramentum eſt, & per ſingulos annos iam dicto die innouandum,& vetus in Eccleſia cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus accepimus, vobiſque tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana & Antiochena Eccleſia à tẽpore Apoſtolorum cuſtodiuit. Hæc Ieroſolymorum & Epheſianorum tenet, in quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt. Hic vir tibi ſuſpectus eſſe non poterit,ſi in memoriam tuam reuoces, quid de eo teſtetur Euſebius Cæſarienſis.

Non promereri Spiritum ſanctum, qui ſignaculo Chriſmatis cõſummatus non fuerit teſte Cornelio.

Euſe. hiſt. li.6.c.33 Cornelium Fabiani ſucceſſorem non abſimili vixiſſe religione,teſtis eſt eius epiſtola ad Fabianum Epiſcopum Antiochenum de Nouato ſcripta,his verbis. Nouatus in lecto iacens,pro neceſſitate perfuſus, nec reliqua in eo, quæ baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolenniter adimpleta ſunt, nec ſignaculo Chriſmatis conſummatus eſt, vnde nec Spiritum Sanctum vnquam potuerit promereri.

Vnctionis vires ex Cypriano.

Cyprianus qui eo vixit tempore, ſe huius religionis acerrimum propugnatorem adhibuit ſermone ſuo de vnctione Chriſmatis vbi huius vires,beneficia,& dignitatem affatim enarrat,atque hanc diuinitus inſtitutã fuiſſe aſſeuerat,ex eoque humore omnes deſcendere gratiarum diuiſiones,quas Spiritus Sanctus prout vult ſingulis diſtribuit & largitur, atque ex huius vnctionis beneficio,ſapientiam nobis & intellectum dari,conſilium,fortitudinem cœlitus illabi,ſcientiam,pietatem inſpiratio-

nibus

nibus ſupernis infundi. De mixtura calicis eius ſentẽtia manifeſta eſt,in epiſ.3.2.libri:In ea docet per multas Patrum veteris teſtamenti ſimilitudines, & Prophetarum teſtimonia,hanc antè ſignificatam fuiſſe,nec aquam ſine vino rectè offerri,nec vinum ſine aqua,iuxta Chriſti traditionem,conſecrari poſſe.

Traditiones ſuas non ſcriptas Paulum obſeruari iuſſiſſe. Cap. 75.

HAec quę recenſuimus tempora 259.annos impleuerunt,quibus ſine vlla interpellatione res, quæ nobis in cõtrouerſiam venerunt, ab Eccleſia ſanctiſſimè & religioſiſſimè obſeruatæ ſunt. Tu autem aſſeris,præter verbũ Domini, eas in Eccleſiæ religionem à diabolo introductas, eamque ob rem à te reiectas,affirmans. *Quicquid expreſſe Apoſtolicis vel Propheticis literis non contineatur, cuique liberum eſſe negligere & prætermittere.*

Sed ſi te audiamus,tot ſancti Patres,quos memorauimus,qui pro aſſerenda fide noſtra mortem accerbiſſimã obierunt,inueniuntur falſi teſtes Apoſtolicæ traditionis fuiſſe,& cultores diabolicæ. Vellem à te ſcripturæ teſtimonio probari,hanc tuam eorum reiiciendorum libertatem,quæ ſcripto non contineantur. Paulus Teſſalon.2.epiſto.cap.2.iubebat obſeruare ſuas traditiones, nõ ſolùm epiſtola,ſed ſermone ſine ſcriptura exceptas. Non minorem auctoritatem reliqui.Apoſtoli a Domino nacti fuerunt, ut ſermone tradere etiam pleraque potuerint, quæ ſctipta non fuerint. Sed excepta ab Eccleſia,poſteritati commendata & tradita.

Tertulliani de non ſcriptis traditionibus obſeruandis teſtimonium. Cap. 76.

HAnc cauſam egit elegantiſſimè Tertullianus lib. de corona militis,& de præſcriptionibus, à quo mutuabor quæ rationi noſtræ conducere ſum ar bitratus.

bitratus. Primum interrogabo, quis huius doctrinę (quã tantis conuitiis & maledictis inſectaris) fuerit auctor? Si ex Apoſtolorum ſemine hæc enata non ſit, quis hanc ſeminauit? quomodo in tantam magnitudinem excreſcere potuit, vt tamen à nemine ante vos agnita ſit? Fœlices vos, quibus primum aperta & reuelata ſit Euangelij veritas. Agè nũc (vt vtar verbis Tertulliani) ante uos omnes errauerint, antes uos ſine verbo Domini ſacramentis abuſi ſint, decepti ſint Patres, qui pro tuenda noſtra religione morte occubuerunt: nullam ante vos Eccleſiam Spiritus Sanctus reſpexerit, vt eam in veritatem deduceret, quamuis à Chriſto promiſſus fuerit, & à Patre ſuo poſtulatus. vt eſſet, Doctor veritatis: officium ſuum Dei villicus, Chriſti vicarius neglexerit, ſinens aliter interim Eccleſias intelligere, aliter credere quàm ipſe per Apoſtolos prædicabat. Ecquid veriſimile eſt, vt tot ac tanti in vnam fidem quaſi facta conſpiratione, errauerint? Nullus euentus inter multos vnum habet exitum, variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Cæterum quod apud omnes vnum inuenitur, non erratum, ſed traditum eſt. Audeas ergo dicere ante vos omnes erraſſe, qui aquam vino miſceri oportere, atq; baptiſatos vngi, Euchariſtiam corpus Domini non ſignificare, ſed eſſe ſtatuerunt. Tandiu quidem regnauit error, quandiu hæres nõ fuerunt. Aliquos Caluinianos retegenda & agnoſcenda veritas expectabat. Interim perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia milliũ perperam Baptiſmo tincta, perperam Euchariſtiam adorauerunt & ſumpſerunt, hæc perperam in viaticum aſentibus, mortiq; vicinis delata eſt, tot miniſteria perperam functa, tot deniq; Martyria perperam corona, aut ſi non peperam, nec in vanum, qui ſit vt omnes ante vos in tenebris verſati ſint? Chriſtus & Apoſtoli futuras & cauẽdas hæreſes prædicarunt. Sed ſi hæretici ſimus, ante fuerunt hæreſes quam veſtra doctrina vera cognita ſit, quã uis in rebus omnibus imaginem antecedat veritas.

Romanæ Eccleſiæ de Euchariſtia religionis authorem præter Apoſtolos reperiri non poſſe. *Cap. 77.*

CAeterum ſi veritas hæreſibus ſucceſſerit, & hæc Romanæ Ecclſiæ Sacramentorum religio ſit hæreſeos atq; blaſphemiæ crimine referta, quis huius erroris aúctor fuit? Quod quiſque ſacrificio adiderit, ſummo ſtudio inueſtigaſtis, & peruulgaſtis, vt humanam traditionem accuſaretis. Sed vnde oblationis religio duxerit initium, tacuiſtis: & quo miniſtro diabolus hoc errore Eccleſiam contaminauerit. E re tamen ueſtra erat hoc ut non prætermitteretis, aut negligeretis.

Irenæi de ſacrificio miſſæ ſententia. *Cap. 78.*

IRenæus Eccleſiam ab Apoſtolis oblationem accepiſſe, & Apoſtolos à Chriſto atteſtatur. Huius hæc verba ſunt. Sed & ſuis diſcipulis dãs conſiliũ primitias Deo offerre, ex ſuis creaturis, nõ quaſi indigẽti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint, eum qui ex creatura eſt panis, accepit, & gratias egit, dicens. Hoc eſt corpus meum: & calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert Deo. De quo in duodecim Prophetis Malachias ſic præſignificauit. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris, quoniam ab ortu ſolis, vſque ad occaſum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum. *Lib. 4. cap. 32.*

Iuſtini de ſacrificio miſſæ ſententia.

Ante Irenæum, Iuſtinus hunc Malachiæ locum non eſt aliter interpretatus aduerſus Iudæos quam Irenæus. De Hoſtijs, inquit, quæ à nobis gentibus vbique offeruntur,

" runtur, de pane Euchariſtiæ, & poculo ſimiliter Euchariſtiæ, tum prædicit, quum ait nomen ſuum gloria affici, à vobis autem pollui. Item alio loco, itaque omnia ſacrificia, quæ ſuo nomine facienda Ieſus Chriſtus tradidit, in Euchariſtia panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianis fiunt, præoccupatione vſus Deus ſibi grata eſſe teſtatur, quæ autem à vobis veſtriſque ſacerdotibus fiunt, improbat, his verbis. Sacrificia è manibus veſtris non accipiam, quòd ab oriente ſole ad occidentem, nomen meum gloria affectum eſt in gentibus.

Aduerſus Triphonē

Alexandri Martyris de Sacrificio miſſæ ſententia.

Epiſto. decretali. Alexander Martyr ante hos, hunc ſacrificandi ritum ab Apoſtolis ſe accepiſſe confirmat. Hunc ſi mendacii arguas, Euariſtum eodem crimine à te etiam alligari, & infamari oportebit, atque Ioannem Apoſtolum, quo cum Romæ fuit ſub Domitiano (vt ſcribit Tertullianus) nomine negligentiæ tibi ſuſpectum eſſe, aut ſceleris participem plane ſignificabis. Paulus nos docet ſacrificii corporis in Cœna fieri participes. Hoc tamen euenire non poſſe, niſi corporis facta eſſet oblatio & manducatio, certum eſt, vt intelligetur ex Chryſoſtomo in epiſt. ad Corinth.

Lib. de præſcrip.

1. Corin. 10.

Tertulliani de ſacrificio teſtimonium.

De oratione. Turtullianus quoque nos, cum Euchariſtiam ſumimus, ſacrificii participes aſſerit fieri, qui ſacrificium corporis unà comedimus. Alio loco Chriſtum in ara ab Eccleſia ſacrificari docet. Vides ſacrificandi religionem à Chriſto & Apoſtolis cœpiſſe, quod etiam 9. canonum Apoſtolorum capite apertiſſime probatur. Hæc tibi neganti incumbit mendacii refellendi munus, atque monſtrandi, quando hęc corruptio in Eccleſiam irrepſerit, quaque actoritate tam alte radices egerit, vt nullis tempeſtatibus huc vſque reuelli potuerit, ſed vno omnium conſenſu ſanctiſſime & religioſiſſime exculta ſit. Hoc ſi à te perfici nōn poteſt, deſine eſſe tam iniurius, vt Eccleſiam de ſua poſſeſſione deiicere, atque ordinem naturæ ſubuertere contendas, vt hæreſes veritati,

tati, id eſt, doctrinam Eccleſiæ, tuæ traditioni anteuer tiſſe, infirmorum animis inculces.

Caluinianos ad uerbum domini addidiſſe, non Eccleſiæ *Epiſcopos. Cap. 79.*

OPponis nullam ab Apoſtolis factam oblationis mentionem, non addendum eſſe ad verba Domini. Idcirco huius traditionis contemptum tibi liberum eſſe. Irenæus Apocalypſis interpres, non ignorauit, ei plagas additum iri, qui ad verbum Domini quippiam addiderit. Hic autem hanc oblationis religionem ſtudioſiſſime tuetur. Cyprianus oſtendens ſacrificium Cœnæ perfici non poſſe, quin aqua vino miſceatur, citat hunc Pauli locum, ſi Angelus de cælo prædicauerit vobis aliud Euangelium, præter id quod dixi vobis, anathema ſit. *Cyprianus. Epiſt. 3. Lib. 2.*

Hæc res argumento eſt, eos noluiſſe præter verbum Domini traditionum humanarum religione ſe obſtringere. Sed tu qui fidem Eccleſiæ derogas, audes contra verbum Domini metonymiam in commenti tui confirmationem aſſciſcere, cuius ante tenemo omnium meminit. Audes mandatum Domini de manducanda carne ſua euertere, atque manducationem interpretari imaginariam eſſe neſcio quam carnis diuinæ in veſtras animas irradiatione Spiritus deriuationem. Audes præceptum Apoſtolis datum de carne manducanda, ut propoſitum aſſequaris, transferre ad eorum animas, corpore, bono manducationis, priuato, & expulſo. Audes corporibus, ſalutem carnis denegare. Sed ne id ſentiatur, corpora ad panis puri manducationem, vt ſalutem conſequantur, reſcribere, eſu diuinæ carnis (in qua ſolum ſpes vitæ poſita eſt) eis vetito & interdicto, hoc animabus, (quibus reſurrectio nullius eſt vſus) attributo, & nihilominus tibi vis fidem adhiberi, irridenti & condemnanti, omnium anteactorum temporum perpetuam, & inuiolatam religionem, quod circa verbum *In Catechiſmo.*

Domini,

Domini, id eſt, contra atque tibi perſuaſeris, in uſum venerit hæc religio, atque ab humana traditione profecta ſit.

Patres eccleſiæ ſuam ſententiam diuinæ non prætuliſſe.
Cap. 80.

TAm obtuſi ergo ingenii, nulliuſque iudicii fuerunt Patres, vt ab humana traditione, Apoſtoli cam diſcernere non potuerint, aut ſui tam obliti, ut ſuam ſententiam diuinæ prætulerint. Mihi mirum eſt, quum nulla extiterit Eccleſia, quæ doctrinam à te æditam & euulgatam redoleuerit, ſed omnes inſtitutæ fuerint hæſerintque in ea quæ à te ſacrilegii, & idololatriæ notarur. quibus notis ſanctam & Apoſtolicam Eccleſiam agnoſcemus? Si hæc, quam diſſeminas Eccleſiam agnoſcemus? Si hæc, quam diſſeminas Eccleſiaſticæ diſciplinæ abrogatio, uera ſit Chriſtianæ religionis inſtitutio, ac forma, mirum eſt, non poſſe vllum eius veſtigium oſtendi, aut vllo tempore Eccleſiam vllam extitiſſe, è qua formam à te traditam ſuſceperis. Perditam & corruptam Cœnæ inſtitutionem à te reſtitui perſuades. Sed quomodo propoſitum obtinebis, niſi & corruptionis fidem feceris, & formæ à te propoſitæ protocypum à quadam Eccleſia non corrupta, ſuſcepiſſe demonſtraueris? Cœnam Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum fractionem panis obtrudis. At omnes quæ ſequutæ ſunt Eccleſiæ, ab ea forma ſe non deflexiſſe teſtificantur, ſed ſe facere, quod fecit, & tradidit Chriſtus. Hoc negas & qui tibi fidem non tribuit, vociferaris, in eum inclamas, hunc omnibus contumeliis & conuiciis laceſſis, irrides atque damnas. Non tamen animaduertis, hoc à te peccatum admitti, quòd nullam poſt Chriſtum Eccleſiam extitiſſe memorare poſſis, è qua hanc tuam doctrinam deprompſerit.

Eccleſiam

Eccleſiam inuiſibilem uiſibilibus ſacramentis vſam non fuiſſe. Cap. 81.

HAec audiens Richerus, æſtuas pudore reſpondit: *In verbo Domini Eccleſiam eſſe conſtitutam, & in Chriſto intuendum eſſe, hominum religionem nihil ſe morari, & cum Chriſti facies non ſit ſemper conſpicua, hinc poteſt colligi, non ſemper conſpicuam eſſe Eccleſiam, atque hominum oculis ſubiectam: Et vt Heliæ tempore ſic præualebat impiorum multitudo, vt oppreſſa eſſet Eccleſia: ſic etiam Chriſti tempore uidemus abſconditum fuiſſe exiguum Dei gregem, quum interim impij Eccleſiæ nomen vſurpent.* At ſi abſconditus fuerit grex Domini, vt agnoſci non potuerit, miror cur imperauerit Dominus, quum frater in fratrem peccauerit, Eccleſia vt adeatur, atque fratris crimen deferatur. Quod ſi peccator Eccleſiam non audierit, ſit tanquam ethnicus, & Publicanus. Adiri non poteſt Eccleſia, quæ oculos hominum lateat: audiri nec etiam poteſt. Denique ſi nullo certo loco manſerit Eccleſia, ſi oculis hominum ſubiecta non fuerit: nuſquam adminiſtrata fuere Sacramenta ſecundum verbum Domini. At è ſimilitudine Heliæ, & oppreſſionis veteris Eccleſiæ, qua defectionem veſtram confirmatis, compertum habeo, nulla vnquam tempeſtate tam corruptam, atque oppreſſam fuiſſe Eccleſiam, quin reliqui fuerint plerique, penes quos reſideret rectæ religionis cultus, ceu ſeminarium, vnde værbum poſteritati propagaretur. Sic ergo Chriſti tempore, non affligi potuit Eccleſiæ grex, vt penitus ſupprimeretur, & obrueretur verus cultus Chriſtianæ traditionis.

Caluin. Antido. Triden. concil.

Matth. 1.

Sine ſemine aut traduce non potuiſſe Caluinianam doctrinam, ſi vera ſit ad hæc tempora propagari. *Cap.* 82.

SI hic noſter quem reſpuis, eſt ab eo alienus, oſtende è quo ſemine enatus ſit nobis, & unde ſemẽ tuæ eræ religionis exceperis, aut quo traduce ad te hec bella

bella tua religio peruenerit. Huic rei ſi non ſatisfeceris, vide ne ex animis hominum eam euellas opinionē, quam de tua ſapientia imbiberunt: & pro ea, quandam ſtultitiæ & arrogantiæ ſuſpicionem excites, & iniicias, dum credi cupis, uerbum Domini ab Apoſtolorum temporibus, tenebris obrutum, & immerſum nunc primū mundo erutum à te, & oſtenſum eſſe. Hac enim ratione naturæ ordinem peruertis, tenebris lucem ſucceſſiſſe ſignificans: atque oſtentans ineſſe tibi plus intellectus, & ſapientiæ, quàm cæteris omnibus qui ante te vixerint. Vir modeſtus non debet in tantam ſui opinionem efferri, ut aliis bonam mentem neget. Non enim ea lege cuiquam datur Spiritus, vt alii nemini ſe hic communicet, qui ſupra modum inflatur fere fit, vt dehiſcat, atque hac & illac perfluat.

Error caluinianorum, corporis Chriſti adorationem negantium. Cap. 83.

HIs rebus expeditis tranſibo ad reliquam tui diſcipuli traditionem. Vt à Trinitate exordiamur, effecit vt ſuam fidem valde ſuſpectam haberemus. Aſſenſit quidem per Chriſtum ad Deum Patrem nobis aditum patere: ſed negauit perſonæ Chriſti ſupplicandum eſſe, ne humanitatem eius, honore diuino afficeremus. Quamobrem preces Eccleſiæ ad Chriſtum inſtitutas abrogauit. Pro quibus preces à te præſcriptas & æditas, ſtatis diebus nobis indixit: obnixe nos obteſtatus, vt quum precibus publice aut priuatim operam daremus, ſumma diligentia caueremus, ne alio, quàm ad Deum Patrem animum intenderemus. Vnum à tuis precibus immutandum eſſe ſibi putauit. Tu ad Deum per filium eius accedis, hic per infantem Dei Chriſtum accedebat: Hoc quum plures menſes obſeruaſſem, admiratus, quod ab hac precandi forma non decederet Gulielmum Autraccum, quo familiariſſime vtebatur, ad me venire iuſſi, ſi poſſem intelligere, quid eſſet cau

ſæ cur

ſe cur Richerus filium Dei coæternum, infantem appellaret? An cum illis conſentiret, qui crediđiſſent eum eſſe cœpiſſe, cum ex Spiritu Sancto conceptus eſset de Maria virgine? Quum hac de re poſsem nihil exprimere, queri cœpi me in eum hominem incidiſse (quum nationem infidelem Chriſtiana religione initiare & imbuere ſtuderem) qui tam eſset alienus ab Eccleſia, quæ Chriſtum Deum quotidie adorari, gloria & æternitate affici præciperet, atque in hanc rem poſt pſalmorum recitationem addendum cauiſset, Gloria Patri, & Filio & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, vt expreſſius celebretur eius deitas æterna, atque religioſius & maiori animorum deuotione, & fiducia peteremus, vt noſtri miſereretur, quem cultum à vobis eſse reiectum dolebam. Addidi me quidem non improbare, quod precibus adeatur Pater per Filium, ſecundum Eccleſiæ diſciplinam, quæ omnes orationes claudit hac Filii mediatione per Chriſtum Dominum noſtrum: ſed adiungit qui tecũ viuit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Quam rem de veſtra ademiſtis mediatione. Arrium meditationem Filii non abieciſse, ſed Patri in Filio gloriam dediſse, atque cũ Eccleſia ceciniſse gloriam Patri in filio. In eo tamen Eccleſiam non acquieuiſse, ſed exegiſse, vt gloriam Patri, & Filio, non in Filio exprimeret, & pronuntiaret: vt Filium æqualem Patri confiteretur. His de rebus Petrum meo nomine moneret: vt aut rationem redderet, cur ſe ab Eccleſia diuelleret, aut eius ſe religioni, & cõſtitutionibus accommodaret. Præterea vt omni ſe hæreſeos ſuſpicione liberaret, atque vt ſe purgaret, diebus dominicis ſymbolum Niceni concilii recitaret.

Si

Si Chriſtus adoretur caluiniani diuinitatem ab humanitate diſtingui oportere docuerunt. Cap. 84.

AVtraccus mandata conficit, additque de ſuo quæ ad rem facere ſibi viſa ſunt. His expoſitis, ira Richerus incenditur, ſeq́ue ad Pontanum proripit, queruntur inter ſæ æquum non eſse me, qui eos in ſua religione interpellem. Veniſse vt nos inſtituerent & inſtruerent, Me contra quid colant & credant, ipſis præſcribere. Non ignorare ſe, quis cultus Deum deceat, vnum eſse Deum non tres, honor quum Chriſto exhibetur, oportere diuinitatis ab humanitate fieri diſtinctionem, ne creata caro pro Deo adoretur, Chriſtum uerbum in trinitatis vnitate contineri, hunc adorari in Patre, cum Deus Pater adoratur. Poſtridie Richerus in concione, hoc ipſum ſui purgandi cauſa repetiuit, de cæteris rebus ſiluit. Eram eis pollicitus, me eos in ſua religione non impediturum, tantiſper dum naues noſtræ redeunt, quibus à te reſponſum de rebus omnibus expectabant. Quamobrem aliud agendum mihi non propoſui, quàm vt me, meoſque à Richeri concionibus auerterem, & continerem. Sed paulo poſt noualis oborta eſt,

Chriſtum mundum non indicaturum, ſed Patrem in Filij perſona affirmant Caluiniani. Cap. 85.

CVm Richerus in iudicij mentionem incidiſſet, negauit Ieſum Chriſtum, mortuos iudicaturum, ſed Patrem in eius perſona, neque Filium fore, qui apparebit in iudicio, ſed Patrem. Hoc à fide noſtra prorſus alienum eſſe ex ſcripturis iudicaui. Nam ſcriptū

Ioan. 5. eſt, Sicut Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic Filius quos vult viuificat. Hic Pater non viuificat in Filij perſona, alioquin nulla fuiſſet Patris ad Filium comparatio. Item neque Pater iudicat quemquam ſed omne iudicium

cium dedit Filio, vt omnes Filium honore afficiant, ſicut honorificant Patrem. Qui Filium honore non afficit, non honorificat Patrem. Si Pater in Filij perſona appareat, non ſcriptum eſſe debuit, vt honor Filio exhiberetur, ſicut Patri exhibetur. Nam perſona quæ apparebit non eſſet Filii, ſed Patris. Præterea ſi Pater in Filii pe rſona appareat, nulla erit imago Patris, Filius non eſt qui ſedet ad dexteram Patris, ſed Pater ipſe ſibi ad dexteram ſuam aſſidet in Filii perſona. Nec Filius dicturus eſt. Venite benedicti Patris mei in regnum quod vobis eſt paratum. Scriptum eſſe non debuit. Sicut audio, iudico, & iudicium meum verum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Nō enim Filius miſſus eſſet: ſed Pater in Filii perſona.

Richerus his rebus ad ſe delatis, magna ira excanduit, Reſpondit, in quaque eius propoſitiuncula me offendere. Queritur me eſſe in reprehenſionem procliuiorem, neque admodum conſiderare, quem ſpectet hæc mea reprehenſio, quoue pertineat. Te citat hominem huius ætatis omnium in ſcripturis Sanctis longe doctiſſimum, ædit precum tuarum formulam, quibus Eccleſiæ tuæ nomine Deo ſupplicas, his verbis, *Donec appareas in iudicio in perſona Filij tui,*

Deum in Filio redemptionem feciſſe, atque propterea mundum iudicaturum tradiderunt Caluiniani. Cap. 86.

HIs dictis confirmatus. *Apparebit* (*inquit*) *Deus in Filij perſona, hoc ſancto uiro teſte omnium poſt Apoſtolorum memoriam in ſcripturis exercitatiſſimo.* Poſtridie in concionem prodit hoc ſcuto tectus, eamque diſceptationem aggreditur, & tractat pluribus verbis. *Non dubitate* (*inquit*) *Patrem in perſona Filij iudicaturum, ſicut enim in Filio fecit omnia, iudicium quoque facturus eſt. Is in Filio redemit mundum nam teſte Paulo, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi? Quos ergo redemit, iudicabit. Videte quo pertineat hoc Ioannis dictum. Pater in me & ego in Pa-*

tre, Philippe qui me uidet, uidet, & Patrem meum. His mul-
" tis locis uſus eſt, quibus putauit ſententiam ueſtram
" poſſe confirmari.

Ex Tertulliano aduerſus Praxeam locorum aliquot expoſitiones.

Poſt concionem, qui hæc audiuerant, ad me detulerunt. Dolui hanc mihi offerri moleſtiam, atque contradicendi occaſionem, ne viderer ſtudio quodam potius, quam ratione venire ad reprehenſionem. Sed perſpiciens in quibus periculis noſtri verſarentur, diſſimulare non potui, reſpondi me inire in maximam admirationem, quòd hanc inſaniam tanto temporis interuallo ſepultam, è tenebris viderem erui, & exuſcitari. Produxi Tertulliani diſputationē aduerſus Praxeam, eoſq; locos, quos Richerus in ſuum delirium intorſerat, re-
" ligioſiſſime explicatos. Primum (inquit) ego & pater
" vnum ſumus. Hic ergo iam gradum volunt figere ſtul-
" ti, imò cæci, qui non videant, ego & pater duorum eſſe
" ſignificationem: Dehinc in nouiſſimo ſumus, non in
" vnius: Si enim dixiſſet vnus ſum, potuiſſet adiuuare ſen
" tentiam illorum: vnus enim ſingularis numeri ſignifica
" tio videtur. Vnum dixit plurali verbo, quod non perti-
" net ad ſingularitatem, ſed vnitatem ad ſimilitudinem,
" re coniunctionem, ad dilectionem Patris, qui Filium
" diligit, & ad obſequium Filii, qui voluntati Patris ob-
" ſequitur: Vnum ſumus duos oſtendit, quos æquat &
" iungit. Deinceps ſi nón facio opera Patris mei, nolite
" credere: ſi uero facio, & mihi credere non vultis, vel
" propter opera credite. Scitote quod ergo in Patre ſum,
" & Pater in me. Per opera ergo erit Pater in filio, & fi-
" lius in Patre. Et ita per opera intelligemus eſſe vnum
" Patrem & filium: adeo totum perſeuerabat inducere,
" vt duo tamen crederentur in vna vnitate. Paulo poſt.
" Cæterū ſcimus Deum etiam intra abyſſos eſſe, & ubiq;
" conſiſtere, ſed vi & poteſtate, filium quoque vt indiui-
" duum cum ipſo vbique. Tamen in ipſa œconomia Pa-
" ter voluit filium in terris haberi, ſe verò in cœlis. Pau-

Io poſt: & peruenimus iam ad Philippum, qui ſpe exci-tatus videndi Patris, nec intelligens quomodo viſum patrem audiſſet. Oſtende nobis (inquit) Patrem, & ſufficit nobis: & Dominus, Philippe, tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Paulo poſt: & apparere iam poteſt, quomodo dictum ſit, qui me videt, videt & patrem, ſcilicet quo & ſuprà. Ego & Pater vnum ſumus, quia ego ex Deo exiui, & veni: & ego ſum vna cum eo. Nemo ad Patrem venit, niſi per me, & nemo venit ad me, niſi Pater eum adduxerit, & omnia mihi pater tradidit, & ſicut pater viuificat, ita & filius, & ſi me cognouiſtis & patrem cognouiſtis. Secundum enim hæc vicarium ſe patris oſtenderat, per quem & Pater videretur in factis, & agnoſceretur in filio.

Deum in perſona filij in iudicium non appariturum ex Auguſtini auctoritate. Cap. 87.

EOdem quo expoſuit Tertullianus modo, Deus erat in filio, mundum reconcilians ſibi: non in eius perſona; eſt enim alia perſona Patris, alia filii. Nam ſi in eius perſona fuiſſet, ſic vt vna eſſet tantum perſona, & non duæ diſtinctæ, filius non dixiſſet. Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Deus meus quare dereliquiſti me; Pater ignoſce illis. Quantum ad iudicium attinet, propoſui ea de re Auguſtini ſententiam. Ioan. cap. 5. Forma igitur ſerui videbitur in iudicio, occulta erit forma Dei. Si occulta ſit non apparebit. Occultus erit in ſeruo filius Dei, apparebit filius hominis, qui poteſtatem dedit ei iudicium facere, & quia ipſe ſolus apparebit in forma ſerui. Ideo ſuperius dixit. Pater non iudicat quenquam: ſed omne iudicium dedit filio, quia per eius formam iudicium futurum eſt, quam non habet Pater. Auguſtinus ſuperius dixerat; reſurgunt nunc in mente, per verbum filium Dei, reſurgent tunc in carne, per verbum

Auguſt.

Dei carnem factum, filium hominis. Neque enim ad iudicium viuorum & mortuorum Pater ipſe venturus eſt. Nec tamen recedit à filio Pater. Quomodo ergo non ipſe venturus eſt? quia non uidebitur in iudicio, videbunt in quem pupugerunt. Ex his manifeſtum eſt, non appariturum Patrem in perſona filii in iudicio, vti vos precibus veſtris expoſcitis. Nonnulli ex tuis diſcipulis Auguſtini auctoritate adducti, è ſuis precibus hûc locum deleuerunt, atque pro eo dicendum eſſe ſibi putauerunt, donec filius tuus appareat in iudicio."

Cur Patris non Filij futurum eſſe iudicium Caluiniani putauerint.

Hoc intelligens Richerus, poſt duos circiter menſes apparitionem hac interpretatione temperauit. *Non apparebit* (inquit) *in eſſentia, ſed in poteſtate. Quamobrem Patris iudicium dicendum eſt, non filij: vti ſi quis Regio nomine ius dicat, huic non eſt attribuenda iuriſdictio, ſed ei cuius in miniſtro poteſtas reluxerit.* Quaſi vero inter eſſentiam & virtutem Dei ſit differentia, & altera alteri accedat. Suam opinionem

Actu. 17 confirmabat hoc Actorum loco à te in vulgarem noſtrã
" linguam verſo. Statuit diem in quo iudicaturus eſt orbẽ
" in æquitate, per vnum hominem, quem à mortuis ſuſci-
" tauit. *Si pater* (inquit) *per hominem iudicat, nonne qui per aliũ facit, per ſe ipſum facere videtur?* Multis aliis verbis nobis inſultabat, quaſi ſtupidis, & iudicio captis. Sed vereor ne dum Monarchianorum hæreſim effugit, præceps in eorum inſaniam feratur, qui filium Patri fecerunt inæqualem. Hic enim non ſolùm minorem Patre filium oſtendit, ſed ea proportione, quæ eſt miniſtri ad Regẽ.

Reprehenditur Caluiniana verſio cap. 17. Actorum in iudicij mentione. Cap. 88.

VT eam opinionem refellerem, adhibui codicem Græcum, per quẽ errorem tuum deteximus. Lu-
" cas ſcribit in viro futurum eſſe iudicium, quem
" Dominus exuſcitauit à mortuis, non per vnum hominẽ

(vti

(*vti vertiſti*, & *docuiſti*) qui error non parui momenti eſſe mihi videtur. Non inficior ab eo viro, quem Dominus Deus excitauit à mortuis futurum eſſe iudiciũ, ſed eo modo quo ſuprà demonſtrauimus ex Tertulliani & Auguſtini ſententia: non enim poteſt filii diuinitas à Patre ſeparari, aut Patris à filio. Sed confuſionem perſonarum nego, vicariam poteſtatem quam filio exemplo Regii miniſtri tribuitis. Nec me mouet quod filio Patrẽ dediſſe iudicium opponitis. Non enim hanc iudicii poteſtatem factam eſſe filio, humano more exiſtimo, quòd poſt natiuitatem hanc adeptus ſit, ſed intelligo hanc obtinuiſſe, vti de eius vita ſcriptum eſt. Sicut Pater habet » vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio habere vitam in ſemet » ipſo. Non quod filius genitus ſit ſine vita, atque ei poſtea vitæ facta ſit acceſſio, ſed eſſe genitum, vitamque datam vnam atque eandem rem fuiſſe: Sic datam ei vitam poteſtatem, & generationem vnam & eandem rem. Qua ex re tua verſio multò mihi viſa eſt à religione noſtra remotior. Dum enim oſtendis Deum per vnum hominem iudicaturum. Vis huius propoſitionis (per) videtur ei iuriſdictionem tribuere, qui naturaliter eam non habeat, quam dubitationem ſuſtuliſſes, ſi Lucæ lectionem non inuertiſſes. Quum in Chriſto iudicat Deus (vt affirmat Lucas) iudicem Deo æqualem eſſe probat, vnumq; illi, & proprium eſſe iudicij ius, & poteſtatem cum Patre. Auges tamen eam quam adnotauimus abſurditatẽ, per vnum hominum iudicium futurum eſſe dicens. Quũ Lucas virum exprimit, non addita vnitatis nota, non excludit ab humanitate diuinitatem. Qui enim affirmat Chriſtum hominem eſſe, non errat, eſt enim ſimul Deus & homo. Sed qui vnitate eum definit, ab eo videtur diuinitatem detrahere, & aſſerere, eum nihil eſſe aliud, quã hominem: atque ſanctitatem illi eo modo obtigiſſe, quo Enoch, Moſi, Eliæ, Ioanni, & pleriſque aliis, aut eis aliquanto excelluiſſe. Huc illatum & additum veſtrum panis puri ſignum, hanc auget coniecturam. Nam ſi in hac eſtis ſententia, vt purus homo ſit Chriſtus, elegantiſſi-

mè & aptiſſimè huius ſubſtantiam pane puro ſignificare videmini: Quum vtraque ſubſtantia foret diuinitate vacua.

In Eccleſia neminem auctoritate excellere contendunt Caluiniani. *Cap. 89.*

NOn defuit nobis in rebus plurimis diſcordiæ occaſio, quum funditus Eccleſiaſticam diſciplinam ii tui Miniſtri euertere, abolereque contenderet, atque nos ad nouam quandam regulam adigerent. In eadem ſede, contra omne vetuſtatis exemplum, alternatim duo pari prærogatiua ſacerdotio fungebantur. Vbi vnus hebdomadæ ſpatio miniſterio functus eſſet, cedebat alteri, vt hebdomadatim eſſent Sacerdotes & Diaconi. Damnant manuum impoſitionem. Tradunt in Eccleſia neminem auctoritate reliquis excellere, quòd omnes Chriſtiani, regale ſint ſacerdotium. Sibi omnes perſuadent, ſe eſſe religionis ſcientia præditos, antequam literas didicerint, quòd eam Dominus paruulis reuelauerit, non ſapientibus. Suntque omnes perfecti Theologi, ſine literis & doctrina. Quæ res, memoriam mihi refricauit eorum, quæ à Tertulliano ſcripta ſunt aduerſus hæreticos. Aliud in eorum diſciplina obſeruatione non indignum adnotaui. Si ſe ad eos conferat aliquis, qui bene in Eccleſiam Romanam debacchetur, atque in Miniſtros eius exquiſitis & affectatis conuiciis inſultet, miſſam execretur, Euchariſtiam idoli nuncupatione inſigniat, ad latrinas proficiſcens ad miſſam ire proclamet, ſordes terſurus corporale poſtulet, Papam Antichriſtũ nominet, Principes qui chriſmate inficiuntur, ſignum à beſtia accepiſſe, atque de execrationis poculo ebibiſſe dixerit. Dies feſtos, quadrageſimam, cæteramque Eccleſiæ diſciplinam ludibrio habuerit, hic fidelis loco habebitur, & ſummis laudibus efferetur, vitæ eius nulla ducta ratione. Vbi enim eorum quiſpiam crimen perpetraſſet infirmitatis humanæ habendam eſſe rationem oſtendebant,

bant,atque gratiarum eſſe diuiſiones. Sic mortem euaſit,qui nepoti proprio ſtuprum intuliſſe Richero tuo,& Pontano delatus & conuictus eſt. Sic excuſatus Touretus veſter,qui literas noſtras corrupit,qui contempta ſacramenti religione ſtationem deſeruit,atque ad religionis apoſtatas transfugit:excuſati qui cum infidelibus fornicati ſunt:vt eorum in mentem mihi venerit,quæ à Tertull. hæreticis obiiciebantur,eis negocium eſſe,non erudiendi aut inſtruendi,ſed Eccleſiam euertendi. Ad hoc enim opus ſe humiles ſolum & blandos præbuerunt. *Tertull.*

Plures ſacramentariorum ſectæ inter Caluinianos. *Cap.* 90.

INſuper de religione parum illis conſtabat. Vix duo reperti ſunt,quibus una eſſet ſententia. Ex iis quos Pontanus aduexit nouem Sacramentariorum ſectæ emerſerunt. Fuerunt qui modis omnibus tecum contenderent,atque affirmarent, quamuis Euchariſtia non immutetur,nec tranſeat in carnem & ſanguinem, ſed pura panis & uini remaneat ſubſtantia, animam tamen uerè paſci corporis,& ſanguinis ſubſtantia,ui promiſſionum Spiritus Sancti opera, & infuſione communionis diuinæ carnis.

Alii Richerum ſequuti negant materialis carnis communionem in animas Spiritus irradiatione tranſmittit poſſe,tuamque ſolis ſimilitudinem irrident. Affirmant tamen realem & non corporalem Chriſti ſubſtantiam in animas permeare,vt diuini Spiritus, eamque ſubſtantiam inuiſibilem eſſe ſpeciem, inſtar Platonicarum Idearũ,vt qui manducare ſe credat,& cogitet, mãducet. Alii tranſſubſtantiationem admittunt, ſed hac lege, vt ad integram panis ſubſtantiam, addatur Chriſti corporis ſubſtantia. In quam ſignificationem(trans)interpretentur præter ſignificare: quaſi tranſſubſtantiari denotet præter panis ſubſtantiam,diuinæ carnis adiici ſubſtãtiam,quaſique ſubſtantia carnis ſigno ac figuræ fit accidens:

dens:ſicut Euchariſtia conſtet tribus rebus, propria panis ſubſtantia, & corpore Chriſti conſtante duabus rebus, terrena & cœleſti. Interim non cogitantes ſe non manducare corpus Domini paſſum pro nobis: aut ſi id credant in hanc inſaniam ſe incidere, vt oſtendant ſe credere Chriſti corpus affixum cruci, non fuiſſe carnē, ſed pane triticeo conſtitiſſe.

Alii negant vllo modo edi ſubſtantiam corporis & ſanguinis, aſſerentes hæc verba, hoc eſt corpus meum, panem non ſpectaſſe, ſed corpus: vt quum dixit deſtruite templum hoc.

Alii concedunt corpus, & animū nutriri corpore Domini, non quod verè manducetur, ſed hoc fieri imputatione per fidem: atq; eo modo Cœnam nihil eſſe aliud, quàm memoriale & teſtimonium.

Alii manducationem non eſſe neceſſariam, ſed fidem: quòd manducare nihil aliud ſit quàm credere.

Alii ſi corpus Domini ad Cœnam afferatur, capi & manducari: aliter accipi nihil poſſe. Alii tranſſubſtātiationem negant, admittentes tranſconditionationem.

Alii cum Spiritu nos vique carnis, non cum ipſa carne participare.

Nemo eſt eorum omnium, qui non ita ſit in ſua ſententia pertinax & obfirmatus, vt pro ea tuenda mortem oppetere non ſit paratus.

Nonnulli ex caluinianis preces publicas reſpuunt.
Cap. 91.

Effluxit aliud commentum non minus pernicioſum inuenti ſunt, qui reſpuant preces publicas, huc prę ceptum Domini detorquentes, vt ſecedendum eis ſit in conclaue, qui ad orationem ſe accingunt, atque occluſo hoſtio orandum. Omnes vno dempto Chriſtum adorari debere negant: Sed per hunc Deum Patrem adeundum prædicantes.

Reliquis ferè in rebus tecum conuenere, miſſam odio maximo

maximo proſequuntur,& condemnant: Dies feſtos præter Paſcha, Pentecoſtem, & Natalem Domini abrogantes.

De diuortio,non abſimilem habent opinionem,affirmant viua relicta,alteram duci licere. Huius odor doctrinæ nonnullos iam ad nos ex Francia pellexerat,in ſpem noui matrimonii, qui mea cognita ſententia, pedem retulerunt.

Inuenti ſunt,quibus non placeat tua prædeſtinationis doctrina,quòd viſa ſit è Manichæorum,atque Turcarum ſchola profluxiſſe.

Longum eſſet ſingula quæque proſequi, quæ mihi ab Eccleſia cognita ſunt eſſe aliena: Quare in aliam occaſionem hoc reiiciam.

Primi Libri Finis.

N. VILLAGAGNONIS ADVERSVS CALVINI De Sacramento Euchariſtiæ traditionem.

LIBER SECVNDVS.

Ioanni caluino Nicolaus Villagagno. S. ET P.

CVM tuis diſcipulis nonnulli ad nos aduecti ſunt, qui à tua doctrina in Lutheranã animum deflexerant : quæ è re effectum eſt, vt ſæpe inter eos quæſtiones inciderint, dum alter alteri præſtare & præferri ſtudet. Hoc non incommode mihi viſum eſt accidiſſe : ſpem iniecit fore, vt diſceptando vtraque doctrina fieret illuſtrior, quæmobrem per me factum eſt, ut non minori licentia quæſtiones ſuas agitarent atque diſputarent, quàm ſi ad Geneuam manſiſſent. Ei rei quum decem menſium ſpatio operam impenderint, tuam doctrinam planè perſpectam habui. Hoc vbi factum eſt, comperi miniſtros tuos ad eam rem, quam mente agitaueram, eſſe minus idoneos, mihiq; eſſe faciendum putaui, vt meum conſilium in aliud tẽpus & occaſionem reijcerem, ne pro luce quam miſeræ Genti afferre decreueram, tenebras profundiſsimas offunderem vt quum Dei prouidentia ad eos lux veritatis aliquando affulſerit, ad eius conſpectum, inſtitutione veſtra impediti, fierent obtuſiores. Hac re cognita, tui miniſtri nauem oportunam nacti, ſe ad te receperunt. Proficiſcenti Richero ſignificaui, à ſe nobis in concione eſſe multa tradita, quæ religioni tuæ aduerſari mihi videantur, de quibus te certiorem facere decreuiſſem. Proinde exponeret, an ſe vellet à quibuſdam reuocare, de quibus raticerem. Sed hoc reſponſum tuli, omnium, quæ nobis ſeu ſcripto, ſeu ſermone reliquiſſet, optime meminiſſe, atque nihil eorum eſſe quod ad te deferri nollet. E tuis ſcriptis omnia à ſe deprompta. Quæ è re reprehenſionem tuam non vereri. Adiecit eſſe mihi tuorum librorum copiam, è quibus poſſem de

hoc

hoc cognoſcere & iudicare. Ac ut operæ & laboris in eam rem minus inſumerem, ad tuam Sacramentorum reſolutionem, & Catechiſmum reiecit. Huius ſequutus conſilium, eo me ſtudio ad librorum tuorum lectionem applicui: vt nullum locum, vbi de hac, quam in manibus habemus materia tractaueris, à me prætermiſſum eſſe putem. Euolutis libris tuis, ad ſcriptores Eccleſiaſticos me contuli, quorum libros quam fieri potuit diligentiſſimè legi. Atque ſumma animi contentione, locos omnes perſcrutatus ſum, quos in tuæ doctrinæ confirmationem adducis, an cum ipſa conueniant, vti his libris exponere conſtituimus: & vt à metonymia exordiar.

ANimo comprehendi. *Panem corpus Domini tibi ſignificare, vinumq́; ſanguinem: quod ex panis eſu docearis, quam vim habet panis nutriendis corporibus ad ſuſtinendam præſentem vitam, eandem corpori Domini ineſſe, ad alendas ſpiritualiter animas veſtras.* Hoc dogmate, nos vocas in multarum rerum conſiderationem, qualiter panis materia, diuini corporis figura eſſe poſſit: Quæ ſit panis uis & proprietas, quæ corporis: quomodo hæ ſe reſpiciant, quomodo animæ ſpiritualis eſſentia, corpus naturale, & carnem manducare poſſit & capere, quomodo hanc viuificare poſſit corpus Domini, quũ ipſa nõ ſit moritura.

Ex caluiniana circunciſionis ſimilitudine, manducationem Eucharistiæ, non ipſam Euchariſtiam debere vitæ ſignum eſſe. Cap. I.

VT certo ſtatuamus, hunc Domini ſermonem, Hoc eſt corpus meum, figuratum eſſe: ſententiã tuam circunciſionis ſimilitudine confirmas. *Quæ circunſio quamuis fœderis ſit ſignum, non fœdus ipſum, hanc capi tamen in ſcripturis probas pro fœdere:* E qua ſimilitudine tu nobis autor es, panem à Domino vocatum eſſe corpus quòd ſignum ſit corporis. Hoc vt expediamns, tria in tua ſimilitudine inſpicienda eſſe mihi propoſui: præputium circunciſionem, & fœdus. Horum trium, tibi placet circunciſionem fœderis eſſe ſignum. Tria itidem erunt in

Cœna nobis conſideranda: Euchariſtia, huius manducatio, & vita. Horum trium, manducatio circuncisioni reſpondet: Ttrumque enim nomen eſt verbale actionē ſignificans. Qui ergo manducationem vitæ ſignum eſſe crediderit, tuo iudicio non fallet opinionem. Ex te docemur præputium fœderis ſignum eſſe non poſſe, quum fœderis ſignificationem, circuncisioni attribuas. Dicemus ergo Euchariſtiam, quam præputio reſpondere oſtendimus, nobis nec vitæ ſignum eſſe, niſi tuam ſimilitudinem tranſgrediamur, ſed ſigni partes, manducationi tribui oportere. Quum ita ſit, quumque manducatio ſignificet in vitam æternam alimentum: in Euchariſtia quæ manducatur, ineſſe vitæ æternæ effectum (vt Cyprianus in Cœna docet) iudicaui. Nam manducatio, vitæ ſignum eſſe non poſſet, niſi in re manducata ineſſet facultas vitæ. Vti nec circuncisio fœdus enunciaret, niſi præputii amputatione initum eſset fœdus. Quòd ſi Euchariſtia, vitam æternam nobis ſuppeditet, hæc nihil aliud eſse poteſt quàm corpus Domini. Is enim ſolus vita eſt & reſurrectio. Atque affirmandum eſt, tuam metonymiam ad hunc ſermonem, Hoc eſt corpus meum, non pertinere, ſed panem effectum eſse corpus, ex verbi omnipotentia, infuſione Diuinæ eſsentiæ, vt docet idem

Eodē loco Cyprianus.

A corporis fractione metonymiam Caluini impugnari.
Cap. 2.

1. Coria. 11 POſſum quoque verbis Apoſtoli comprobare, pane corpus Chriſti ſignificari non poſſe. Hoc eſt (inquit) corpus meum quod pro uobis frangitur. Fallax eſſet ſignificatio, ſi corporis fractionem extra Euchariſtiam indicaret. Nam ſcriptum eſt, os non comminuetis ex eo. Præterea præſens tempus, præſentem fractionem oſtendit, & *κλώμενον* (qua voce vtitur Apoſtolus) non fractionem ſolum ſignificat, ſed rem fruſtulatim conciſam: vt neceſſe ſit Apoſtolum, ad

aliud

aliud corpus non ſpectaſſe, quàm ad Euchariſtiam fruſtatim diſtributam,vt omnes carne Chriſti ſatiarentur. Hoc etiam intelligi poteſt ex Mathæo & Marco, qui Euchariſtię fractionem hoc ipſo vocabulo enunciant. Huc quoq; afferri poteſt, quod de calice docuit Paulus dicens. Calix benedictionis quem nos benedicimus, nonne communicatio ſanguinis eſt? Si verbum (eſt) ſignificat, non quidem eſt, ſed ſignificatur corporis communicatio, multi non ſumus unus panis, ſed contra Pauli ſententiam vnum panem ſignificamus. Inſuper expone à quo didiceris vini potationem, ueri ſanguinis effuſionem ſignificare, aut conuerſa ratione ſanguinem effuſum, vinum teſtamenti repreſentare. Hoc ſi præſtare non poſſis, deſine nobis moleſtus eſſe, quòd catholicam ſententiam proſequamur.

Ab ipſa caluiniana ſimilitudine probatur corpus Domini in Cœna non eſſe ſignificatum. *Cap.* 3.

SEd ex tua ipſa ſimilitudine approbare poſſum pane non ſignificari corpus Domini: Nam vt à te aſſertum eſt panem, diuini corporis eſse ſignum, quaſi huius te ſententiæ pœniteat, protinus panis virtutem cum corporis virtute comparas, ſubiiciens.

Nempe hinc docemur quam uim habet panis nutriendis corporibus ad ſuſtinendam præſentem uitam, eandem corpori ineſſe ad alendas ſpiritualiter animas.

Video virtutem cum virtute hic à te conferri non ſubſtantiam cum ſubſtantia, quanuis de corporis diuini ſubſtantia nobis controuerſiam moueris. Peccas ergò cum à ſubſtantia ad huius virtutem animum noſtrum tranſmittis. Sed ad errorem hunc, hoc quoque accedit incommodi, quòd doceas panis virtutem, vnam cum corporis diuini virtute rem eſse, hoc vno excepto, quòd panis virtus, in temporarium carnis alimentum à te in ſumitur: Chriſti verò virtus eſt animę, ad ſuam æternitatem cibus. Mirum eſt te non ſenſiſse, quæ in hac

tua

tua ſimilitudine, ſe diſſimilitudo proferat. Corpus tuũ ſine panis ſubſtantia virtutem panis non comedit. Itẽ nec corpus tuum veſci poteſt niſi reuera manducet, fide enim non paſcitur. Anima verò, ſola diuinæ carnis vir tute, ſeorſum ab ipſa carnis Chriſti materia, & non manducando, ſed fide ſola paſcitur. Deberet tamen ſi eo modo ſpiritualiter nutriatur, quo corpus naturaliter eo etiam modo conedre, quo edit corpus: & quemadmodum ſeorſum à panis ſubſtantia, nulla eſt ad nutrimentum pani facultas, ſic vt ſimilitudini tuæ relinquatur locus, vita diuini corporis, non debet ſeorſum à corpore nutrire. Præterea cum tibi perſpectum ſit, virtutem panis, non eſſe materiam, ſed in ipſa inſitam manere, mirum mihi eſt, qui in animum tuum inducere potueris, ut Lucas aut Matthæus volentes diuini cor poris virtutem cum panis virtute comparere, dixerint: Hoc eſt corpus meum, non autem, hoc eſt corporis mei virtus. Si à ſubſtantiarum qualitatibus & virtute tibi ſit liberum, verbi Euangelici pro arbitratu tuo interpretationem contexere, ab ipſis, vnuſquiſque poterit ſecundum ingenij ſui deprauationem, prauam quanque ſententiam elicere. Atque excuſari poſſet ille, qui com mentum tuum ludens, ita arguebat, ſi vini virtus cum ſanguinis virtute conferri debeat, cum dixit Mathæus hic eſt meus ſanguis, itane poterit intelligi, vt quum ea ſit vini vis, vt qui paulo liberius potationi indulgeat, in mentis inſaniã incidat, ſic qui paulo ardentius Chri ſti Caluiniani ſanguinem hauriat, & amplexetur, mente capiatur. Si hanc à qualitatibus interpretandi licentiam permiſeris, infinitis te captionibus obſtringes, & ad ſcripturæ corruptionem, viam latiſſimam concinnabis. In ſententiam tuam de hac ſimilitudine deſcenderem, ſi Eccleſiæ religionem ſequutus dixiſſes, ſic homi nes perfectos diuinæ carnis vera manducatione ad æter nitatem educari, vti ad tempus pane corpora nutriantur. Sed manducationis tui corporis ad non manducationem, ſed fidem animæ, inepta mihi comparatio & ſimilitu-

ſimilitudo viſa eſt. Præterea adhærere cum tibi cupio, »
me cogis à Pauli ſententia diſcedere docentis: azymi »
panis, id eſt. Paſchatis noſtri immolati manducatione, **1.Corin.**
mortem Domini nunciari. Tu uero mortis nuntiatio- 10
nem figura tua reiicis, teque ad ſolum animæ cibum cõ- »
uertis, quamuis vtrumque Paulus effectum, in conſide-
rationem adducat. Ad hoc quidem tui Apoſtoli reſpon
derunt, ſed mihi non ſatisfecerunt, *Te in Chriſtum mor-
tuum credendo, hunc manducare, opuſque fidei eſſe manduca-
tionem*. Sed tuam ſimilitudinem ſic diſſoluunt prorſus
ac diſſipant. Non enim amplius ſignificatur corpus, nec
panis manducatione fides: nam ſi dici poſſet quam vim
habet panis manducatus ad corporis alimentum, ean-
dem vim habet fides ad animæ cibum, hoc tamen ſigni
ficare non poteſt panis, nec ſermo Domini (Hoc eſt
corpus meum) eam fidei ſuppoſitionem figurare.

Item è multis fidelibus in vnum corpus coitionem
(cuius rei ſymbolum ac ſignum eſt Euchariſtiæ mandu-
catio) tuus panis referre non poteſt. Vide an poſſis bo-
na ratione dicere, quam vim manducatus panis habet
ad ſuſtinendam carnis vitam, ſic multarum animarum
in corpus Chriſti non manducatum, ſed mortuum cre-
ditum, fieri communionem, idq; ſignificet, Hoc eſt
corpus meum.

Rurſus hæc nobis difficultas occurrit, quòd panis à
te manducatus, neceſſario in carnem tuam (ſi te nu-
triat) conuertitur. Euchariſtia verò noſtra, nos in ſe
tranſmutat, non mutatur Auguſtino teſte dicente, Ci- *Auguſt.*
bus ſum grandium tu me non mutabis in te, ſed in me *cõfeſ.lib.*
mutaberis. Ideoque contra Pauli ſententiam non eſtis *7.cap.*10
vnus panis vnius panis manducatione, ſed multi panes »
in vos mutati, multa fiunt corpora. Præterea quæ tui
panis portio maior inſumitur, nutrit amplius. Eucha-
riſtiæ vero quantulæcunque partes æqualiter nutriunt.
Non enim plures particulæ, à ſe tanquam plures diffe-
runt, ſed quod totius corporis vna eſt, hoc & cæteræ:
vt elegantiſſime docet Guimundus in Berengariũ ſen-

" tentiam tuam oppugnans, Et omnes, inquit, ſimul
" iunctæ, idipſum ſingulæ totum Chriſti corpus, ſepara-
" tæ ſunt: nec vna portio minor eſſe creditur quàm illud,
" quod ante fractionem erat integrum. Vide an id miraculum virtus tui panis ſignificet? Quum hæc infidelibus non pateant manducantibus, ſed à ſolis fidelibus mente cernuntur, ad eorum animos excitandos, ſurſum corda, & à carnis ſapientia in diuinam ſapientiam & clementiam erecta habere hortatur Eccleſia. Vide an mille panis partes, effigie differentes, vnus æqualiſq; cibus dici debeat, milleque totidem manducantes idipſum omnes fiant, quod ſumit vnus? vt de Euchariſtia

Auguſti. tradit Auguſtinus in Ioannem, in tuæ ſententiæ confirmationem à te vſurpatus: Et nos, inquit, ipſius corpus
" ſumus per miſericordiam ipſius, & quod accepimus
" nos ſumus. Quod ergo accepimus panis non eſt, ſed è
" pane effectum corpus Domini vi verbi, quod omnibus vnum & idem eſt corpus: Nam vt diximus, qui panem manducat ipſe non efficitur panis, neq; plures particulæ, vna & eadem eſt particula, neque plures communicantes in vnam eandemq; particulam mutari poſſent, ſed potius plures particulæ, diuerſa pluraque efficerentur corpora. Ergo in hoc eſt tranſſubſtantiatio neceſſa-
" ria. Paulo ſuperius Auguſtinus dixerat, Hunc itaque
" cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis &
" membrorum ſuorum, quod eſt Eccleſia. Huius rei Sa-
" cramentum, id eſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chri
" ſti, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum
" in Dominica menſa præparatur, & de Dominica menſa ſumitur. Has omnes ſententias cum tuæ figuræ analogia conferre debuiſti, & conſiderare, an cum ea rationem habeant, antequam ab Eccleſię religione ad tuam nos traducere contenderes.

Confirmationis nomen, figuræ corporis Domini non conuenire. *Cap.* 4.

ALio nomine tua doctrina à metonymiæ ſomnio me reuocat. Tibi eſt opinio, *corporis diuini communionem* (*quam Baptiſmo ac Euangelio habueris*) *in Cœna confirmari.* Si hoc probemus, expone quis tibi cõfirmator eſſe videatur? quæ erit confirmatio? quæ res cõfirmationis inſtrumentũ? Si panẽ confirmationis inſtrumentũ eſſe mihi perſuaſerim, tibi repugnabo in tua Cœna dicenti, *Panem inſtrumentũ eſſe, quo tibi corpus offeratur:* Non enim poteſt oblationis ſimul & confirmationis inſtrumentum eſſe. Nam oblationis confirmationem præcedit confirmatio. Sit tamen inſtrumentum confirmatio. Sit tamen inſtrumentum confirmationis, huius manducatio videtur confirmatio dici debere. Hoc tamen ab hac opinione me deterret, quòd confirmatio ſit opus & motus confirmantis, confirmans autem non debet is eſſe qui confirmationis capit beneficium. Hoc tamen loco tu qui manducas, qui confirmationem facis, beneficium accipis, agens es & patiens. Sed hoc miſſum faciamus: indica quomodo panis eſſe tibi poſſit confirmationis inſtrumentum, & Chriſti figura corporis, dicentis: Hoc eſt corpus meum.

Panem teſtimonium aut teſtem non eſſe confirmationis, & corporis Chriſti figuram. *Cap.* 5.

NOn ſolum autem confirmationis titulo panem tuum adornas, ſed & teſtimonii nomine: in eam rem hoc à te ſciſcitabor ſi panis tibi ſit teſtimonium, quis erit teſtis? ſi panis teſtis aut teſtimoniũ fuerit, quomodo & ſimul Chriſti corporis figura eſſe poteſt? ſed ſi teſtis eſt, quis hoc vtetur teſte? tu ne in tuam vtilitatem proferes, an à Chriſto produci indicabimus? at Chriſti non eſt, vt proferat teſtimonium ſi-

mul & beneficium, Si vero teſtimonium tu producas, cui fidem facturus? Chriſto ne? at ſcrutator cordium teſte non eget: ſi animam tuam reſpiciat, teſtimoniū inane futurum eſt. Nam facti ſui nemo teſtem poſtulat. Si communicantes, ac conuiuas teſtimonium ſpectarit, falſum eſſe poterit: ſi enim tibi de ſit fides, nihil ab anima tua ſumitur. Hæc tua philoſophia tam abſtruſa eſt, vt ad eam non poſſim ingenii mei viribus penetrare.

Eucharistiam panem dici, quamuis ſola ſpecie tenus panis exiſtat. *Cap. 6.*

OStendimus Euchariſtiam meritò vitam æternā vocari, quod hæc, ſub temporarii alimenti effigie, ſit æternæ vitæ ſubſtantia, quamuis eius ſpecies longe diſtet ab æternitate. Sicuti carnem ſuam Dominus panem cœleſtem vocabat, etſi non cœleſti ſolum re, ſed etiam terrena conſiſteret: ſed quia ſub hominis communis ſpecie latebat caro, in qua plenitudo diuinitatis in habitat corporaliter: hanc, propter verbum Domini, ſpecie non excluſa, panem cœli nominabat. Sic quamuis Sacramenti effigies, res non ſit diuina, ſed diuinæ velamen carnis, totam Euchariſtiam Sacramentū vocat Eccleſia. tametſi ſola huius ſpecies, ſigni, id eſt, Sacramenti nomine, proprie diffiniri debeat. Auguſtinus hanc in rem dixit, Dominus non dubitauit dicere, Hoc eſt corpus meum, quum daret ſignum corporis ſui: Non quòd docere vellet, rem Sacramenti, ſignum eſſe, ſed quia ſigno, ideſt, effigie panis, res diuina obuoluta ſit, non excluſa ſpecie, totum Sacramenti corpus, dici poſſe Sacramentum, vir Sanctus oſtendebat, vti hominis communis ſpecies, qua Deus homo obtegitur, Deus non eſt, hac tamen non ſecluſa, Diuinum corpus totū, Deum appellamus, ſicuti verbum caro factum, non ſolam carnem, ſed & animam comprehendit. At, qui è religione veritatem eripuerunt, hanc Auguſtini ſententiam aliorſum atque is intellexerit, interpretati ſunt, credentes

Coloſſ. 2. *Contra Adamāt. Manichei diſcrip. cap. 12.*

credentes in ſigni appellationem rem venire, quæ pro peccatis paſſa ſit, quam panis ſpecies obtegit. Hoc tamen is eo ipſo loco ab exemplo ſanguinis brutorum inficiatur, quem ſanguinem Moſes animam vocat, quanuis ſanguis anima non ſit, ſed animæ ſedes & velamen, animaque bruti, vt ait Auguſtinus, lateat in ſanguine, non ſecus ac ſub Sacramento, veritatis latet corpus.

Ante hunc Cyprianus in Cœna hoc docuerat his verbis. Sicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, latebat diuinitas, ita Sacramento viſibili, diuina ſe infundit eſſentia, vt eſſet religioni circa Sacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus Sacramenta ſunt, ſyncerior pateret acceſſus. Ad docendam ergo duplicem vna ſub ſpecie Ieſu Chriſti naturam, indifferenter hunc Deum & hominem vocat ſcriptura, etſi infirmitatis humanæ actiones, à diuinitate longe remotæ ſunt: vt quũ quis mortuum Filium Dei dicit, non mentitur (etſi diuinitas nec mori nec pati poſſit) propter ineffabilem tamen carnis & Spiritus vnitatem, verum eſt, Deum Filium Dei paſſum eſſe, ſe ipſum etiam exinaniuiſſe, quamuis ſerui forma tenus exinanitus fuiſſe dici poſſit: & qui peccatum non fecit, in ſimilitudine inuentus vt homo, factus pro nobis maledictum, piaculum, ac execratio tamen dictus eſt, quanuis ab eſſentia peccati longiſſime remotus fuerit: ita ſignum ac Sacramentum dici poteſt Euchariſtia, quamuis ſola eius effigies id nomĩnis proprie ſuſtineat. Hinc eſt quod panem fregiſſe dicti ſint Apoſtoli, myſticam noſtram benedictionem frangentes, quod ſpecie tenus, hæc, panis dici poſſit, vti ſpecie tenus maledictus pependiſſe dictus eſt. Si ad eam, quam doces Analogiam referri debeat Sacramentum, vt è panis communis virtute, intelligatur carnis diuinæ virtus, ad nutriendas ſpiritualiter animas, fruſtra & Euchariſtia & myſticæ benedictionis nomen panis obtinet: fruſtra enim adhibetur benedictio aut gratiarum actio, vt quod panis natura citra benedictionem ſignificat, figuret.

Cyprianus.

Sacramenti Euchariſtiæ, & Baptiſmi non eandem eſſe rationem. *Cap.* 8.

HInc æſtus diſputationis nos auexit in Baptiſmi conſiderationem. Ab huius exemplo ac definitione Richerus oſtendit. *Euchariæ ſubſtantiam, in ſe nobis gratiam non exhibere, ſed eius exhibitæ ſignum eſſe, ſicuti lauacri corporei Sacramentum, lauacri animæ ſignum eſt.* Sed in hac ſimilitudine valde mihi falli viſus eſt. Differentiam eſſe inter Baptiſmum & aquam, qua Baptiſmus conficitur, & inter Euchariſtiam, & huius manducationem conſiderare debuit. Baptiſmus enim non eſt aquæ ſubſtantia, ſed lauationis actio. Culpa ergo non vacabit, qui vnum pro altero vſurpauerit. Similiter qui manducationem pro Euchariſtia accipiet, peccabit. Quum ergo Baptiſmum, id eſt, lauacrum corporis, lauationis animæ ſymbolum dixeritis, vobis non reſiſtã, ſed rationem non habere demonſtrabo, ſi aquæ eam ſignificationem adſcribatis, quæ lauationi propria eſt. Vt ergo ad Richeri propoſitum redeamus, Sacramentum cum Sacramento conferentis: ſicuti non negamus lauacrum corporeum Spiritus lauacri ſignum eſſe, ſic non inficiabimur, corporeum alimentum Spiritus alimenti eſſe ſignum. Sed quia animæ lauatio, Spiritu perficitur, & Spiritus incorporea eſt ſubſtantia, ipſe Spiritus aquæ materia figurari non debet. Sic Spiritus alimentum, quamuis alimento corporeo figurari poſſe dederimus, negamus tamen, hoc panis materia figurari poſſe. Peccare ergo vos, quum manducationem, vitæ ſignum eſſe dicere debeatis, qui has partes cibo, cuius eſt manducatio, tribuatis. Cibus enim, veritas alimenti, ſimul & figura dici non debet. His oſtenſis fateor Baptiſmum corporis, Spiritus lauationẽ non exhibere, ſed ſignificare. Sic nec Euchariſtiæ manducationem veritatem eſſe vitæ, ſed quemadmodum aquæ materia lauationem præſentem exhibet, vt ipſa ſine aqua

conſici

confici non poſſit: ſic Euchariſtiam, vitam exhibere, vt hæc abſque Euchariſtia exhiberi non poſſit. Adiungam, corpus Chriſti diuinum, duabus naturis præditum eſſe, terrena & cœleſti, indiſſolubili vnitate cohærentibus, eamq; ob rem, communicantis corpus & animum nutrire, quapropter illius manducationem, ad animæ & corporis reſurrectionem ſignum eſſe. Aquam verò una natura conſtantem, non poſſe aliud quàm corpus lauare. Peccare ergo qui ſubſtantias, quibus actiones efficiuntur, inuicem ſibi penitus reſpondere dixerint, quamuis actiones inter ſe non immerito conferri poſſe diximus.

Non eandem penitus eſſe rationem Sacramenti in genere, quæ eſt Sacramenti in ſpecie. Cap. 8.

PRæterea hunc quoq; in errorem incurritis, quum pane puro diuinum Chriſti corpus figuratis, quòd vna & ſola panis natura, duplicem carnis naturam repreſentare non poſitis. Vetuſti Eccleſiæ ſcriptores ſanguinem Virginis naturalem, ante verbi incarnationem, azymo pane figurauerunt, ſed poſt incarnationem, citra blaſphemiæ ſuſpicionem, hunc figurari nô poſſe docuerunt, ne cum Ebioneis conſentire viderentur, diuinitatem carnis negantibus: vti ex Baſilio ſuperiori libro diximus. Ex his intelligi poteſt quatenus & quem locum ſimilitudini Sacramenti ad Sacramentum relinquamus. Hoc inſuper adiiciemus differentiæ. Et quia communi definitione Sacramentum, inuiſibilis gratiæ ſignum eſſe viſibile dicitur, exponemus quæ utriuſq; Sacramenti gratia ſit inuiſibilis, vt quid vtrique proprium ſit agnoſci poſſit. Certum eſt Baptiſmum corporei nihil exhibere, ſed gratiam in eo exhibitam, totam Spiritu conſtare: Communionis autem Sacramentum, corporis & Spiritus alimentum eſſe. Quamobrem in Baptiſmo ſolæ gratiæ quæ ex diuino corpore prodeunt, Spiritus infuſione ſuſcipiuntur: In Cœna autem,

tem, præter eas gratias, quarum Baptiſmus miniſteriũ eſt, corpus ipſum vna cum gratiis, in hominis alimentũ datur. Gratia ergo inuiſibilis quam Euchariſtiæ Sacramentum figurat, corpus eſt Domini, omniaque quæ ad corpus attinent. Baptiſmi autem inuiſibilis gratia, ſola ſunt bona, quæ Chriſti corpori propria eſſe diximus. Quare neceſſe non fuit aquæ ſubſtantiam immutari, Euchariſtiæ autem hoc penitus fuit neceſſarium, quum aliter caro manducari re vera non potuiſſet: vnde à Domino effectum eſt, vt propter horrorem fugiendum, ſub aliena & communis alimenti ſpecie, caro tecta ſit: aqua vero non. Concludemus ergo ſecundum Apoſtolum, Baptiſmum non aquam, figuram eſſe mortis: & manducationem Euchariſtiæ, vitæ eſſe figuram. Conſequenter aquam, materiam eſſe lauationis, & Euchariſtiã, vitæ ſubſtantiam dici debere, & ſicut abſque aqua perfici non poteſt lauatio, quidquid fide valeatis, ſic abſque Euchariſtiæ manducatione, dari vobis vitam non poſſe.

Euchariſtiam re cœleſti ac ſignata non poſſe conſiſtere, ſi extra Euchariam eſſe illa conſiderantur. *Cap. 9.*

Admiratus ſœpe ſum te tãtæ lectionis, acuminis ingenii, & eruditionis virũ, hũc lapsũ eſſe, ut doceas rẽ ſignatã, ſacramẽti Euchariſtiæ ſigno iunctam eſſe ſimul & doceas corpus Domini, (quæ tibi res ſignata eſt) ſeorsũ à Sacramento mãducari, qđ ineſse nõ poſſit in Euchariſtia. Hæc certè imaginaria coniunctio eſt, hoc enim ſi verum eſt, Chriſti corpus non magis quàm mors, aut quæuis res alia Sacramento coniungitur, nam infidelium manducationi mortem eſse coniunctam certum eſt. Poſset quidem Spiritu, & conſenſu fideque vobiſcum intercedere Spiritus coniunctio, ſi Chriſti membra eſsetis, qui enim Chriſti eſt, hic eius habet Spiritum: ſed carne cum Chriſto te coniungi hac ipſa ſeparatum non credo. Ideo verò fieri coniunctioné putas, quòd credas, *Vna, pariterque quum à uobis manducatur panis,*

nis,ab anima ueſtra fide chriſtum manducari. Sed qui communionem carnis & Spiritus prædicarunt,hanc nobis fidei ſolius,quam traditis opinionem præciderunt. Docent myſticam noſtram benedictionem, & gratiarum actionem,duabus conſtare rebus,terrena & cœleſti, cum panis & vini ſpeciebus. Conſiſtere autem vocabulum, res eas quibus conſiſtit benedictionis corpus, ſeorſum eſse à Sacramento non patitur: omnis enim res, illarum naturam & veritatem in ſe continet, ex quibus conficitur & conſiſtit. Sacramentum ergo confectum ex ſpecie, & Chriſti corpore,veritatem continet corporis,vt ſi alteram ſubduxeris,Sacramentum deſtruas. Hoc etiam ab opinione tua me demoratur, quod incertiſſima ſit tua coniunctio. Illa enim hanc conditionem admittit, ſi fide ſit præditus,qui ad conuiuium accedit: Qui enim ſide manducarit,hunc tradis panem purum manducaſse: ſicque fide fit coniunctio, non verbo Domini. Præterea negas panis vllam eſse benedictionem, ſed hunc vſu ſolo ac opinione ſanctum eſse doces. Hoc inſuper in tua doctrina reprehenſioni ſubiectum eſse comperi, quod non eodem in Cœna modo, vos imbui gratia oſtendatis,quo in Baptiſmo perfundimini. Verbo enim ac lauacro,ſpiritus vobis infunditur, quem Spiritum alterutrò neglecto infundi negat Eccleſia: in Cœna autem, nec verbum accerſitis,nec manducationis neceſſitatem adhibetis. Hoc etiam peccatum intercedit,quòd tu carnis infuſionem non probas, ſed eius communionis deriuationem,quæ quoniam non conſiſtit ſubſtantia, infundi nec traduci poſse alio loco docuimus.

Noſtram gratiarum actionem figuram eſſe non poſſe, ſed ueritatis corpus. Cap. 10.

EX his rebus cognoſci poteſt,cui vanitati tua doctrina innitatur,cum doces. *Signum tuum,re ſignata aut ſua ueritate non eſſe uacuum,in Cœnaq; tibi uere corpus exhiberi, atque à te realiter,ſed non corporaliter mãducari.*

Hoc enim fieri non poſse docuimus, ſi ſeorſum à ſigno res ſignata comedatur. Conficitur enim ſigno & re ſignata Sacramentum, hocque veritatis eſse corpus tra " diderunt Apoſtoli. Ex quo nulli participari licere, niſi " qui hæc eſse vera crediderit, Baptiſmoque tinctus fuerit, docet Iuſtinus Martyr. Si tamen ſola fide veritas mã *In Apolo.2.* ducari poſset, & Euchariſtia eius iuſset figura: fidelibus cathecumenis nihil obſtaret, quo minus reuera ante Baptiſmum corpore Domini veſcerentur. Itaque mirari non deſino, quomodo in animum tuum inducere potueris, vt cibum noſtrum Euchariſtiam nominares, quum credas eã eſse figuram, & metonymia tenus corpus Domini dici poſse. Atque vt id facilius perſuadeas, neges ad panem gratiarum actionem ſpectaſse, ſed eam tranſitum fuiſse ad reputandum myſterium. Si ita habeat, certè culpa vacare non poteris, qui hunc cibum, gratiarum actionem ac benedictionem eſle tradideris. Cur enim eam appellationem ſuſtinebit, ſi ad cibum gratiarum actio non pertineat. Huc animum applicans, quũ te viderem tanto metonymiæ deſiderio teneri, iniui in rationem, qua in tuam gratiam, metonymiam tuam admitterem: ſed prius negare te conuenit, cibum noſtrum figuram eſse & affirmare verum eſse corpus per metonymiã̄ ideò quòd gratiarum actione creatum hoc, effectumque fuiſse creditum ſit, ex qua re gratiarum actionis nomen obtineat, ab eius effectu. Vt hoc tibi facilius perſuaderem, putaui oſtendi tibi oportere, Filii Dei, non hominis puri, opus & actionẽ gratiarũ, eã fuiſse: opus verũ & actionem omnipotentis, qui figuram vocauerit errabit. Veritatis enim ſubſtantia eſt Dominus, & in Dei ſermone conſiſtit diuina gratiarum actio, ſermoque Dei eſt veritas. Quum ergo cibus hic gratiarum actionis nomen habeat, non magis figura eſse poteſt, quàm proprius & efficax Dei ſermo. Si à tuis verbis & gratiarum actione verborum Dei actionemque eſtimaueris, non es apud me fidem habiturus: tua enim verba, ventus aerque ſunt at verbum Domini manet in æternum, eſtque veritatis

ſubſtan-

ſubſtantia:quamobrem hæc præterire non potuit. Quũ dixiſti gratiarum actionem trãſitum quendam fuiſse ad reputandum myſterium,Euchariſtiam illam non fuiſse ſed tui obllitum te, ac humano ingenio loquutum eſse demonſtras. Si hoc Richero tuo excidiſset, in Idearum ſuarum gregem conferri potuiſset:ſed te indignus eſt error. Non enim hominum eget Dominus commendatione Deus,ad ſua myſteria reputanda,ſatis eum commendat miraculi nouitas,ac diuinitas. Qui ſcire volet quorſum in creatura fuerint actæ à Domino gratiæ, hoc ab his verbis,hoc eſt corpus meum,conſequi poterit.Quũ enim gratiarũ actionem mox inſequuta hæc verba ſint, documento ſunt non alio gratiarum actionem ſpectaſse quàm ad corporis creationem. Hoc ergo documentum, ſi veræ & nouæ creationis Symbolũ eſse dixeris: non rẽ ipſam conſecratam, in tuam ſententiam adduci me patiar:ſed huc dimitti non potero,vt ſanctiſſimam gratiarum actionem,ſymbolum ac figuram eſse mihi non veritatem ipſam parſuadeam.

Cœnam futuri beneficij confirmationem eſſe non poſſe.
Cap. II.

ALiud mihi ſuggerit tua doctrina quod admiratione me afficit maxima: In tua Sacramentorũ reſolutione nobis auctor es, *Cœnæ vtilitatem,ad tẽpus manducationis reſtringi non debere: plerumque enim euenire vt is cui propter ſuam negligentiam, Cœna minimè profuerit, ali quanto poſt tempore fructum inde accipiat.* Si ita habeat, quomodo tibi confirmabit Cœna, quod ſis poſt eam ſuſcepturus? ſed ſi vtilitas ad tempus manducationis reſtringi non debeat,cur ad id temporis damnationem reſtringemus? qui enim manducat indignè,iudicium ſibi manducat & bibit.

Manduca-

Manducationem agni immaculati, & azymi panis, figuram eſſe non poſſe. *Cap.* 12.

Auguſt. De doctrina Chriſti. lib. 3

NVnc conuertam orationem ad figuram, cuius nomine fingitis Auguſtinum Euchariſtiam ſuſpectam habuiſſe, cùm dixit celebrationem Sacramenti corporis, paſſionis eſſe figuram. Nam inficior Eccleſiam tradidiſſe vt qui corpore Domini veſcitur, ſicut agnum immaculatum, & azymum panem comedit huius mãducationem ſibi figuram eſſe perſuadeat vitæ ſuæ reformandæ, atque menſæ non adeundæ, qui malitiæ fermentum prius diligenter accurateque ſit expurgatum, vt noua ſit conſperſio. Hactenus ergo figuram admittã, vt Euchariſtiæ manducatio, non ipſa Euchariſtia, immutandæ vitæ figura ſit. Hoc addam, qui corpus ſacrificatũ comederit, perſuadere ſibi debere, non in finem hunc, ad paſtum humanæ carnis admitti, quod eius vulgo manducandæ morem & licentiam Ieſus indulgeat. Alioqui (vt ſcribit Auguſtinus) facinus & flagitium præcipere Dominus iudicaretur: ſed hæc diuinæ carnis manducatio nobis figura eſt, inſtructio, & ſpeculum vitæ noſtræ immutãdæ, ſicut caro noſtra, i corpus Domini, cœleſtis carnis edulio immutatur: atque vt animo reputemus, ſicuti nos reficimur alimur, ac conuertimur in carnem, quæ per paſſionem, labores, ærumnas, & perpetuam vexationem, atque agitationem intrauit in gloriam, nos quoque earum rerum quas in ſuo corpore pertulit Chriſtus, debere fieri participes: atque menti noſtrę (vt inquit Auguſtinus) recondere, & recolere Chriſtum noſtra cauſa tot labores exantlaſſe. Non quod interim panis ſubſtantia ſignum ſit corporis: nam ſimul figurare nõ poteſt corpus, & ea quæ à nobis ſunt demonſtrata, quæ ſequuntur corporis manducationem: Neq; etiam dicit Auguſt. eũ eſſe figuram, ſed veræ carnis manducationem figuram eſſe noſtræ vitæ immutandæ.

Eodem loco.

Panem,

Panem, exemplar membrorum Chriſti corporalium eſſe. *Cap.* 13.

CYprianus, & vetuſti Eccleſiæ ſcriptores panem membrorum Chriſti corporalium ſignum & exẽplar nuncuparunt, his verbis. Quando Dominus corpus ſuum, panem de multorum granorum adunatione congeſtum vocat: & quando ſanguinem ſuum, vinum vocat, de botris atq; acinis expreſſum, populum noſtrũ indicat commixtione adunatæ multitudinis copulatũ. Non potuit vir diuinus, elegantius nec concinnius vnitatis Eccleſiæ, cum Chriſto effigiem complecti, quàm hac ſimilitudine. Nam ſicut vera farinæ coitione, & mixtura (non ſpirituali aut phantaſtica) fit panis aggregatio ita vera & naturali inſitione, atque communione noſtræ ſubſtantiæ cum Chriſti ſubſtantia (non intellectuali & imaginaria) vnum cum eo corpus efficimur, eius corpus manducantes. Ad huius rei antitypon, id eſt, exemplar ſimilis formæ, non eſſe neceſſarias diuinæ preces anaphore, docuit Epiphanius, aduerſus Gregorium ſequutus Baſilium & Euſtachium: ſed vbi acceſſerit conſecratio, panis antitypon eſſe definit, atque fit diuinum corpus.

In Epiſto. ad Magũ. „ „ „ „ „ „ „

Seſſ. 6. ſecundæ Synodi Nicenæ.

Panis puri ſubſtantiam, eſſe non poſſe imaginem diuini corporis. *Cap.* 14.

NOn minus falli mihi uiſus es, aſſeuerans panem tuum præſeferre imaginem Chriſti corporis: neque memini ante te, eo ſe errore induiſſe quenquam, præter veſtrum Gregorium Neoceſarienſem, qui tamen a te longiſſimè diſſidet. Quum is ſuam illam imaginationem defenderet, aſſerebat panem fieri Sanctum, ſacra ſacerdotis anaphora: qui poſtquam diuinum corpus diuinæ eſſentiæ infuſione effectum eſſet, corporis Domini gereret imaginem: huius verba ſubiecimus: Exultent & lætentur quicunque veram Chriſti imaginẽ ſynceri- „

Seſſ. 26. ſynodi Nicenæ.

ſynceriſſima mente facientes, deſiderant, & venerantur, & ad ſalutem animi & corporis afferunt: quam ipſe Dominus noſter Deus, ſummus Sacerdos, ex nobis integrè maſſam aſſumens, circa paſſionis tempus, in typum & recordationem efficaciſſimam, ſuis ſacerdotibus & myſtis tradidit. Nam quum ſe ſponte morti offerret, glorioſæ inquam illi, & viuificanti, ſumés panem, benedixit, poſt quam gratias egiſſet. & fregit, tradéſque diſcipulis dixit, accipite & manducate, in remiſſionem peccatorum, hoc eſt meum corpus: ſimiliter & calicem tradens, dixit: hic eſt meus ſanguis: hoc facite in mei memoriam. Ecce igitur viuificantis corporis illius imaginem, quæ honorificè & glorioſè exhibita eſt. Quid enim aliud in his egit Chriſtus Deus? non ſanè aliud, quàm vt oſtenderet, & exhiberet nobis hominibus apertè myſterium illud in diſpenſatione ſecundum illum operatum. Quia quemadmodum id, quod è nobis aſſumpſit, materia ſola eſt ſubſtantiæ humanæ, iuxta omnia non perfectè expreſſa: quę per ſe exiſtit perſona: ne adiectio in diuinitate accedat: ita imaginem totam electam, videlicet panis ſubſtantiā mandauit apponi. Quemadmodum igitur, ſecundum naturam Chriſti corpus (vtpote quòd à Deo eſſet) Sāctum eſt, ſic & poſitione, imago eius Sancta: vt quæ per quandam ſanctificationem, ipſa Dei gratia manet. Hoc enim vt diximus Dominus Chriſtus tractauit, vt ſicuti carnē quam aſſumpſit, propria ſecundum naturam ſanctificatione, ex ſua vnitione deificauit: ſimiliter etiam panem Euchariſtiæ, veluti veram imaginem naturalis carnis, per Sancti Spiritus aggreſſionem ſanctificatam, diuinū corpus eſſe voluit, illique ſic placuit: medius autem Sacerdos venit, qui ex communi Sanctum id facit, ſacra illa ſua anaphora. Cæterum iuxta naturam animata & intelligibilis caro Domini per Spiritum Sanctum diuinitati iuncta eſt. Eodem modo, & à Deo tradita imago eius carnis, panis ſcilicet diuinus impletus eſt Spiritu Sancto, cum poculo quoq; ſanguinis latis eius uiuificantis. Non vobis hic autor ſuſpectus eſse debet, quū ad tol-

lendas

lendas imagines hoc præcipuè vtimini.

Probatur nomen imaginis pani non conuenire. *Cap.* 15.

MInus ineptum eſt, diuino huic pani nomen imaginis Chriſti imponi, quàm veſtro diuinitate prorſus experti & vacuo: hanc tamen appellationem ferre non potuit Eccleſia, vt oſtendit Epiphanius inquiens: Nemo vnquam Sãctorum Apoſtolorum (qui tubæ ſunt Spiritus Sancti) aut glorioſorum Patrum noſtrorum, incruẽtum noſtrum ſacrificium, in memoriam paſſionis Chriſti Domini Dei noſtri, & totius ſuæ diſpẽſationis factum, imaginem corporis illius dixerit. Nam is qui accepit à Domino, ſic non dicit, aut cõfitetur, ſed audiunt eum ſic dicentem Euangelicè. Niſi comederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non intratis in regnum cœlorum: & qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Et cùm accepiſſet panem, & gratias egiſset, fregit & dedit diſcipulis dicens: accipite, edite, hoc eſt corpus meum: & accepto calice, cùm gratias egiſset, dedit illis dicens: bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus, noui teſtamenti qui pro multis effunditur in remiſſionẽ peccatorum. Non autem dixit ſumite, edite imaginem corporis mei: paulo poſt. Legas quouſque voles, nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apoſtolos, neque Patres, incruentum illud ſacrificium quod à ſacerdote offertur, imaginem dixiſse, verùm ipſum corpus, & ipſum ſanguinem.

Epiph. ad uers' Grego. ſeſſ. 6. 2. ſynodi Nicenæ.

Duabus rebus conſtare manducationem uitæ æternæ, cibo corporis, & opere fidei. *Cap.* 16.

AB imaginaria panis tui contemplatione interiorem tuam doctrinam me promoues docens, animam tuam verè ali corpore Domini in ſpem vitæ æternæ, quare de vera carnis manducatione differentes,

tes,diximus duabus rebus conſtare in vitam æternã mã ducationem,cibo vitæ,& opere fidei. Cibus uitæ, ſubſtantia eſt corporis Domini, quæ & corporaliter manducari debet, fides bonaq; conſcientia operatur & efficit, ne manducanti pereat vita manducata: ſed ei in vitam æternam maneat: Neque in alterutro ineſt facultas æternitatis, quicquid vobis videatur, huc dictum hoc
" Auguſtini detorquentes & applicantes: Quid paras den
" tem & ventrem, crede & manducaſti. Non enim à fide repellebat manducationẽ vt putaret fidem fungi, atque implere vicem manducationis. Sed in hanc ſententiam hoc dictum inferebat, vt oſtenderet fide manducari oportere, non cibum ſolum, ſed cibum qui non pereat, ſed qui maneat in vitam æternam. Hoc ipſum ergo ne pereat, non manducatur nec manducatione acquiritur, ſed fide. Huius ſunt hæc verba: Dixerunt ergo ad eum.

In Ioannis 6.caput.

" Quid faciemus vt operemur opera Dei? dixerat enim
" illis operamini eſcam, non quæ perit, ſed quæ manet
" in vitam æternam: Quid faciemus (inquiunt) quid ob-
" ſeruando hoc præceptum implere poterimus? reſpon-
" dit Ieſus, & dixit eis. Hoc eſt opus Dei vt credatis in
" eum quem miſit ille. Hoc eſt ergo manducare cibum,
" non qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam: vt
" quid paras dentem & ventrem, & crede & manducaſti.
" Si dixiſſet Auguſtinus, credere eſſe cibum manducare, non facta æternitatis mentione, ad reprehenſionem in vobis minus eſſe loci, & qui in ſuperiorem Auguſtini ſermonem animum defixiſſet, opinionis huius culpam ei non impegiſſet: De his enim verba faciens, qui ſperarent huiuſmodi cibum ſibi à Domino datum iri, qui famem corporis in æternum depelleret, atque ſitim reſtingueret, huius cupiditatis errorem detegit, oſtendens de temporaria vita Dominum non eſſe loquutum, neque à ſe ſpẽ abiici,ea vi & virtute cibi præditi, vt perpetuam corporis eſuriem expleret, ſed vitæ immortalis eſcam credentibus promitti, nullumque cibum dari poſſe, qui ſine fide, ea vi, & facultate polleat.

Qui

Qui traductionem carnis diuinæ à Spiritu fieri fateatur: hunc, carnem eſſe vere cibum negaturum. Cap. 17.

MAnducatione corporis à te damnata, animum adiecisti ad neſcio quā carnis cōmunionis traductionē. Scribis enim, *Vi Spiritus incommunionē carnis in nos traduci, nō manducari carnē*. Sed ſi hanc admiſerimus, num & improbis, mortis communionem infundi credemus? Quo applicamus hunc Chriſti ſermonē, Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus? Cibus homini non eſt, niſi manduceretur, nam panem Angelorum manducauit homo: ſed quod irradiatur, aut irradiatione traducitur, non commeditur, hoc tamen authoritati tuæ condonarem, niſi huc eſſet mihi corruendum, vt crederem eos duntaxat manducare carnem, & bibere ſanguinem Domini, quos tetigerit Spiritus irradiatio. Ei tamen negandus eſt Apoſtolus, qui ſibi hoc perſuadeat: Quicunque (inquit) manducauerit panem hunc indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. *Pſal.77.*

Qui infideli carnis manducationem negauerit, ab eo iudicium manducari poſſe etiam negabit. Cap. 18.

AT quū corporis diuini manducationē ſuſtuleris, ſed in eius locū Spiritus irradiationē & fidē ſubſtitueris, qui fidē non habuerit, nullo modo tibi mādúcat, aut cōtingit corpus Domini, ex quo mortem ſibi conſciſcat. Sed quoniam indigna manducatio non ſola infidelitas, ſecundum Paulum mortis iudiciū parit, neceſſe eſt, vt qui panem & vinum diuinitate, u:q; omni, atque virtute vacuum comederit, certam ex eo cibo ſibi ſtruat perniciem, certamque ſuam damnationem & iudicium manducet, & bibat, vnde concludendum eſt, panem purum eſſe noſtrum iudicium: ſed ſecundum ſcripturas, iudicium noſtrum Dominus, iudicium *Ioan. 9.*

dicium noſtrum à Domino, ego veni in iudicium. Si verò pura panis ſubſtantia iudicium parit, nihil obeſt quominus hæc eadem ſit ſalus & vita: eius enim eſt ſeruare cuius eſt perdere. Tu tamen id non recipis, vis panem fidelibus nihil eſſe niſi ſignum: Apoſtolus vero Euchariſtiam eſſe iudicium homini infideli teſtatur.

Si panis ſignum ſit vitæ homini fideli, eſſe itidem ſignum iudicij infideli debere. *Cap.* 19.

HAec mihi conſideranti inceſſit admiratio maxima, qua ratione adduci potueris, vt credes, corpus hominis panem tuum indigne manducantis (in qua re anima cum corpore non communicat) iudicium animæ ſuæ comedere: Corpus vero fidelis, fide panem eundem manducantis, animæ ſuæ ſalutẽ non manducare, ſed ſi quid boni ad animam perueniat, proficiſci ex Spiritus Sancti irradiatione. Quam nobis cauſam antæ differentiæ prætendes? inſpirari deberet damnatio, ſi ſalus & vita inſpiretur: Iudicarem ergo, ſi Euchariſtia nihil ſit, niſi ſignum vitæ, non debere Paulo, infidelium certũ eſſe iudicium: Qui manducat (inquit) indigne panem hunc, iudicium ſibi manducat, non dixit ſignum iudicii: Hæc ſentẽtia à tua religione me prohibet: & ſuadet Euchariſtiam Eccleſiæ, non magis vitæ ſignum eſſe, quàm iudicii, & perditionis: ſed eſſe vtriſque verum Domini corpus, his quidem odorem mortis in mortem, illis odorem vitæ in vitam eundem ſemper Chriſtum.

Cyprianus in Cœna.

Omnes Apoſtolos eodem cibo à Ieſu Chriſto paſtos eſſe. *Cap.* 20.

Cap. 22.

APoſtoli eundem omnes cibum Luca teſte comederunt, ſed Iudæ, qui illota veſte ſe in conuiuium ingeſſerat, vitæ cibus in mortis iudicium verſus eſt, reliqui vitam fide conſeruarunt. Quæ differentia

rentia non accidit, è cibi vitio, ſed eorum voluntate & electione, qui ad vitæ conuiuium vocati, in hanc ſe, aut illam rem obtulerunt.

Si euchariſtia infideli iudicij ſignum ſit, notam aliquam apponi debere, ut intelligatur quando mortis & quando vitæ ſignum ſit. Cap. 21.

HAc de re mihi differenti, diſcipuli tui reſponderunt. *Panem non eſſe iudicium, ſed ei hoc nomen per metonymiam inditum, quod iudicij nota ſit & ſignificatio: ideo autem parari infideli iudicium, non quòd panem ederit, ſed quod Sacramento abuſus fuerit, & gratiam oblatam reſpuens, nihilominus panem, oblationis teſtimonium & inſtrumentum polluta conſcientia manducarit.* In hoc autem ij eſſe ſupra magiſtrum diſcipuli mihi viſi ſunt: Metonymiam à te confictam, & nunc primum æditam, vt vitã ſignificet, confirmet, & obſignet (his rebus nõ contenti) ancipiti excudunt imagine: obliti tñ indicare, qua nota eam diſtinguant, vt intelligat̃, quãdo mortis, & quando vitæ ſignum ſit, aut quando hic ſermo (hoc eſt corpus meum) locum habeat, quum viciſſim Chriſti vitam, viciſſim diabolum aut mortem, vobis figuret. Si Euchariſtiam, ſigno duplici, puta vitæ & mortis conſignetis, Baptiſmus (ablutionis ſignum à vobis nuncupatum) non minus inquinamenti, quam ablutionis, contra huius naturam, ſignum habebit inſculptum, vtrumque tamen ſignificare non poteſt: Circunciſio non erit magis ſignum fœderis, quàm inimicitiarum.

Si diſtinctione, panis ſacer fuerit ſecundum Caluinianos, infideli Euchariſtiam ſacram eſſe non poſſe. Cap. 22.

PRæterea intellectu non aſſequor, quomodo Sacramento abuti poſſitis, qui ſacrum panem non edatis: is non niſi fide, vſu, atque diſtinctione, à vobis ſacer eſſe putatur, non ſolenni aliqua benedictio-

ne, aut precibus adhibitis. Qui ergo hunc ſine fide comederit, non ſacrauit, vt Sacramento abuti potuerit. Quicquid ergo elaboratis, & exquiſitis commentis, tui nobis illudant, huc ſemper reuoluuntur, vt Apoſtolum negent: *Aſſerunt iudicium non manducari, ſed comparari, non quidem ab indigno eſu diuini corporis, ſed quòd reſpuentes oblatum ſibi corpus dedecore afficiunt.* Apoſtolus autem tam apertus eſt, vt nulla tergiuerſatione, aut diſertis commentis obſcurari poſſit: Qui (inquit) ederit panem hunc indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diſcernens corpus Domini. Non manducatur corpus recuſatum, ſed manducatur corpus ſumptum, illota veſte & ſordida.

Si Euchariſtia diuino corpore vacua, teſtimonium ſit manducationis, hanc corpus non offerre. *Cap.* 23.

SI in Euchariſtia, non inſit corpus & ſanguis Domini, auctoritate tua impedior, ne in ea corpus Domini vobis offerri credam. Tradis pluribus locis Cœnam eſſe gratiæ confirmationem, teſtimonium, & ratificationem, quibus rebus approbatur, te ante Cœnam id obtinuiſſe, quod ibi confirmatur, & ratificatur, ſed ita, vt egeas confirmatione: Non ergo offertur tibi capiendum, quod affers, vt confirmetur. Nunquam à me ſinam extorqueri, vt aſſentiar, oblationis & confirmationis vnam eſſe & eandem actionem, atque oblationem, ac rei oblatæ teſtimonium inter ſe nihil differre, aut Euchariſtiam inſtrumentum eſſe, quo tibi corpus, & ſanguis offeratur, eamque ſimul eſſe corpore & ſanguine vacuam, eſſeque confirmatoris figuram, & confirmationis inſtrumentum.

Seorſum ab Euchariſtia diuinum corpus offerri omnino non poſſe. *Cap.* 24.

DEnique non poteſt animus meus impelli, vt credam vllo modo tibi Chriſtum offerri poſſe, ſi ſeorſum ab Euchariſtia hunc animæ tuæ porrigi putaueris:

putaueris : corporeum enim , & materialem eſſe concedas neceſſe eſt , vt porrigatur , aut diſtribuatur : alioqui diſtribui non poſſe, ipſa vocabuli proprietas ſatis indicat. Fieri enim ſine motu non poteſt corporis diſtributio . Item manducari porrectum neceſſe eſt,ex præſcripto Domini : Accipite (inquit) & manducate , nec ſine motu manducari ac capi etiam poteſt. Fruſtra ergo à Domino animæ tuæ fieret ſui corporis oblatio, niſi hoc modo accipiatur, quo ſe edendum profert , & porrigit: vt tam oblationi motus quam manducationi adhibeatur: At incorperea animæ eſſentia,non eſt corporei capax cibi , nec capere nec manducare poteſt .

Si ſpiritualis animæ ſit receptio , ſed diſtributio realis fuerit , aliter recipi quam oblatum ſit corpus . Cap. 25.

SI ſpiritualis & intellectualis animæ eſt tua receptio & mãducatio, ſed re vera verum corpus ei Dominus edendum porrigat, cum diſtributione & porrectione , receptio & manducatio nullo modo conueniunt : vt ergo conueniant decet , vt Dominus intellectu & fide tua ſe diſtribuat , ſicut is ſine motu , ſed fide ab anima recipitur , & voratur , vtque contra naturam diſtributionis , ſe ſine motu diſtribuat . Cęterum ſi fide careas , nihil eſt quod doceas , Chriſtum ſe animæ manducandum exhibere ac diſtribuere , quum vis diſtributionis penitus in te ſita ſit : nec etiam ex eo certa tibi ſtrui poſſe pernicies credi poteſt , quum animæ tuæ,nec oblatum corpus nec indigne ab ea manducatum ſit : ex qua re (vt ais) dedecore afficiatur : Affici enim dedecore indignę manducationis , non poteſt corpus non manducatum , ſed recuſatum : Aut dicendi ſunt iudiciũ æque ſibi manducare , Dominumq; dedecore afficere , qui ſe à menſa auertunt & abſtinent : vt ii qui accumbunt , non habentes veſtem nuptialem, aut qui indigne manna comederunt , iudicium ſuum manducaſſe .

Animarum non eſſe factam mentionem, cum manducandæ carnis præceptum fieret. *Cap. 26.*

VNum mihi prætereundum hic eſſe non putaui, tradidiſti, *Vbi à corpore tuo ſignum voratur, ex Chriſti pollicitatione, animam tuam, corporis Chriſti ſubſtantia, ſimul fieri participem, ſpirituali carnis eius communionis traiectione: atque in te Chriſtum inhabitare.* Sed ſola carnis traiecta communio, inhabitare deberet, non autem Chriſtus non traiectus: denique Euangeliis Eccleſiæ hoc Chriſti promiſſum non approbabis. Animarum nulla omnino mentio facta eſt, quum manducationis ſermo eſſet: Chriſtus Ieſus Apoſtolos non animas alloquutus dixit, Accipite & edite, hoc eſt corpus meũ panem in quo gratiæ actæ ſunt diſtribuens.

Si Præſcripta à Domino carnis ſuæ manducatio, ad animam non ad corpus ſpectaſſet, hoc à Domino expreſſum fuiſſe. *Cap. 27.*

SI coniectura augureris, hunc ſermonem, eam quam obducis interpretationem, aut additionem recipere, rationem reddere debuiſti, cur hæc pollicitatio à Domino prætermiſsa ſit, quam expreſsam oportuit: Scriptum eſt: Væ per quem ſcandalum venit. Si ſeorſum à pane non manducando, ſed credendo corpus Domini manducetur, diſcipulis Dominus cauſa fuit ſcandali, ijque excuſandi fuerunt, quod verba eius non capientes, abierint: nec culpa vacauit Dominus, qui duarum rerum differentium, quum à ſe mandatum fieret, hoc vno concluſerit manducandi vocabulo, diuerſa ſignificatione, vna propria, quæ corpus reſpicit: altera impropria quæ animam: qui ſi dixiſset, non futuram re vera corporis ſui manducationem, ſed ſolius panis, atque credendo corporis communionem in animam Spiritus irradiatione traduci: intellexiſsent diſcipuli, ſicque in defectionis cri

nem

men non incurriſsent.

Quum vnum, & vna de re præceptum fuerit, peccare qui rem à Domino vnitam ſeparant. Cap. 28.

ITem quemadmodum rerum differentium, puta panis, & carnis, propoſitam à Domino manducationē, æquum fuit proprijs diſtingui vocabulis, ſic corpori & animæ, quid cuique conueniret, diſtinctè expreſsum oportuit: hoc quum effectum non ſit, ſed unum in unam rem præceptum fuerit, magnum in ſe crimen admittit anima, quæ rem à Domino vnitam, diuellere nititur: vt quod ſibi cum corpore ad ſalutem eſt commune, vni ſibi arroget, & arripiat, ſe, corpuſque hoc modo vita defraudans: Non enim corpus, niſi carnem Domini, re aut deſiderio manducauerit, in vitam exuſcitabitur, vti ſcriptū eſt: „Niſi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitam in uobis, „in quo valde peccatis, quòd nullo modo carnem, quaſi non viuificam, vobis manducandam proponatis: ſed Chriſtum ſoluentes, Spiritum qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis (opinione) ſpreta carne, hauriatis, quæ caro etſi verè eſt vitę particeps, vereq́ue vitam continet, eius tamen manducandæ religionem inuentionibus veſtris conculcatis. At vt Dominus nobis teſtatum relinqueret, de corporibus corruptioni obnoxiis fuiſſe ſibi ſermonem, ſubiunxit, „Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinē, „habet vitam æternam, & ego ſuſcitabo eū in nouiſſimo „die. Reſurrectio propriè ad corpus attinet, non ad animam, quæ immortalis eſt. Demum vt Dominus omnem nobis tolleret de corporea manducatione dubitationē, ſuorum animis inculcauit, carnem ſuam verè eſſe cibum, & ſanguinem verè eſſe potum: Caro (inquit) mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Si tamen irradiatione Spiritus, carnis & ſanguinis communio, in animam tuam traducatur, non poſſunt dici hominis cibus aut potus.

Ioan. 6.

Chriſtum eſſe uere cibum quoquomodò edatur uel non edatur. Cap. 29.

HOc vt facilius explicetur,conſiderandum eſſe cẽſeo,Ieſum Chriſtum quantum in ſe eſt,ſemper eſſe verùm,& ſalutis cibum,quoquomodo edatur, aut omnino non edatur. Vſus enim perfectionis nullam illi facit acceſſionem: Quemadmodum infidelitas latronis, meritum paſſionis non fecit irritum, nec effecit fides alterius,vt paſſionis meritum eſſet auctius,ſic dignitate aut indignitate conuiuarum, ad Euchariſtiam adiici, aut addi nihil poteſt. Duplex ergo eſt ratio veri cibi manducandi:vna manducantem reſpicit, altera veritatẽ ſpectat manducationis. Hæ ſunt partes huius, qui ſe ad eſum veri cibi accingit,vt ſe probet, vt vera conſcientia cibum verum admittat,Apoſtolorum exemplo:aut ſibi non plus afferet bonæ rei manducatio, quàm optimi vini potus, febre laboranti: non quòd vini naturam mutet ægrotatio, ſed quia quod bonum eſt, vtenti malè, non prodeſt.

Vere manducare dicitur qui nec verius nec melius manducare poßit. Cap. 30.

EA pars quæ in mãducationis veritate conſiſtit eſt, vt ita manducetur,vt nullo modo verius, aut melius fieri poſſit.Qui fide tantum,& credendo mãducat, verè manducare non eſt putandus, quum re vera debuerit & potuerit etiam manducare: ſic eius viri, qui carnem manducauerit,ſed ſine fide,imperfecta erit manducatio,quoniam fides adhibita non fuerit.Beatus latro ſi Chriſtus Dominus,fide & opinione, & non re vera ligno appenſus fuiſſet, hinc ſalutem non eſſet conſequutus.Sic quanuis re ipſa affixus, & mortuus ſit Dominus, quum fides infelici latroni defuerit, vera redemptoris mors ei nihil profuit. Iudas pacis oſculo Chriſtũ Deũ

veram & vnicam pacem,atq; vitam eſt exoſculatus, hoc tamen pacem & ſalutem ei non attulit, quum ſine fide, & conſcientiæ ſanctitate,oſculum admotum ſit: Nihilo plus adiecit ei vera pedum à Domino lauatio, cùm ad eam bona mens,non eſſet adiuncta: qui pedes & manus Domini foderunt, inque caput eius ſpineam coronam impoſuerunt, quamuis vero & vitali ſanguine tincti, & aſperſi fuerint,non tamen mortem euaſerunt. Nec propterea deſiuit verus & vitalis eſſe ſanguis, quòd ex eo dãnationem grauiorem acceperint:ſic eis qui Sanctam Eucharistiam indignè manducant, hæc non ideò deſinit eſſe corpus Domini,quod vitam indignis non concedat: ita enim prodeſſe poterit, ſi verè manducetur.Iudas manu Domini buccellam in ſuã perditionem ſuſcepit, hæc Serapionem Alexandrinum, manu pueri porrecta maximis doloribus liberauit. Sed fruſtra verba terimus, quũ nec verè nec falſo à vobis manducetur, ſed vitam, quæ in Deo Patre reſidet, Spiritu per fidem in vos infundi doceatis. *Euſe.Ca.*

Sicuti totus Chriſtus in homine manducante manſurus eſt, ita totus homo in eo manſurus, & ideò totus manducaturus.   *Cap.* 31.

VT Dominus exponeret,quid ſit verè corpus manducare,ſermoni ſuo ſubdidit, Qui mãducat verè meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet,& ego in illo.Is qui carne conſtat & anima, quũ dixit me,totum ſe demonſtrauit.Rurſus, quum dixerit, qui manducat,non dubium eſt, hominem integrum deſignaſſe, non ipſius animam, vt ad eam diuini corporis manducatio reſpiceret. Quum ita ſe habeat, non credẽdum eſt corpus hominis manducantis, excludit à carnis diuinæ manducatione. Nunc diſpiciamus vnde ſit in diuino corpore manſio.

Sine manducatione corporis diuini, non fieri eius in aliquo manſio em. *Cap.* 32.

QVi manducat (inquit) carnem meam, in me manet, & ego in eo. Ergo ex vera mâducatione corporis, in homine re vera fit uitæ manſio: nec ipſa fieri poteſt ſine manducatione. Quæro nunc quum totus homo, totum Chriſtum debeat manducare: cur ad animam hominis, contra verba Domini, manducationem reſtringetis, ut in corpore non manducante, maneat Chriſtus non manducatus? Si anima ſola Chriſtum edat, hæc ſola in Chriſto manſura, & in ea Chriſtus eſt manſurus: hæc ſola templum Dei erit. Quod ſi in anima maneat Chriſtus, hunc euacuari corpore conuenit, & in animam redigi: ut in ea ineſſe poſſit & manere, aut is animo non re vera manebit. Nulla enim potior eſſe ratio oſtenditur, vt hominem manducaturum ad animam redigatis, quàm edendum Domini corpus. Quod ſi totus homo in Chriſto ſit manſurus, manducationis beneficio, nihil eſt cauſæ, quominus totus homo, totum Chriſtum manducet.

Eo modo quo à patre miſſus eſt filius, hunc manducari oportere *Cap.* 33.

CHryſoſtomus, Hylarius, Cyrillus, & qui Euangelium Ioannis interpretati ſunt, intellexerunt neceſſitatem imponi nobis corporis diuini manducandi, atque ſubſtantiæ noſtræ cum diuina miſcendæ: vt in eo maneamus, & is in nobis maneat: uti conſequés Chriſti ſermo, exemplo manifeſtiſſimo declarat: Sicut
" miſit me viués Pater & ego viuo propter Patrem, & qui
" me manducat, & ipſe viuet propter me. In hanc ſimili-
" tudinem animum defigamus. Miſſio filii à Patre, cum
Ioan.6. mâducatione comparatur: eodem enim modo viuit propter Chriſtum, qui hunc manducat, quo viuit Chriſtus,

propter

propter Patrem à quo miſſus eſt. Si ergo re vera totus Chriſtus non credẽdo miſſus eſt,is totus ab homine toto,re ipſa,non ſola fide,eſt ad vitam manducandus. Sed ſi anima ſola Chriſti,à Patre miſſa eſt,anima ſola Chriſtiani manducare debet. Quo enim modo res miſſa uiuit propter mittentem,res manducans, viuit propter viuificantem mãducatum:item niſi eo modo edatur filius, quo miſſus eſt à Patre,non viuificabit edentem.

Ex chryſoſtomo,quo modo in nobis maneat Chriſtus. *In Ioan.*

Audi quid ea de re ſcripſerit Coryſoſto. Ne obſcurè (inquit)in parabolis loquutum arbitrarentur,ſed ſcirẽt omnino eſſe neceſſarium vt corpus comederent: inquit, qui manducat carnem meam,& bibit meum ſanguinem in me manet,& ego in eo:quod dicit,vt cum ipſo admiſceri ſe oſtendat. Si enim in me manet, qui me ſumit, & ego viuo, hunc & victurum eſſe perſpicuum eſt:Caro Chriſti animæ admiſceri non poteſt,ſed corpori: Paulò poſt.Homil.41.Vt Chriſtus maiori nos charitate aſtringeret,& vt ſuum in nos deſiderium oſtenderet,non ſe tãtùm videri permittens deſiderantibus, ſed tangi,& manducari,& dentes carni ſuæ infigi, vt ſui deſiderio omnes impleret.Parentes ſæpenumero liberos ſuos aliis alendos dederunt,ego autem mea carne vos alo,me vobis exhibeo, veſter eſſe frater volui, & communicaui carnem meam,propter vos,& ſanguinem, & per quam vobis cõiunctus ſum,eam uobis rurſum exhibui. Animæ tua carnem edendam exhibere non potuit, non enim ex animà carnem accepit.Item,vt autem non ſolùm per dilectionem,ſed re ipſa in illam carnem conuertamur, per cibũ id efficitur,quem nobis largitus eſt.Quum enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum, ſe nobis commiſcuit,& in vnum nobiſcum redegit,vt corpus cũ capite vniretur. *cap.6*

Sanguinem effuſum in peccatorum remiſſionem libri oportere. Cap. 34.

IEſum Chriſtum hominis cibum eſſe, non animæ ſolius, vel te teſte oſtendi poſſe puto. *Doces bibendum eſſe ſanguinem effuſum in remiſſionem peccatorum: vt fructus qui ex effuſione ad nos peruenire debet, ſentiatur.* Vt ergo comperiamus, quis carne, & ſanguine veſci debeat, contemplemur ad quem redeat mortis beneficium. Hæc ſunt Chriſti verba, hoc eſt corpus meum: tametſi à propria ſignificatione hæc detorques, tu tamen conſequentia, quod pro vobis datur, pateris ſuam ſignificationem ſeruare. Videamus quos alloqueretur Dominus, animas an homines, & pro qua re morti ſe is obtulerit: Panis (inquit) quem ego dabo caro mea eſt, pro mundi vita. Mundus non conſtat animabus, ſed hominibus: Quum pro hominibus paſſus ſit Dominus, & ſecundum te ij demum mortis fructum capiant, qui carne & ſanguine veſcantur, non æquum eſt, à corpore animam dirimi, vt hanc ſolam Chriſti vita nutriat.

Ioan. 6.

Si ſola anima bibat, hanc peccati ream conſtitui debere. Cap. 35.

SI ad animam caro, & ſanguis Domini pertineat, non ad hominem, hanc ſolam peccati ream fieri neceſſe eſt. Nam ſanguinis effuſio facta eſt in remiſſionem peccatorum: At homini peccatum imputari ab Eccleſia receptum eſt. Beatus vir cui non imputauerit Dominus peccatum. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: Si homini peccatum imputetur, non video quid ſit cauſæ, cur animæ ſolæ bibant effuſum in remiſſionẽ peccatorum ſanguinem: aut qui totum reſpuit, cur Spiritus irradiatione à te excogitata, & peruulgata, in eum ſanguis pro peccato traiiciatur.

Pſal. 31.

Cum

Cum corporis ſit redemptio, redemptionis cibum, ad corpus redemptum ſpectare. *Cap.* 36

MAthæus docet Chriſtum Dominum veniſſe, quod perierat ſaluare. Ouis quam ſuper humeros ad ouile retulit Paſtor, perierat, pro ea animam ſuam Dominus poſuit, ea eſt quam ipſe paſcit: Ouis terreſtre corpus eſt, terreſtre ergo corpus eſſe debet, quod corpore & ſanguine Domini paſcitur: In hâc ſententiam Apoſtolus ad Romanos auctor eſt, corporis eſſe redemptionem, & ſecundum te, ad hunc pertinet cibus diuini corporis, ad quem ſpectat redemptionis beneficium. Cyprianus hoc in Cœna probat manifeſtiſſimè, his verbis. Et nos (inquit) quum caro eſſemus & ſanguis, „ corrupta & infirma corporis animæque natura, reformari non poteramus, neque ad Dei ſimilitudinem reuerti, „ niſi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in deſperatæ infirmitatis curatione, contraria „ remouerentur contrariis, & ſimilia ſimilibus conuenirent. Hinc docemur, carnis noſtræ corruptionem, atq; infirmitatem curari non poſſe, niſi contraria remoueantur contrariis, & ſimilia ſimilibus conueniant. Contrarium autem carnis corruptæ, eſt Chriſti caro incorruptibilis: at videamus qui in corruptionis malum inciderimus. Adamus fructum vetitum, non huius ſignum, ore & animo comedit, eſu cuius, gratia excidit immortalitatis, & quod voluntatis libertate ſibi malum aſciuerat, in ſuo ſemine naturale nobis ac neceſſarium factum eſt. Ergo in huius ſubſtantia neceſſario mortem oppetimus, ac ſeorſum ab eius carne, in nos morti nullæ ſunt vires: nã in Adami carne mors ineſt corporaliter. Vt autem hoc carnis vitium auferatur, contraria ſecundum Cyprianũ expelli natura neceſſe eſt: eoque modo expelli quo ſucceſſerit: vt natura vitæ, eum locum in nobis teneat, quẽ mors occupauerit. Videamus autem quæ ſit vitæ natura & vbi ſit. Ego ſum reſurrectio & vita (inquit Chriſtus.) „ vitam

Margin notes: *Matt.* 18 · *Ad Rom. cap.* 8 · *Cyprian.* · *Ioan.* 11.

vitam ſeorſum à carne non deſignans,ſed vt doceat , nõ ſecus vitam in carne ſua regnare , atque mors in Adami carne vigeat , ac inhæreat , dixit qui manducat carnem meam habet vitam:quo ſolo modo,re ipſa vitam habituri ſumus.Vt ergo contraria contrariis curentur, & ſimilia ſimilibus conueniant,ſicut manducatione interitum ſibi peperit Adamus,moremque in ſe habuit, ita cibo à nobis vitam repeti oportuit,vt noſtra in vitam manducatio,Adami voracitati reſpondeat: Et vti contra mandatum de fructu,in mortem manducauerat:Sic de fructu vitæ,in remedium infirmitatis noſtræ manducemus: Itẽ ſicut non animo ſolo,ſed & corpore, Adamus in totius hominis perniciem comedit,ita non animo ſolo , ſed & corpore,vitam comedat homo,vt qui totus manducatione periit,manducatione totus, vitæ reſtituatur . Et ſicut infidelitas & rebellio, ſine manducatione hominem nõ perdidit,ita nec ſola fides, ſine vitæ manducatione conſeruet.Et quemadmodum in Adami carne ineſt rebellio corporaliter,ita Adami iuſtitia ſit in corpore noſtro manducationis beneficio ac miniſterio:non imputatione,ſed re vera.Et quemadmodũ hac maledictione (terra es,& in terrã ibis)perieramus, benedictionẽ myſticã comedẽtes reſtituamur.*Ergo(inquiũt)ſi efficeris vna cũ Chriſto ſubſtãtia,fies Ieſus Chriſtus,et carnẽ affectã gloria conuerteris.* Ne te turbet hæc noſtra ſententia , apponam quid hac de re conſequutus ſim . Chriſti caro eſt incorruptibilis, inconuertibilis , & immutabilis ſicut huius diuinitas . Hæc ergo manducata in tuam ſubſtantiam corruptibilem non mutatur : ſed vere ſumpta hanc immutat, ac in ſe conuertit , non perſonali ac corporali tranſitione; vt quod eras ſecundum carnem, eſſe deſinas , vt Chriſti perſona efficiaris . Non enim (exempli cauſa) matris tuæ perſona efficeris , nec eius affectibus & dolore afficeris , quamuis eius ſis caro , carniſq; naturam eius ſis adeptus . Sed ſecundum Spiritus participationem (vt *Cyprianus.* ait Cyprianus) in Chriſtum tua ſit immutatio : huius enim virtute , carnis tuæ vitium morſque abſorbetur , natu-

naturamque diuinæ carnis adipiſceris, quæ te ad æternitatem nutrit ac fouet, ſicut vnuſquiſque carnẽ ſuam.

Chriſti tibi natiuitas exemplum quoque eſſe poteſt: Mariæ coagulum Spiritus interuentu non fuit exinanitum, ſed Spiritus participatione diuinum effectum eſt vt duplici natura eſſe inceperit diuina & humana: ſic inconuertibilis caro à nobis manducata, dans nobis Spiritus & naturæ ſuæ participationem, carnem noſtrã ad diuinam naturam trahit, & tranſmutat, atque (vt Petrus ait) diuinæ nos efficit conſortes naturæ. Diuinus noſter Dionyſius docuit de Euchariſtia diſſerens, nos genere ſecundum carnem ac ſubſtantiam nihil à Chriſto differre, carnis ſubſtantia, hunc in nobis eſſe totum: culpa tamen ac mortis natura, ab eo nos differre. Si ergo carnis immortalis manducatione, diuinæ carnis naturam adipiſcimur, vt idcirco culpa eraſa & ſublata ſit: atque in eius locum Chriſti iuſtitia vitæque natura ſit inſita: eueniet vt ſublata differentia, planè eiuſdem ſubſtantiæ efficiamur, vnumque cum illo eſſe, carne & Spiritu incipiamus, atq; in Deum, mortis adempta natura, tranſeamus: patibili tamen manente ſubſtantia, vti vitæ Deitatiſque præſentia, caro Chriſti in conceptione, à paſſionis natura minime exempta eſt: ſicque efficimur os ex eius oſſibus, caro ex eius carne, quod ſine diuinæ carnis manducatione contingere nobis non poſſe, antiquorum lectione edoctus ſum. *Dionyſ.*

Tui neceſſitatem mihi obiecerunt, quę & ſi à manducatione Chriſtianum arceat, non tamen eos à vita ac æternitate repellit ſed hoc à me reſponſum tulerunt, Si deſiderio id manducant, quod re ipſa comedi in miſſa tradit Eccleſia, eorum voluntatem ac deſiderium, vere manducationis locum obtinere: ſed vos qui carnem eſſe viuificam negatis, eamque vt nihil profuturam reſpuitis, qui ſolum Spiritum qui Chriſti carnem ſuſcitauit, fide ac deſiderio hauritis, nullo modo vitam manducãtes, nullo etiam modo in vobis vitam futuram, ac manſuram eſſe, confirmaui, propter expreſſum Domini verbum:

" bum: Niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & bi-
" beritis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.
" Differentia ergo eſt inter vos, qui à carnis & Spiritus manducatione abſtinetis, ſed fide Spiritum ſeorſum à carne amplectimini, & eos qui carnem cum Spiritu, vitam ſuam, quantum in ſe eſt, fide ac deſiderio corporaliter manducant.

Id ipſum Cyrillus libro 10. cap. 13. manifeſtiſſime atteſtatur, Arriani cuiuſdam cauillationem expugnans, diuidentis naturam Dei Patris & Filij ad ſimilitudinem vitis & agricolæ, vt diuerſi eſſent non minus quam Agricola & vitis: quaſi diuina ea verba, non ad humanam naturam, ſed diuinam tantum referrentur: quaſique per fidem & charitatem, non autem per naturalem carnis communionem Chriſto vniremur. Hæc ſunt eius verba.

Cyrillus. ba. Hæc (inquit) ille aſtute ſimul atque impie, aliaque
" eiuſmodi euomuit, nos autem Patrum & Eccleſiæ fidem
" ſequentes, loci huius ſenſum rimati ſumus. Et paulo in
" fra: age pauca de hoc dicamus, ac peruerſe ab eo ſacra-
" rum literarum ſenſum exponi oſtendamus: non tamen
" negamus recta nos fide, charitateque ſyncera, Chriſto
" ſpiritualiter coniungi, ſed nullam nobis coniunctionis
" rationem ſecundum carnem cum illo eſſe, id profecto
" pernegamus. Idque à diuinis ſcripturis omnino alienũ
" dicimus. Quis enim dubitauit Chriſtum etiam ſic vitem
" eſſe, nos vero palmites, qui vitam inde nobis acquiri-
" mus? Audi Paulum dicentem: Quia omnes vnum cor-
" pus ſumus in Chriſto, quia etſi multi ſumus, vnum ta-
" men in eo ſumus, omnes enim de pane vno participa-
" mus. An fortaſſis putat Arrianus, ignotam nobis my-
" ſticæ benedictionis virtutem eſſe, quæ cum in nobis
" fiat, nonne corporaliter quoque facit communicatione
" carnis Chriſti, Chriſtum in nobis habitare? Cur enim
" membra fidelium membra Chriſti ſunt? Neſcitis (in-
" quit) quia membra veſtra membra ſunt Chriſti? Mem-
" bra igitur Chriſti meretricis faciam membra? abſit.
" Saluator etiam: Qui manducat carnem meam (ait) &

bibit

bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo. Vn- „ de conſiderandum non habitudine ſolu m, quæ per cha- „ ritatem intelligitur, Chriſtum in nobis eſſe, verum- „ etiam & participatione naturali: Nam quemadmodum „ ſi quis igne liquefactam ceram, alii ceræ ſimiliter lique „ factæ ita miſcuerit, vt vnum quid ex vtriſque factum vi- „ deatur, ſic communicatione corporis & ſanguinis Chri „ ſti, ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo. Non poterat enim „ aliter corruptibilis hæc natura corporis, ad incorrupti- „ bilitatem & vitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei „ coniungeretur. Non credis mihi hæc dicenti, Chriſto, „ te obſecro, fidem præbe. Amen, amen (inquit) dico „ vobis, niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & bi „ beritis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. „ Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinē, „ habet vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in nouiſſi- „ mo die. Audis aperte clamantem, non habituros nos „ vitam, niſi ſanguinem eius biberimus, & carnem man- „ ducauerimus: in vobis autem ipſis dicit, id eſt, in cor- „ pore veſtro. Vita autem iure, ipſa vitæ caro intelligi „ poteſt, hæc enim nos in nouiſſimo die ſuſcitat: & quo- „ modo, dicere non grauabor, caro vitæ facta vnigeniti „ caro, ad virtutem vitæ traducta eſt. Non poteſt igitur „ morte ſuperari, propterea in nobis facta, interitum à „ nobis expellit. Non enim abeſt ab ea vnigenitus Dei „ Filius, vnde quia vnus eſt cum carne ſua: Ego (inquit) „ ſuſcitabo eum. Cur igitur ſecundum carnem palmites „ nos dici pernegat? An nō conuenienter dici poteſt, vi- „ ctam humanitatem eius eſſe, & nos palmites propter „ identitatem naturæ? Eiuſdem enim naturæ vitis & pal- „ mites ſunt, ita & ſpiritualiter & corporaliter nos pal- „ mites, & Chriſtus vitis eſt. Ex his probatur nos non „ tantum per fidem & charitatem Chriſto coniungi, ſed „ corporaliter per corporis, & ſanguinis in Sacramento communionem: quo quidem non ſolum Spiritu, ſed corporaliter in nobis, hoc eſt in carne noſtra habitat: vt hac etiam ratione cum illo in vnum corpus coaleſca-

mus

mus, & carnis reſurrectione mereamur, ideoque communicatio illa nobis neceſſaria videatur.

Ab hac fide reuocabantur hoc cap.6. loco. Spiritus eſt " qui viuificat, caro non poteſt quicquam: Hinc exiſti- " mabant Chriſti carnem, ad noſtram viuificationem nō prodeſſe, ſed Spiritum Sanctum quē in Baptiſmo ſumpſimus, citra carnis manducationem. Vt ex his nos retibus expediremus quæſiui, quæ caro non prodeſſet, quive Spiritus viuificaret? non enim dixit Dominus, caro mea non prodeſt quicquam, ſed caro: neque dixit Spiritus paracletus viuificat ſed Spiritus. Quæſiui ergo num putarent Chriſtum ante ſuum Baptiſmum viuificationis facultate fuiſſe præditum: an vero crederent eam facultatem illi obtigiſſe, datamq; eſſe à Spiritus perſona, quem vidit Ioannes quaſi columbam deſcendentem? Scriptum eſt: Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic & dedit Filio habere vitam in ſemetipſo: " An eum putarent poſt Baptiſmum, an ante ab æterno " vitam habuiſſe in ſemetipſo? Non dubium ſane eſt ab æterno habuiſſe, idemque eſſe, genuiſſe Filium ab æterno, vitamque ei dediſſe. Quum ita habeat, certum eſt verbum Dei Patris coeternum, homouſionq;, Spiritum eſſe viuificatorem: atque eam plenitudinem diuinitatis, quæ in eius carne corporaliter inhabitat (quæ non paſſa eſt ſanctum videre corruptionē) carnis fuiſſe viuificatricem: Inſuper quum Spiritus vitæ, carnē mortuam viuificauerit, certum eſt vnitate indiuidua eum cum carne cohæſiſſe, ac vnitum eſſe, vt qui carnem manducauerit hunc vna cum carne, & in carne manducarit. Hoc cognito videamus de carne quæ non prodeſt ad viuificationem, an ea ſit quæ vita ac Deitate plena eſt: an vero tua ſit, & communis. Verba ſequentia de hoc nos " docere poſſunt. Verba quæ ego locutus ſum vita ſunt, " Spiritus ſunt. Quæ vero verba ſunt quæ loquutus erat? num hæc eſſe tibi videntur: caro mea vere eſt cibus, ſan" guis meus vere eſt potus, qui manducat meam carnem " & bibit meum ſanguinem habet vitam, & ego ſuſcita-

bo

bo eum in nouiſſimo die? Caro ergo & ſanguis verba ſunt quæ loquutus fuerat: & verba illa Spiritus & vita ſunt. Ergo Chriſti caro Spiritus & vita ad viuificationem prodeſt quod ſi non habet à carnis ſubſtantia, habet à Spiritu vitæ, qui in carne eſt corporaliter, quem ſeorſum à carne homo mortalis manducare non poteſt. Caro ergo, noſtra vita eſt, nam & verbum (cuius ſubſtantia Deus eſt) caro factum eſt. In hanc me adduxit Tertullianus ſententiam libro de Trinitate. Certe mihi *Tertull.* ex animo dolet, huc me, qui ab ineunte adoleſcentia militiæ operam dare non intermiſerim, redactum fuiſſe, vt de re tam ſancta, atq; ardua, tecum mihi ſit conferenda manus: ſed coactus tuorum improbitate huc deſcendi: Hi enim ſuis traditionibus & affectatis concionibus (vt bilem mihi mouerent) ſanctam Chriſti carnem proterere, ac contaminare non deſiſtebant, quanuis eos ſæpe deprecarer, atque oſtenderem poſt Apoſtolorum memoriam extitiſſe neminem tam nullius iudicii, vt auſus ſit carni Die Chriſti hanc iniuriam infligere, vt ad viuificandum nihil prodeſſe tradiderit, niſi quatenus fides noſtra in eam recubuerit. Cyrillus hunc Ioannis locũ *Cyrillus.* explanans, dicit, carnem hoc loco Spiritum à Domino vocatam eſſe cap.24.lib.4. & cap.23. Nam quoniam „ (inquit) cum viuificante verbo, caro coniuncta eſt, tota eſt effecta viuifica. Paulo poſt: quanuis ergo natura „ carnis, vt caro eſt, viuificare nequeat, facit tamen hoc, „ quia totam verbi operationem ſuſcepit. Corpus enim „ eſt non cuiuſuis hominis, cuius caro prodeſſe quicquam „ non poteſt: non enim Pauli, aut Petri, aut cæterorũ, „ ſed ipſius vitæ & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti corpus, „ in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere „ hoc poteſt. Quas ob res caro quidem cæterorum omnium quicquam vere non prodeſt: Caro autem Chriſti, „ quia in ipſa vnigenitus Dei filius habitat, ſola viuificare poteſt. Spiritum vero ſeipſum appellat, quoniam „ Deus Spiritus eſt. Nec iſta diximus, quia Spiritum Sanctum in propria perſona ſubſiſtere non putemus, ſed „

" quia ſicut factus homo filium ſe hominis appellat, ſic ſe " à proprio Spiritu Spiritũ nominat. Nõ eſt .n. alienus ab " eo Spiritus ſuus. Ita hunc Pauli locum explanans: Si " Spiritus Dei habitat in vobis, corpus quidem mortuum " propter peccatum, Spiritus vero viuit propter iuſtitiã. " Ecce (inquit) rurſus cum Spiritum Dei habitare in no- " bis dixerit, ipſum Chriſtum in nobis eſſe affirmauit. " Non enim ſeparatur à Filio Spiritus eius cuius ſubſtan- " tialis eſt, quamuis propria hypoſtaſi ſubſiſtere vere cre " datur. Idcirco indifferenter modo ſe ipſum, modo Spi " ritum nominat. Alio loco: audiant hæc qui ex arrogan " tia nondum Chriſti fidem ſuſcipere volunt, niſi mandu " caueritis (inquit) carnem Filii hominis, & biberitis " eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Non .n. " poſſunt ſanctificatione beatæ vitæ fieri participes, qui " per myſticam benedictionem (hoc eſt Sacramentum) " Ieſum non ſuſceperunt: vita enim ſecundum naturam " ille eſt, qui ex viuo Patre genitus eſt, ſed non minus " corpus quoque viuificat. Coniunctum enim ineffabili- " ter eſt Filio Dei, à quo vniuerſa viuificatur. Idcirco " corpus ſuum dicitur, & vnus cum eo eſt, hoc eſt, in vni- " tate perſonæ, quoniã igitur Saluatoris caro verbo Dei, " quod naturaliter vita eſt, coniuncta, viuifica effecta eſt: " quando eam comedimus, tunc vitam habebimus in no- " bis illi coniuncti, quæ vita effecta eſt.

Paulus neceſſariam diuinæ carnis manducationem viſus eſt tradere, vt priſtinum vitæ ſtatum eo recupere-

1.Cor.15 mus modo, quo amiſimus: Quoniam (inquit) per unũ " hominem mors, & per hominem Ieſum reſurrectio " mortuorum, & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita in " Chriſto omnes viuificabuntur: & alibi. Sicut per vnius " delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & " per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationẽ " vitæ: ſicut enim per inobedientiam vnius hominis pec " catores conſtituti ſunt multi, ſic per vnius obedientiã " iuſti conſtituuntur multi.

Vide an Pauli ſententia ac ſimilitudine, tuam doctri-

nam

nam tueri poſſis: carne morimur propter pomi corporalem manducationem, Spiritu tibi in Chriſto viuificamur ſine manducatione. vitam amiſimus quod re ipſa caro ſumus ex Adami carne: tuo iudicio vitæ reſtituimur in carne Chriſti, non quòd vere ſimus eius caro, ſed voluntate. Delictum Adami in carne noſtra ineſt corporaliter, ideoque in maledictum incidimus: Chriſti obedientia, imaginatione tibi tenus, ac deſiderio noſtra eſt. Mirum mihi fuit hæc cogitanti, quomodo hanc vocem (ſicut) è libro tuo non deleueris, fruſtra tibi locum occupat: Nam ſi tibi adhæreamus, hac in Pauli ſimilitudine, nihil video diſſimilius: contra uero, ſi Eccleſiæ manducationem, ac inueteratam religionē admiſerimus, nihil omnino eſt ſimilius: manducatione enim diuinæ ſubſtantiæ in hanc ipſam conuertimur: ſumuſque vna cum Chriſto ſubſtantia, os ex eius oſſibus: vt non magis peccatum ac rebellio in nobis eſſe potuerit corporaliter, quàm iuſtitia ac obedientia iuſti ſit in noſtra carne corporaliter. Dionyſius Areopagita ad hanc præcipue religionis ſententiam, Paulique ſimilitudinis intelligentiam me adduxit. Nos (inquit) per negligentiam noſtram, atque deſidiam, diuinis deſtituti muneribus, paratis atque in id inſtitutis bonis, in antiquum ſtatum dignitatemque reuocat: perfectaque noſtrorum aſſumptione, exactiſſimam propriorũ munerum participationem, tradit: & tandem nobis Dei, diuinorumque communionem largitur. Huc affer, quod ex Cypriano paulò ſuperius diximus, & conſidera nos omnes, corpore ac anima viciatos, non potuiſſe primitiuæ integritati reſtitui, & vt ait Cyprianus, ad ſimilitudinem Dei reuerti, niſi vt Dei Filius, humanitate noſtra aſſumpta, eaque à ſe purgata, per hoc Sacramentum eam nobis reſtitueret, eo addito, quod è ſuo inſeruiſſet: Paulo poſt adiungit Dionyſius: Deſcribit in his ſerme ſenſibiliter, in conſpectum dans Chriſtum Ieſum, noſtram ſpiritualem (vt in imaginibus) vitam, ex diuinitatis occulto (perfecta, & inconfuſa noſtræ

De Sacramento Euchariſtia.

" mortalitatis aſſumptione) clementiſſime proprietatem
" ex nobis accepiſſe, atque ad diuiſibile noſtrum, ſine im-
" mutatione ſui, ex vnitate naturali proceſſiſſe, perque
" hanc beneficam clementiam ad participationem ſui,
" ſuorumque bonorum inuitare genus humanum, ſi ta-
" men ipſius ſacratiſſimæ inſeramur vitæ, ipſam quantũ
fas eſt imitando, ſicque veraciter conſortes Dei diui-
norumque participes fieri. Ex his locis certo conſtitui
poteſt ac decerni, Cœnam à Chriſto ideo fuiſſe inſti-
tutam, vt nos in ſuam carnem & os mutaret: illumque
ideo noſtram aſſumpſiſſe, vt viciſſim eandem quæ abun
det vita, reſtituat, & noſtro mortali corpori admiſceat,
vt ad immortalitatem reſtituat, & reſtitutam tueatur.
Leo. 1. Pap. Leo primus Papa in ſermone decimo quarto: Non
aliud (inquit) agit participatio corporis ſanguinis Chri
" ſti, quàm vt in id quod ſumimus transeamus, & in quo
" mortui & ſepulti & conreſuſcitati ſumus, ipſum per om
" nia, & Spiritu & carne geſtemus, dicente Apoſtolo:
" mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cũ Chri
" ſto in Deo: cum enim Chriſtus apparuerit vita noſtra,
" tunc & vos cum Chriſto apparebitis in gloria. Natura-
lem carnis noſtræ, cum Chriſti carne, Sacramenti mi-
Hylarius niſterio communionem, tam aperte docet Hylarius lib.
8. de Trinitate, vt mirari ſatis non poſſim, quomodo
ad tropicam illam manducationem animum tuum pro-
" clinaueris. Hæc (inquit) vitæ noſtræ cauſa eſt, quòd
" in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum
" habeamus, victuris nobis per eum ea conditione, qua
" viuit ille per Patrem: ſi ergo nos naturaliter ſecundum
" carnem per eum viuimus, id eſt, naturam ſuæ carnis
" adepti, quomodo non naturaliter ſecundum Spiritum
" in ſe Patrem habeat, quum viuat ipſe per Patrem? Vide
tam conſtanti religione eo tempore creditũ fuiſſe Chri
ſtum, in nobis, noſque in eo eſſe naturaliter, vt à no-
ſtra vnitate, Chriſti cum Patre vnitatem, aduerſus Ar-
" rium comprobaret: Addit Hylarius. Hæc autem idcir-
" co à nobis commemorata ſunt, quia voluntatis tantum

per

per Patrem & filium, vnitatem hæretici mentientes, „ vnitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo, tanquam „ nobis ad Filium & per Filium ad Patrem obſequio tantum & voluntate religionis vnitas, nulla per Sacramentum carnis & ſanguinis, naturalis communis proprietas indulgeretur, quum & per honorem nobis datum Dei filii, & per manentem in nobis carnaliter Filium & in eo nobis carnaliter & inſeparabiliter vnitis, myſterium veræ ac naturalis vnitatis ſit prædicandum. „

Quum per Adam mors in hominem totum peruaſerit, per Chriſtum in totum hominem vitam peruenire. Cap. 37.

TErtullianus Pauli locum a nobis productum declarans, exemplum (inquit) non componitur ex diuerſitate, ſed ex parilitate: homines carne viuificantur in Chriſto, ſicut in Adam carne moriuntur. Conſideremus quomodo carne in Adam moriamur, vt hoc exemplo diſcamus, quomodo in Chriſto Domino noſtro, carne viuificemur. Non te puto in hac eſſe ſententia, vt ſtatuas in Adam mortem obire nos, quòd credamus ex eo noſtram conſtare ſubſtantiam: ſed potius quod re vera hac ſubſiſtamus, effecti os, ex eius oſſibus, & caro ex eius carne, ſic vt ſimilitudini relinquatur locus: in Chriſto non viuificabimur, niſi re vera, & non credendo, eius ſubſtantiæ noſtra admiſceatur, vt fiamus os ex eius oſſibus & caro ex carne: ſed quoniam fieri non poteſt, vt per humanam generationem id obtineamus, modum conſilio Patris & ſuæ ſapientiæ conuenientem adinuenit, ut ait Cyrillus, quo nos ſibi per myſticam communionem benedicens, & ſecum, & inter nos vnum corpus nos efficeret.

De Trinitate.

Quum morti naturali viuificatio opponatur, falſo hanc animæ attribui. *Cap.* 38.

QVum tu ſpiritualem viuificationem neges corpori, hanc propter cibum vitæ, animæ tribuens, maximo ſtudio ſcripturas perſcrutatus, num forte eiuſmodi locutio ſeſe mihi offerret, qua tuam ſententiam comprobarem, nihil profeci: ſed quoties in viuificationis ſermonem incidi, reperi naturali morti opponi viuificationem, eamque ſeorſum à corpore, animæ nunquam adſcribi, vt loco à nobis citato: ſicut
" in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes vi-
" uificabuntur. Corpora in Adam mortua, in Chriſto viuificari, hic teſtatur Apoſtolus: vt alio loco. Spiri-
Rom. 8. tus qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuifica-
" bit mortalia veſtra corpora: Item corpus quod ſemi-
1. *Cor.* 15. nas, non viuificabitur, niſi prius mortuum fuerit. Irenæus hunc locum explanans, Si mors mortificauit (in-
" quit) vita adueniens viuificat hominem. Legi & rele-
" gi, nullum ſcripturæ, locum reperi quo hanc tuam viuificationis doctrinam approbare potuerim: vt animæ ſeorſum à corpore, in ſpem vitæ æternæ nutriantur.
1. *Cap.* 5 Paulus ad Theſſalonicenſes in hoc eſt tibi contrarius:
" Deus pacis (inquit) ſanctificet vos perfectos, vt inte-
" ger veſter Spiritus & anima, & corpus ſine querela ſer-
" uentur in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Reprehenditur caluinus docens ſigni vitæ communionem, non ipſam uitam, corpori reſurrectionem daturam. *Cap.* 39.

COrporalis Chriſti manducatio corporis, etiam ab huius proprietate, & virtute approbari poteſt: huic enim non ſolum ad uitam, ſed corporis reſurrectionem facultas inſita eſt. veruntamen animæ tuæ viuificationem aſtruendo illa tua ſpirituali manducatio-

ducatione,carnis reſurrectionem deſtruis, atq; dum anima tibi curæ eſt,plaſma Domini negligenti, vim reſurrectionis afficis iniuria,vt Valentini dogma confirmes. Vt tamē eam ſuſpicionem effugias, in ſpem reſurrectionis,inani quadam manducationis imagine,paſcis tuorū corpora.Vbi enim Euchariſtiam omni diuinitate exueris,atque animam tuam Chriſti ſubſtantia ſpirituali irradiatione & traductione depaueris: ne valentino ſubſcribere videaris,corpori ſpem excitas, ſigni tui manducatione,his verbis. *Verum eſt, & eo quidem vſque vt corporū etiam reſurrectio illic nobis quaſi dato pignore confirmetur, quum & ipſa,vitæ ſigno communicent.* Sed quo cum corpus tuum communicet de ſigni tui manducatione tacuiſti: ſi velis cum Chriſto eam tibi eſſe ſigni communicationem,ridiculum dixiſſe putaberis:ſi cum anima tua, & tibi es cōtrarius,& doctrinæ tuæ oblitus,doces enim ſignum, corporis eſſe cibum non animæ: Si hæc tua communicatio communicantes tecum reſpiciat, per iocum docere videberis,ei actioni vim ineſſe reſurrectionis mortuorū.

Si ſignum vitam corpori daturum eſſet, non debuiſſe dici Spiritus viuificans,vel qui viuificat,ſed ſignum viuificans.
Cap. 40.

NE nimis vrgeam,aliud agamus: ſi tu in hoc ſpem ſalutis carnis tuæ conſtituas, quòd panem comederis ſignum vitę,cur in deſerto mortui ſunt Hebræi,quos Dominus manna tot annos depauit? Patres ueſtri(inquit)manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: Item, non Moſes dedit uobis panem de cœlo. Hic eſt panis de cœlo deſcendens,ut qui hunc manducauerit,uiuat in æternum. His uerbis præceptor noſter à tua Philoſophia nos abducit,oſtendens ſigno nullam in eſſe uitæ facultatem,ſed hanc in eſu panis de cœlo deſcē dentis collocatam eſſe.Scriptum eſt:Spiritus eſt qui uiuificat,caro non prodeſt quicquam. Si caro ſine Spiritu ad uiuificationem non prodeſt,quomodo ſigno, Spiritu

Ioan.6 (margin beside "deris ſignum vitę")
Ioan.6 (margin beside "dentis collocatam")

& diuinitate prorſus uacuo, audes tuos in ſpem reſurrectionis erigere & confirmare? Nō dubitas carnem Chriſti à uerbis Dei uiuificationis facultatem accepiſſe: Quo modo ergo panis, niſi Spiritu Sancto impleatur, & fiat caro Domini, hanc quam prædicas, & obtendis uim, &
Ioan.6 naturam aſſequetur? Qui manducat carnem meam & bi-
" bit meum ſanguinem, habet uitam æternam, & ego ſu-
" ſcitabo eum in nouiſſimo die. Vides reſurrectionem ei promitti, qui carnem, non qui ſignum comederit.

Spiritum ſanctum pignus eſſe immortalitatis, non fruſtulum panis. Cap. 41.

NOn minus aliena eſſe a ueritate oppignoratio tua mihi uiſa eſt: non legi ante te, quenquam tradidiſse purā panis ſubſtantiam pignus eſse reſurrectionis, aut æternæ uitæ, Apoſtolus Spiritui Sācto hoc
Cap.1. muneris attribuit epiſtola ad Eph. Signati (inquit) Spiri-
" tu promiſſionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis: Item
" ad Corinth.2.cap.1. Qui autem confirmat nos, & dedit
" pignus Spiritus, in cordibus noſtris. Nuſquam ſcriptum inuenies (niſi apud te) uitam pane redimi, aut hunc tam precioſæ rei pignus eſse panem.

Qui à neceſſitate manducationis excuſentur. Cap. 42.

QVi nos errare crediderit affirmantes neceſſariā eſſe diuinæ carnis manducationem, vt vitā æternam habeamus, intelligat me non negare, deſiderium ac fidem, locum māducationis (ſi neceſſarium impedimentum intercedat) ſupplere poſſe: Sed qui tunc a Caluino me nōn diſſidere exiſtimauerit dicēte, manducare ſe ſpiritualiter, is certè nec me, nec Caluinum intelligit: Caluinus enim nec opinione, nec fide, nec deſiderio, carnem ore manducandam eſſe ad ſalutē docet, ſed in manducationis locum, fidem, ſubſtituit: vt fides in Chriſtum mortuū, ac à mortuis ſuſcitatum, credenti

denti conferat, quod manducatione carnis viuificantis acquiri docet Eccleſia: Hæc ergo inter nos differentia intercedit, quòd ille ore non manducari oportere arbitretur, ſed fructum fidei eſſe manducationem: ego autẽ qui non comederit, vitam minimè habiturum intelligã: Si tamen per fidelem non ſteterit, quominus ipſe manducet, iſque re verò non manducans, deſiderio tamen in Eccleſiæ fide comedat, viuificanti carni fidem non derogãs hunc perinde facere non inficior, ac ſi manducaret, vti de pœnitentibus traditum eſt, qui ante tempus exomologeſi ab Eccleſia conſtitutum, naturæ conceſſerunt: quibus voluntas pro facto imputatur. Si ergo Caluinus ſubſtantiæ diuinæ manducationem corpoream admitteret: iſque voto manducari ſatis eſſe doceret, quum per neceſſitatis impedimentum ab actu manducationis prohibetur, me hac in re diuerſum non haberet: ſed quandiu in hac erit ſententia, vt Sacramenti ſubſtantiam, ſignũ eſſe diuinæ carnis exiſtimet, carniſque eſum corporeum, nullius vſus eſſe doceat, fide manducare quum ſe dixerit ludere mihi videbitur: Non enim poteſt fide manducare, quod manducatum nullo modo prodeſſe crediderit: quinimo ſi quis ſuorum fide deſiderioque ore Chriſtum manducaret, illum non alio haberet loco, quàm nos habet, qui re vera ad ſalutem manducari oportere ſtatuamus. Hæc ergo inter nos exurgit differentia, quòd iudicet eum verè carnem manducare, qui fide Chriſtum pro peccatis noſtris mortuum, & à mortuis excitatum amplectitur: nos autem non ſolum id neceſſariò fieri ad ſalutem oportere confiteamur, ſed ad eam fidẽ ita carnis accedere manducationem debere contendimus, vti ad fidem Baptiſmum adiungit Eccleſia. Peccant igitur largiter qui confictam & imaginariam Caluini manducationem, Patrum ſpirituali manducationi reſpondere dixerint: nam qui verè manna manducabant, ac Euchariſtiam noſtram, quam abumbrauit manna, deſiderio pari manducabant, ſoli mortem euaſerunt, nec id propter mãna manducatum conſequuti ſunt, nam qui ſolam vmbrã mandu-

Inſtitot. de Cœn. 13.

mãducarunt, Domino iudice mortui ſunt: ſed nos ab Euchariſtia ipſa vitam habemus, ac immortales ſumus. Ergo Patrum manducatio cum fide Caluiniana, aut fides eius cum Patrum manducatione, æquari non poteſt: nã

Cypria in cœna. " manna ad ſalutem nihil profuit: Euchariſtia vero vitæ " æternæ effectum habet. Præterea hoc addi poteſt differentiæ, quòd Euchariſtiam nullo modo mãducat, qui in panis creatura gratias actas fuiſſe negat: ſed panem purum edit, & Patres Spiritum Sanctum quem ad manducationem ſuam ſpiritualem Caluinus requirit, non acceperant.

Cæterùm ſi hic locus, qui me mandu cat, ita intelligi debet, vt quum quis manducet credat, & manducare ſit credere: gratum facit Caluinus edacibus ac bibacibus, quò enim quis bibacior, hoc modo eſſe debet fidelior. Aliud velim edoceri, ſi manducant qui fructum fidei cõſequuntur, quomodo pœnitentibus eſu Sacramenti interdixit antiquitas, quos tamen ab effectu fructuq́; fidei non repellebat. Sancta ſanctis clamabat Diaconus, vt ſe pœnitentes poſt Euangelij lectionem à Sanctorum communione abigerent: Cur autem illis ad communionem non patebat aditus? Bona conſcientia effectuque fidei erant præditi, erantque cum fidelibus Spiritu coniuncti: ab Euchariſtiæ tamen, id eſt, Chriſti corporis communione pellebantur. Si fides, manducationis vicem ſupplere poſſit, aut præſtare, cur iubebat Paulus, vt qui ad communionem eſumque Chriſti corporis accederẽt, ſe probarent, quum non niſi fidelibus Chriſtianis menſa proſtaret, quos ad menſam fides attrahebat? Si fidei effectus, vitæ ſit manducatio, infidelitatis effectus, mãducatio iuſticii eſſe etiam debebit: quamobrem improbi & infideles Baptiſati, citra Sacramenti manducationem, iudiciũ ſuum manducant & bibunt, cur ergo de his ſolis à Paulo dictum eſt, qui indignè cibum benedictionis manducant, iudicium ſibi manducare ac bibere? Hoc mihi mirum eſt. Tuo iudicio cathecumeni fideles, tibi Chriſti carnem, abſque Sacramenti manducatione comedunt,

eiſque

eiſque Sacramentum nihil confert: Corinthii verò Baptiſati, infideles, quia fructu fidei carebant Chriſtum nõ manducabant: ſed indignè Sacramentum edentes, Paulo iudicium ſuum manducabant & bibebant. Hoc ergo indignis præſtat panis ad mortem, quod ad vitam bonis non præſtat, vnde tanta varietas? Duas eſſe res diſtinctas & differentes, quibus vitæ manducatio perficiatur, docet Chriſtus fidem & manducationem, eas ſeparatim nobis deſcribens: quæ res à tua ſententia me deducit: Præterea tu docens manducationem effectum opuſq; eſſe fidei, efficis vt iudicem, te tibi non ſatis conſtitiſſe: nam manducatio motus opuſque eſt manducantis: & qui manducationem facit manducat: fides ergo manducat, non anima, contra tuam traditionem.

Chriſtum non eo modo Baptiſmo exhiberi, quo in Cœna exhibeatur. *Cap.* 43.

NOn minus falli mihi viſus es, *Tradens re vera tibi Chriſtum exhiberi, tum Euangelio, tum Baptiſmo: eum tamen à te non recipi totum, ſed ex parte tantum.*

Quum ſtatuas ſola fidei ratione de Chriſti carne te communicare, mirari deſii te credidiſſe, vos Baptiſmo de Chriſti corpore communicare, fieri os ex eius oſſibus, carnem ex eius carne: vti in Cœna id nos obtinere docet Eccleſia: eadem enim fide vtrumque Sacramentũ ſuſcipitur: Quia verò iſta opinio è tuo ſenſu videtur effluxiſſe, à nobis reiecta eſt, donec eam ſcripturæ teſtimonio approbaueris: Interim aduerſam hanc ſententiam tuis obduximus: Baptiſmo nihil nobis dari corporeum, ſed ſolam Sancti Spiritus gratiam, in Cœna autem, corpus Domini & omnia quæ ad corpus attineant exhiberi: ad cuius rei ſuſceptionem Baptiſmo ac Euangelii prędicatione præparamur: faceret enim noſtra indignitas, vt caro quæ vita eſt in nobis non maneret manducata: quamuis ſine fide & ab impuris manducari poſſit, Quamobrem fieri poſſe negaui vt corpus Chriſti Baptiſmo

verè

verè manducetis.

Baptiſmo nos complantari ſimilitudini mortis ac reſurrectionis Domini, vt amplius non ſeruiamus peccato: In Cœna autem effici corpus ipſum. *Cap.* 44.

HAnc noſtram ſententiam tua protriuit auctoritas, tuis clientibus de ea mecum acriter dimicantibus, compluresque Apoſtoli locos à te explicatos, contra me promouentibus, quibus hanc noſtræ fidei confeſſionem deiicci poſſe arbitrarentur, in primis hoc epiſtolæ ad Romanos telum emiſerunt. An ignoratis fratres, quia quicunque Baptiſati ſimus in Chriſto Ieſu, in mortem eius Baptiſati ſumus: conſepulti enim ſumus per Baptiſmum in mortem: ut quomodo ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita in nouitate vitæ ambulemus: ſi enim complantati ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul reſurrectionis erimus: hoc ſciētes, quia vetus noſter homo crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Huc complures huius generis locos, ſummo ſtudio vndique conquiſitos deuoluebant, quibus minori negotio nos opprimerent: vt epiſt. ad Galatas: Quicunque in Chriſto Baptiſati eſtis, Chriſtum induiſtis. Item ad Coloſſenſes: Conſepulti in Baptiſmo, in quo & ſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit eum à mortuis. *Quid (inquiunt) pluribus opus eſt? fide conſepulti ſumus, conſurreximus cum Chriſto, in eum inſiti ſumus, in eo viuimus, iſq; in nobis viuit: nam vita noſtra in eo eſt abſcondita. Quid, inquiunt, amplius à Cœna deſiderari poſſe putas? niſi vt ſubleuandæ infirmitatis noſtræ gratia, hæc nobis ſit earum rerum, quas in Baptiſmo adepti fuerimus confirmatio, teſtimonium ac ſigillum, quo omnem mortis metum propellamus? tamq; certò ſtatuamus, verè inſitos eſſe nos in diuinum corpus, eoque ali animas noſtras ſpiritualiter, quàm ſit perſpicuum, corpora nutriri panis materialis alimento.* His laqueis omnes ferè meos commilitones, ac mercede conductos ceperunt, atque animis à nobis auerterunt. Huic autem

cum

cum non deeſſem negotio, ac ſigillatim appellarem, in quibus ſpei quicquam adhuc reliquum eſſe cognoſcebā, & oſtenderem ex veterum ſententia, quàm ſis ab Apoſtoli ſententia alienus, hos ſanaui, ac in officio continui. Primum adhortatus ſum clientes tuos, vt ſeſe diligentes verborum ſcrutatores adhiberent, ne ſemper decipiantur ac decipiant, ſententiam Pauli apertam ac planam eſſe his, qui bona fide ad eā animum applicent: Si enim (inquit) complantati ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc non ſignificat nos de Chriſti corpore communicare, vt fiamus os ex eius oſſibus, caro ex eius carne, vt ſimus omnes in vnum conſummati, ſicuti is & Pater vnum ſunt, vt vbi erit ille, & nos ſimus, vt hæreditatem æternā habeamus: ſed oſtēditur, nos peccato per lauacrum mortuos, complantatos eſſe ſimilitudini mortis eius, vt amplius peccato non ſeruiamus. At in Cœna, ſimilitudinis nulla fit à Paulo mētio: Quoniam (inquit) vnus panis vnum corpus multi ſumus, oēs quidam de vno pane, & de vno calice participamus: magna inter hos effectus, intercedit differentia: hic ſimus vnum ipſum corpus Domini, re vera corpus manducantes. In Baptiſmo autem ſumus facti ſimilitudini mortis complantati, & per Baptiſmum lauamur in mortem: in Cœna verò corpus vitæ manducamus, nec ſolū in vitam manducamus, ſed vitam. Item conſepelimur Spiritu & habitudine cum Chriſto per Baptiſmum in mortem, vt in nouitate vitæ ambulemus, vt peccato mortui vltrà non ſeruiamus peccato. Per Cœnam autem nō ſolum Spiritu ac animo vnum cum Chriſto ſumus, ſed naturaliter ac corporaliter, id eſt corpore, non tamē modo corporali, corporis ſacrificati ſumus participes, vt naturam carnis eius adepti, Spiritu & corpore in eo viuamus, in eo maneamus, & is in nobis maneat, atque æternitatis ſemen caro noſtra ſubſtantialiter contineat: denique hoc amplius in Cœna quàm Baptiſmo aſſequimur quòd præter eam Spiritus gratiam, quam Babtiſmo conſequimur, carnis diuinæ manducatio hoc nobis tribuat,

vt re

vt re vera & naturaliter & corporaliter, in corpus, à quo gratię nobis affluunt, uniamur ac conuertamur, vt nō ſolum à peccato mundati, vltrà non ſeruiamus peccato, atque idonei eſficiamur ad ſeruiendum Deo viuenti, ſed cohæredes, & concorporales, comparticipes ſimus æternæ promiſſionis, in Chriſto Ieſu. Hanc ob cauſam ab antiquis accepimus, Eccleſiæ morem aliquādo fuiſſe, vt è veſtigio à lauacro ad Cœnam tincti perducerentur, vt credentes per benedictionis myſticæ ac Euchariſtiæ manducationem, cum Chriſto naturaliter carne & Spiritu vnirentur, ſicut ſolo Spiritu in Baptiſmo vniti fuerant: Hoc non magis obuenire nobis poſſe (vti exiſtimas) ſola fide credidi, quàm fide ſola, Baptiſmi ſpiritualis gratiam conſequi poſſis: ſed id fieri lauacri corporalis opera, ad fidem accedente. Dionyſius cauſis à nobis demonſtratis, benedictionis Sacramentum, Baptiſmi conſumatiuum appellauit: quod in eo, de carne ac Spiritu cum Chriſto naturaliter ac corporaliter participemus ſpiritualis carnis māducatione.

De cæleſti Hierarchia.

Ex Baptiſmo Criſti noſtrum Baptiſmum metiri oportere. Cap. 45.

HVc acceſſit hæc quoque ratio, quæ me à tua doctrina depulerit, quòd Baptiſmus Ieſu Chriſti documento nobis eſſe videatur, quid è noſtro, ſpe amplecti debeamus. Si à Spiritu Sancto, qui quaſi columba in Dominum deſcendit, de corpore ſuo cum Eccleſia Dominus communicauit, carnemque ſuā manducauit, non reſiſtam tibi affirmanti, corporis Chriſti communionem, ita lauacro fieri, ac in Cœna fieri iudicemus ſed ſi ad carnis cum ſuis diſcipulis communicationem, lauacrum Domino nihil contulerit: ſed ad Spiritus gratiam ſolam reſpexerit, cur expectabimus vt aliam, diuerſamque nobis nauet operam, quàm Chriſto præſtiterit? Itaque credo, ſpirituali ex Baptiſmo communione, interiorem hominem elui, Spirituque Chri-

Chriſtum indui, exteriorem verò aqua mundari, vt homo à peccato mundetur totus: non autem re vera, ac naturaliter hunc fieri corpus Domini, os ex eius oſſibus, corporis eius manducatione, ſed ad hanc rem præparari, vti lauacro Apoſtolos ad corporis diuini manducationem à Domino præparatos fuiſſe ſcriptum eſt. In Cœna autem reali, externa, internaque diuinæ carnis manducatione, nos lauacro ac pœnitentia præparatos, in eum tranſire, coaleſcere, vitamque comprehendere: ſi modo Spiritum quem Baptiſmo ſuſcepermus, conſeruemus, nobiſque conſcientiæ non deſit integritas: facit enim noſtra impuritas, vt à Chriſto ſeparemur, ac vt vita à nobis re vera manducata, in vitam æternam non maneat.

Cœnam Baptiſmi confirmationem non eſſe. *Cap. 46.*

HAnc Cœnæ vtilitatẽ, tuis clientibus de tuo confirmationis commento impugnantibus, reſpondi: præcipitati iudicii te non poſſe reprehenſionem vitare, qui cogitatione Baptiſmum tam imperfectum nobis excuderis; vt is non ſolum egeat confirmatione, ſed infinitis confirmationibus, ſigillis ac ratificationibus: Hoc eſſe argumento, nullum vobis ad Baptiſmi, Cœnarumq; veſtrarum perfectionem, exitum patere: quum nullum confirmationibus, aut ſigillis finem præſcribatis. In rebus humanis hanc ſeruari legem, vt actus qui eget confirmatione, infirmus habeatur, & à confiimatione eius pendens valetudo, vna conſumatur confirmatione, non eo numero quem in veſtri Baptiſmi confirmationem inſumitis.

Cur repetitis actionibus Sacramentum corporis à nobis iteretur. *Cap.* *46.*

NOs repetitis actionibus Miſſam, ſumma animorum deuotione celebramus: quidẽ confirmationis gratia, ſed quia preces ac gratiarũ actiones,

grata

Aduerſus Trypho. grata eſſe Deo ſacrificia cognoſcimus, eaque ſola conficienda (vt ait Iuſtinus Martyr) in aridi humidique noſtri cibi commemoratione mandauit Deus Dei Filius, huic rei per legatum eius operam damus, Paſſionis quã pro nobis perpeſſus eſt Dominus, memoriam recolentem: & quoniam gratiarum actioni nullum finem ſtatui debere cognitum ſit, huius beneficij memoriam nos perpetuo tenere atteſtamur: vt Deum, omnipotentis & clementiſſimi honore afficiamus, vt ſalutem illi noſtram prorſus acceptam referamus, vt redemptoris noſtri meritum contiuenti recordatione celebremus, vt vanitatem, ineptitudinem, perditionemque noſtram vltro illi confiteamur, noſtra omnia illi deuoueamus, demum de oblatione ſacrificii noſtri ſalutaris, (quo apud Patrem gratius eſſe nihil cognouimus) gratias agentes proteſtamur, omni adempta noſtri fiducia, in redemptoris noſtri (qui offertur) merito, ſpem omnem ac ſalutis noſtræ certitudine à nobis conſtitui. Præterea preces fundimus in eo viro, qui vt dona & ſacrificia pro nobis offerat, vocatus eſt, ne repellat ſupplices Deus, ad diuinæ maieſtatis ſuæ pedes prouolutos, ſed vt noſtrum ſit oblationis meritum. Inſuper quia nulla propter infirmitatem noſtram, à nobis peccandi fiat intermiſſio, & per peccata ex diuini corporis compagine reuellimur, & amputamur, vt nec fructum ferre poſſimus, nec vitæ beneficio potiri, quum tacti pœnitudine, odioque peccati perculſi, à peccato reſipiſcimus, ad diuinæ carnis medicinam profugimus, ut illius manducatione caro noſtra, naturæ vitæ reſtituatur, reſtituta confirmetur, atque in Chriſti corpore coaleſcat. *Ad Hebre. 5.*

Doctrinam viuificantis ſpiritus, carni viuificationis facultatem non eripere.

Cap. 48.

AD euertendam noſtram de corporea communio nione religionem, tui induxerunt aliquot Pauli ſententias, à te præpoſtera interpretatione contortas

tortas, quarum hæc eſt potiſſima: Spiritus qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit mortalia veſtra corpora, propter Spiritum inhabitantem in vobis.

Non dixit (inquiunt) propter carnem ſed Spiritum.

Hoc illis fuit argumento, manducatione carnis, ad vitam nihil proficí: ſed Spiritu, quo Chriſtum induti, per Baptiſmum renouamur. Quaſi his verbis Apoſtolus carnis miniſterium abnegauerit: atque affirmatiua propoſitione, negationem neceſſariam ingeſſerit, negaueritque carnem Chriſti ad vitam valere. Miror vnde tanta vobis cum carne Dei Chriſti inimicitia interceſſerit, vt illi tam contumaciter vitæ facultatem eripiatis: Non inuitus ſane conſentio, carnem quæ Spiritu vitæ vacauerit, ad vitam minime prodeſſe, ſed Spiritum eſſe qui viuificet: Hunc autem eſſe intelligo, non perſonam ſolam quæ Baptiſmo in Chriſtum deſcenderit, vt non ante Baptiſmum ille eſſet vitæ facultate præditus: in ipſo enim vita erat, etiam ante omnia tempora: ſed affirmo eam diuinitatis plenitudinem, quæ in Chriſto corporaliter inhabitat, verbum quod caro factum eſt, Spiritum eſſe eum, qui Ieſum ſuſcitauit à mortuis: qui mortuum Chriſtum nec in ſepulchro quidem deſeruit: qui indiuidua & in comprehenſibili vnitate carni vnitus eſt, ex quo ſimul & carne, vitæ in Chriſto conſiſtit eſſentia. Hanc autem viuam carnis eſſentiam, nec infuſione, nec influxione ſuſcipere poſſumus, vt hæc in anima ſola, per fidem inhabitans, à morte corpus noſtrum excitet. Nolo tamen putes me hæc dicentem, negare Spiritum paracletum eſſe viuificatorem, atque ſeorſum à carne ad reſurrectionem infundi poſſe, ſcio enim cum verbo, hunc vnum eſſe ſubſtantia, ſed perſona differre, alioqui Chriſtus in Chriſtum dum à Ioanne lauatur deſcendiſſet. Quum ergo Paulus docet nos à mortuis excitatum iri, propter Spiritum, qui Chriſtum à mortuis excitauit inhabitantem in nobis, in animum meum non induco, eum voluiſſe Chriſtum ſoluere, vt docere voluerit, ſeorſum à carne verbum Dei, in

K nobis

nobis ad viuificationis facultatem inhabitare, ſed de toto Chriſto, quem Spiritum vocauerit, propter Spiritus participationem intellexiſſe: Legimus enim in ſcripturis, Chriſtum non ſolum ſpiritualem vocari, id eſt, carne & Spiritu conſtantem, ſed etiam Spiritum. Cyrillus locum hunc Ioannis explanans, verba quæ locutus ſum Spiritus & vita ſunt, hoc aperte nos docet: Hæc

Cyrillus. Cyrilli ſunt verba. Totum corpus ſuum, viuifica Spiritus virtute plenum eſſe oſtendit: Spiritum enim hic ipſam carnem nuncupauit: non quia naturam carnis amiſerit, & in Spiritum mutata ſit, ſed quia cum ſumme eo coniuncta, totam viuificandi vim hauſit, nec turbari propter hoc decet: nam qui Domino conglutinatur, vnus cum eo Spiritus eſt: quomodo caro ſua vna cum eo appellabitur. Huiuſmodi ergo eſt quod dicitur, putatis (inquit) me dixiſſe viuificum natura ſui terreſtre hoc corpus eſſe. Ego verò de Spiritu & de vita æterna locutus ſum: non enim natura carnis viuificum reddit Spiritum, ſed Spiritus virtus, viuificam carnem efficit: verba ergo quæ locutus ſum, Spiritus, id eſt, ſpiritualia ſunt, & de Spiritu & vita, id eſt de viuifica & naturali vita ſunt. Sed quod modo diximus, id iterum repetere non erit inutile. Natura carnis ipſa per ſe viuificare non poteſt, nec ſola in Chriſto eſſe intelligitur, ſed habet Filium Dei in ſe iunctum, qui conſubſtancialiter vita eſt. Quando ergo Chriſtus carnem viuificam ipſam appellat, non ita illi, vt ſibi, ſiue proprio Spiritui vim viuificandi attribuit: Nam propter ſe ipſum Spiritus viuificat, ad cuius virtutem, per coniunctionem caro conſcendit. Quomodo autem id fiat, nec mente intelligere, nec lingua dicere poſſumus, ſed ſilentio atque firma fide ſuſcepimus: Spiritum autem Filium quoque à ſcripturis nominari manifeſtum eſt. ſcribit enim Ioannes de Chriſto: Hic eſt qui venit per aquam & Spiritum Ieſus Chriſtus, non in aqua ſolum, ſed in aqua & Spiritu: Spiritus enim eſt, qui teſtimoniũ perhibet, quia Spiritus eſt veritas. Ecce Spiritus veritas nuncupatur,

cupatur, quum Chriſtus aperte dicat, ego ſum veritas. ,,
Paulus, quoque inquit, vos non eſtis in carne, ſed in Spi ,,
ritu Dei, ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis: ſi quis ,,
autem Spiritum Dei non habet, hic non eſt eius: ſi vero ,,
Chriſtus in vobis, corpus quidem mortuum eſt propter ,,
peccatum, Spiritus autem uita propter iuſtitiam: Ecce ,,
rurſus cum Spiritum Dei habitare in nobis dixerit, ip- ,,
ſum Chriſtum in nobis eſſe affirmauit: non enim ſepa- ,,
ratur à Filio Dei, Spiritus eius, cuius ſubſtantialis eſt: ,,
quamuis propria hypoſtaſi ſubſiſtere credatur: idcirco ,,
indifferenter modo ſe ipſum corpus, modo Spiritum ,,
nominat, hactenus Cyrillus. ,,

Nos eſſe complantatos ſimilitudini mortis Domini, non inſitos in mortis ſimilitudinem. *Cap.* 49.

VT Cyrilli noſtramque religionem tui clientes refellerent, me ad Pauli doctrinam de noſtra in Chriſto inſitione, per Baptiſmum in mortem reduxerunt: & vulgarem verſionem improbantes, de tua confligebant: *Inſiti (inquis) ſumus in Chriſto in ſimilitudinem mortis, conſepulti & cum ipſo in ſimilitudinem reſurgimus, vt vitæ ſuccum ab eo trahamus, & ex noſtra natura in eius naturam emigremus.* Hac re, nihil nobis potius à Cœna præſtari poſſe contendebant: Sed ex tua in mortis ſimilitudinem inſitione, oſtendi falſum eſſe, vos è veſtra natura in Chriſti naturam emigrare, niſi alia tibi ſit opinio, ac ex verbis tuis colligi liceat: Et docui te, verba Apoſtoli corrupiſſe, eumque, inſitionis in ſimilitudinem, nullam mentionem feciſſe, ſed pro eo, ac dicere voluerit, nos complantatos ſimilitudini mortis factos eſſe: auſus es dicere inſitos corpori, in mortis ſimilitudinem, contra Pauli ſententiam, contraque tuam emigrationem. Nam ſi inſiti ſumus Chriſto in mortis ſimilitudinem, videris tradere, ſic te corpori diuino inſitum eſſe, vti mors illi fuerat inſita, ex ea autem ſimilitudine, omnem mihi confictæ emigrationis tuæ opi-

Commẽtario in Paul. ad Ro.

nionem eriperes: vitam enim inſitam carni eius docet ſcriptura, non mortem, uti loco ſuo oſtendemus: Adiungis explanationis gratia. *Inſitionem non tantùm deſignare conformitatem, ſed arcanam connexionem, vt Chriſtus Spiritu ſuo carnem tuam vegetet: ſuamq́; virtutem in te transfundat.* Vide qui fieri id poſſit. Si illi inſitus eſſes in mortis ſimilitudinem, vel vt nonnullis placuit, per ſimilitudinem, hoc ſane ſimilitudinis rationem excederet. Chryſoſtomus cui non inuitus in propria lingua concedere debeas, hanc dictionem *σύμφυτοι*, qua vtitur Apoſtolus, non enunciauit, aut interpretatus eſt ab inſitionis ſignificatione, ſed complantatos eſſe nos ſimilitudini oſtendit, datiuumq; caſum intelligit: quaſi Apoſtolus dixerit, ſimilitudinem mortis Chriſti, ſubiectum eſſe, cui ſumus complantati, vt fructum feramus. Hæc ſunt verba Chryſoſtomi: Plantæ nomine, & fructum ex ea naſcentem clam nobis indicat Apoſtolus. Nam quemadmodum Domini corpus ſepultum in terra, fructum ſalutem vniuerſi orbis tulit, ita & corpus noſtrum in Baptiſmo ſepultum, iuſticiam profert, & bona infinita. Non eſt ergo quod te vexes tam diligenti naturæ inſitionis examine, quo te fatigaſti docendo.

Chryſ. ad Ro. c. 6.

Hanc inſitionis vocem eſſe teſtimonio, à vobis nihil requiri, quod ſtudio veſtraque induſtria præſtandum ſit: ſed inſitionem manu Dei *factam prædicari, neque ab hac conſideratione, fideq́; vos arceri, quod inter arborum, veſtramq́; inſitionem hæc occurrat diuerſitas, quòd ſurculus alimentum ducat à radice, fructus autem ſurculi propriam naturam retineat.* In *hac autem*, *non ſolum vigorem, & ſuccum vitæ à Chriſto trahimus, ſed in eius naturam è noſtra emigramus.*

Non verum eſſe, nihil à nobis requiri vt Chriſto inſeramur. Cap. 50.

HVc concurrunt multa quæ me ab hac tua contemplatione ſummoueant, ſed quia inſitionem quæ non ſit, ſuppoſueris, de ea confutanda non magnopere

gnopere laborandum eſſe mihi duxi. Dicam ſolum mihi mirum videri, quod doceas. *Te inſeri corpus Domini, ſed à te requiri nihil, quod ſtudio aut induſtria tua præſtari debeat.* Paulus iubet vt ſe fidelis quiſque probet, antequam Domini menſam adeat: ſtudium ergo adhibendum eſſe præcipit. Si putas te per Sacramentum Chriſti corporis inſeri, perinde ac Baptiſmi Sacramento inſereris, fides exigitur, fidem enim à te exigit Baptiſmus, quæ fides, tuum ſtudium poſtulat. Cæterum non intelligo quum prædicas inſitionem fieri manu Domini, ſine tuo ſtudio: quomodo manum eius admoueri tibi ſuſpiceris: ſic vt à te nihil præſtetur, idque contra inſitionis naturam ſine motu contingat, ex eo tamen ſuccum trahas, ceu ſurculus è ſtipite, in quo ſit inſitus. Hæc doctrina me diuerſum trahit, nec me ſinit explicare: A ſurculi (qui corpore conſiſtit) comparatione, ſuſpicor te docere corporis tui inſitionem fieri, non animæ: corpuſque tuum, ſuccum è Chriſti corpore trahere in Baptiſmo: nam ſurculi corporei, ad animam inepta eſſet ratio: attamen vbi ſit à te manducationis mentio, doces. *Animam tuam ſolam manducare ſpiritualiter, ac nutriri in ſpem vitæ æternæ:* Neſcio quæ huius poſſit eſſe tibi diſcriminis ratio, vt anima fide tantum manducando & ſpiritualiter in Cœna nutriatur, in Baptiſmo autem corpus nulla fide, nulloque adhibito ſtudio inſitum nō manducando ſuccum trahat è diuino corpore, ceu ſurculus è ſtipite? an id eo ſit, quòd inſitio manu Domini perficiatur, manducatio autem fide accidat, abſque manus admotione?

An fides efficiat vt Chriſti caro ſit viuifica. Cap. 51.

HOc etiam à tua ſententia me remoratur ac hæſitare facit: quod adiungis. *Carnem Domini ita demum eſſe viuificam, ſi in ea fides tua recubuerit.* Hac in re oſtendere mihi viſus es, ad nutriendum, carni Domini fide vim praberi. Nam niſi eius carni,

 tua

tua fides adſuerit, tuo iudicio non erit viuifica: Rurſus quum dicis, *Poſt inſitionem non ſolum te ſuccum ab oliua trahere, ſed ex tua natura in eius naturam demigrare* Si nulla tibi inter hanc inſitionem & Cœnæ manducationem interceſſerit differentia, animaque tua ſola, in Cœna nutriatur, hanc in Chriſti carnis naturam, ſolam demigrare docebimur, atque corpus noſtrũ à vite reuulſum, alimentoque deſtitutum, areſcere neceſſario: vt in ignẽ, ſecundum verbum Domini mittatur: Ex his rebus coniecturam cœpi, te non ex animo hanc inſitionis prædicationem feciſſe, quanuis tanta elegantium verborum congerie, hanc adornaueris. Quod ſi dixeris inter eam quæ in Cœna, & Baptiſmo fit communionem, hoc intereſſe, quòd in Cœna animæ paſcantur, in Baptiſmo corpora inſerantur, derogas cathechiſmi tui doctrinę, vbi doces.

Eam eſſe in Baptiſmo corporis Chriſti communionem, quæ in Cœna fit: hoc excepto quòd in Baptiſmo in parte fiat, in Cœna, pleniſſime.

Sed dicendum eſſe potius, in Cœna in parte eam fieri: in Baptiſmo pleniſſime.

Si naturæ carnis noſtræ in Chriſti naturam tranſitione, nequitia extinguatur, fieri non poſſe, quin libertatis deprauatio extincta ſit. Cap. 52.

IN tua Doctrina offendi hoc quoque nomine, quòd intellexerim opinionem eſſe tibi, *Vbi noua creatura efficeris, vitium naturæ carnis tuæ, & nequitiam extingui ac melioris vitæ nouitatem tibi ſuſcitari:* Ad hanc ſententiam adhæſi, velut inſperato ac improuiſo oppreſſus caſu. Qui ex Eccleſiæ ſcriptoribus, naturam noſtram in Chriſto renouari ac reformari enuntiauerunt, hac ex re, in ſpem emolumenti noui, nos quoque erexerunt: fidem fecerunt, voluntatis libertati nos reſtitui, cuius libertatis in Adami peccato iacturam fecimus: Tu uero ſempiternas ac implacabiles inimicitias eis indixiſti geriſq;

Dionyſius de Eccle-

qui in eam ſententiam deſcenderit. Legi quibus verborum contumelijs Piggium exceperis, eumque qui prædeſtinationis tuæ neceſſitate expulſus à te eſt: Eo in opere patefacis, quàm fœlici, locupleti, ac artificioſo te ad conuicia ac maledicta ingenio natura effinxerit: te tamen vrgere non deſinem, cauſamque exquirere, ſi in Chriſto, naturæ tuæ nequitia ac prauitas extincta & profligata ſit, cur nō deſinis tam iniquus eſſe ac prauus, vt ſeditionibus ac factionibus rempublicam agitare nō etiam deſinas: an te dicemus natum ad ſummam extremamque generis humani perniciem, vt propter prædeſtinationis neceſſitatem, ad ſanitatem redire nequeas, ſed tibi bene agendi libertatem à naturæ tuæ prauitate ac nequitia ereptam eſſe? Mirum eſt, ſi in Chriſto demutatus ſis, ſi eius naturam indueris, ex eo viuas ac ſubſiſtas, quonam malo non ſis tuæ libertati reſtitutus, vt poſſis reſipiſcere, ac bene agere: mirum eſt quomodo carnis tuæ naturæque vitium ac libertatis deprauatio, cum naturæ tuæ nequitia protrita ac peſſundata nō fuerit. Alte ſane effodit animum meum hæc cogitatio, ſed ingenii acie eò penetrare non potui, vt comprehenderem cur libertatis ſeruitutem, peccandique neceſſitatem, à naturæ tuæ nequitia diſcludas, vt in naturæ nequitia profligata, hæc libertatis deprauatio non contineatur. *ſiaſt Hierarch. de Eucha.*

Carnem Chriſti natura ac decreti neceſsitate mortalem non fuiſſe, quæ peccato contaminata non fuerit. Cap. 53.

QVum affirmarem, à carne Domini ſecundum Irenæi ſententiam, nobis cauſam, ſemenq; æternæ gloriæ promitti, non ſolum quòd in Chriſtum incarnatum crederemus, ſed quòd eius carne nutriti fuerimus corporaliter, viſus ſum blaſphemias locutus eſſe. *Quomodo (inquiunt) te in hoc blaſphemiæ volutas cœnò, ut terreſtri elemento, ac materiæ creatæ, vim vitæ attribuas? non (inquiunt) carnis ſubſtantiæ, ſed ei cuius caro templum*

plum eſt, uitam ac gloriam acceptam referamur. Produxerunt tuos in Ioannem commentarios: ubi auctor es. *Hoc minime in Chriſti carnem competere vt viuificet, quæ per ſe non eſt immortalis: Non obſtare tamen quamuis hæc virtus aliunde proueniat, quin apte competat in eam hic titulus, quòd caro eius veluti canalis vitam, quæ in Deo Patre reſidet: ad nos diffundat: atq; hoc ſenſu dicatur viuifica, quòd vitam, quam aliunde mutuatur, nobis communicet: Communicare vero intelligis, non motu aut corporea manducatione, aut ſubſtantiarum mixtura, ſed quod fide carnem morti datam amplexeris: ac in ea fides veſtra recumbat, hancq; eſſe manducationem veſtram: cuius os ac ventriculum fidem eſſe doceas:* His dictis fidem meam de tua impietate exauges, ac efficis, vt credam, non alia tibi diuinitate Chriſti carnem eſſe prædicam, quàm qua tuam Euchariſtiam metiris, vt vſu ac diſtinctione, non diuinitatis infuſione diuina ſit: eaque ratione viuificationis titulum ei competere, quaſi titulo tenus Chriſti caro ſit viuifica. Vt ſingula quæque membratim tuæ doctrinæ excuteremus: primum conſiderauimus an diuina Chriſti caro fuerit mortalis. Ego adductus Euangelii

1. Corin. 5. auctoritate profeſſus ſum Chriſtum Dei Filium immortalem fuiſſe, in huius religionis probationem, tuis hoc obieci teſtimonium: Sicut per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors in hunc mundum intrauit &c. Hinc pronuntiaui, carnem humanam morti non ante obnoxiam fuiſse, quàm admiſsum fuerit peccatū, ſed gratia immortalem extitiſse: Quum ergo homo, ſuo peccato immortalitatis gratia exciderit, Chriſtus qui peccatū non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius, qui de Spiritu Sancto conceptus eſt, ex virgine peccati contagione non polluta, quam natura vitam habuit, hác dici nō debet eſse aliunde mutuatus. Hoc probat Ioannes, ſi hunc de hoc docentem audiamus: In verbo inquit vita erat, & verbum caro factum eſt, id miraculi, cum virgo concepit, certum eſt eueniſse. Verbum enim ſucceſſit loco ſeminis viri, vt virginis coagulū in Chriſtum formaretur: ita tamen, vt vtraque ſubſtantia inte-

gra remanſerit, vt quod ex Spiritu eſt, ſit Spiritus, quod ex carne, caro. Quum ita habeat, neceſse eſt & carne immortalem fuiſse: alioqui vnde putas mortis neceſſitatem in verbum incarnatum, à peccato integrum irrepſiſſe, vt aliunde vitam mutuari debuerit? ſi dixiſſes Chriſtum hominem immortalem quidem genere fuiſſe, quia peccatum non fecit, verbumque caro factum eſt, ſed carnem eius viuificationis virtute præditam non fuiſſe, niſi verbum caro fieret, ferri potuiſſes: ſcio enim carnem à ſe non viuificare, ſed propter viuificantem Spiritum id poſſe, quamuis ſubſtantia ac genere immortalis fuerit, propter verbi vnionem, & ob peccati (vt ita loquar) carentiam: ſed vtrumque negas, & immortalem genere ac à ſe fuiſſe viuificationis facultate præditam. Tui hoc me telo pupugerunt. *Si caro eſt viuifica, mori non potuit: At Chriſtus ſub Pontio mortuus eſt, ergo mortalis.* Scio mortuum fuiſſe, ſed nego neceſſitate naturæ id accidiſſe: non mori enim poterat ſi voluiſſet quemadmodum & Adamus non mori poterat, ſi voluiſſet non abuti libertatis arbitrio: ſic quamuis Chriſtus mortalis non erat vi decreti, ac mortis ſententiæ in Adamum latæ, potuit tamen vt homo mori aſſumptis ſibi noſtris infirmitatibus, ac peccatis, vt quod ſibi mortis malum peccato plaſma pepererat, propriæ vitæ damno, plaſmatis opifex detergeret, ac præſtaret: ſed vt Deus non ſolum mortem non guſtauit, ſed à ſe corpus Sanctum ac diuinitate plenum viuificauit.

Ab adami creationis exemplo Chriſti natiuitatem à mortis neceſſitate immunem fuiſſe. Cap. 54.

VT carnis Chriſti immortalitatem clarius oſtenderemus, quum Paulus dicat Adamum exẽplar Ieſu Chriſti fuiſſe, ab Adami generatione, caſuque, hanc approbaui: Adamus abſque viri ſemine, manu Domini formatus eſt, ex terra virgine, integra & incorrupta, nõdum enim pluerat Dominus ſuper terram, nec eam errat operatus homo. Nullam ergo vitii neceſſita- *Gene.2.*

tem

" tem contraxit à Parentibus, vnde in mortis malum inci
" deret: ſed nec adhuc mors erat. quum inſufflauit in Adami
" faciem ſpiraculum vitæ, & factus eſt in animam viuẽtem: vitalis ergo effectus eſt gratia, ac homo quia gratia viuebat antequam vlla mors eſſet, vitam à Deo habẽs, poterat non mori ad imaginem Dei creatus, præditusq; voluntatis arbitrio, ne qui ad Imperium factus erat, ſeruili neceſſitate contra voluntatem obſtringeretur. Ne tamen naturæ ſuæ elatus præſtantia, exemplo diaboli, in Dei contemptum illaberetur, ſed vt haberet in quo virium ſuarum faceret periculum, arborem illi Deus oſtẽdit, à qua abſtinendum eſſet, mortis in eum lata ſententia, ſi dicto audiens non fuiſſet. Si ergo in eo, quod ſibi à Domino præſcriptum fuerat, manſiſſet, nec à Domini mandato declinaſſet, liber à mortis periculo, vitam in æternum producere poterat: ſed neglecto Domini mandato, in mortis neceſſitatem incurrit, quæ poſteritati mortis natura effecta eſt, vt quod patri propria voluntate acciderat, filiis fieret naturale ac neceſſarium. Habemus imaginis creationem, ſupereſt vt expreſſam imagine veritatem, cum ea cõferamus. Chriſtus Dominus noſter, verbum Dei abſque virili ſemine ex Maria, id eſt, terra virgine non ſolùm verbo, ſed verbum caro factum eſt: vt nullum à parentibus peccatum attraxerit, vnde in neceſſarium mortis iniret interitum; Quum igitur exẽplar Ieſu Chriſti, immortalitatis beneficio fuiſſe prædictum docuerimus, vt ſi non peccaſſet, in ſuam poſteritatẽ eam traiicere potuiſſet, æquum eſt, vt quem imago futurum enunciauerat, vitalem quoque eum fuiſſe aſſeramus vt ſi non abuſus ſit libertate, non mori potuerit.

Chriſtum non mortuum fuiſſe, quòd natura neceſſitate mortalis fuerit, ſed quòd mori voluerit. Cap. 55.

QVidam tuorum in auctoritate tua nixus obiecit. *Me grauiter peccare in ea ſimilitudine, quæ eſt ad Mariam Virginem, cum terra, è qua ſumptus eſt Adamus,* quòd

quòd Maria ex voluntate virique concubitu concepta, ab originis peccato non fuerit integra, terra vero ex origine non corrupta extiterit: Adiecit ſibi videri opus omnino fuiſſe vt ita eueneRIT, *ſi ſordes noſtras, ac peccati naturam à Chriſto elutam eſſe ſtatuamus: non enim potuiſſe ſordes noſtras, in ſua ſubſtantia detergere, ſi ab eius ac à natura noſtra, peccati liber, ac immunis fuiſſet: Quamobrem ſententiam noſtram, nulla ratione ſubſiſtere, quum profiteamur Chriſtum, ſubſtantiam noſtram apprehendiſſe, quod dici noſtra non debeat ſi noſtra non ſit, id eſt, à peccati natura immunis: hanc ergo quum à peccati natura vindicamus, oſtendimus noſtram non fuiſſe. Addebat ſe tamen fateri, quamuis natura peccati affectus fuiſſet Chriſtus: nullum unquam in ſe peccatum admiſiſſe, ſed diuinitates uiribus adiutum, naturam ſuperaſſe, neq; ſuā ſententiam huc ſpectare, ut Chriſtum peccati reum faciat, ſed carnis ſolius naturam accuſare, quam moriens integritati primitiuæ reſtituit, ut in eum credentes, puritatis a ſe partæ, faciat participes, Hanc religionem non eſſe nouam, fuiſſe aliquando in Sorboniana ſchola diſputatam paßimq; per Italiam a fratribus Dominicanis defendi.* Hac ſpecie nonnullos in tuam ſententiam conuertit, vt putauerint carnem Chriſti, immortalem non fuiſſe, aut eſſe viuificam: Ego porrò ad huius dicti confutationem, eâ ipſa quam obiecerat, vſus ſum ſententia. Si (inquā) mortalis à natura fuerit Chriſtus, & mortis neceſſitate decubuit, is non à ſe ipſo animam ſuā poſuit: non pro nobis, ſed pro ſe mortuus eſt: non potuit enim vna morte, ſuæ naturæ eluendæ, ac noſtris ſordibus ſatisfacere: Ioānes Baptiſta id etiam præſtare potuiſſet. *At (inquit) dici non debet carnem noſtram induiſſe, ſi peccati natura immunem induerit:* Hæc obiectio ex malè perſpecta ratione, profecta eſſe mihi viſa eſt: potuit enim & noſtrā induiſſe, & non peccatricem tamen: noſtra enim eſſe potuit ſubſtantia, non culpa, aut peccati natura: nam noſtrā induens ſuam illam fecit, ſuamque faciens non peccatricem. Is enim (vt inquit Apoſtolus) euacuauit peccatum „ in carne, & alibi & ſimilitudine peccati eum fuiſſe præ- „ *Rom.* 8 dicat, cōfirmans eam fuiſſe in Chriſto naturam ſine pec „ cato, cuius natura eſt in homine peccatrix & mortalis:

Quantum

Quantum ad Mariæ integritatem attinet error ille Hæreticus, iam tam multos annos ab Eccleſia damnatus eſt, vt mihi mirum ſit, vos audere nunc, obductam tanto tempore cicatricem refricare, niſi ſit vobis animus, omnes quæ poſt Chriſtum fuerint hæreſes, in vnum manipulũ colligendi, vt huius auctores effecti, nomen præ cæteris omnibus inſigne vobis faciatis. Non magni miraculi fuit res, Virginem à Filio Dei in matrem electam, à cõmuni conceptionum lege exemiſſe, eamque in vtero prę ſeruaſſe, vt ipſa dignum Deo fieret habitaculum: Nulla ſanè dicendi copia mihi perſuadebitur, vt credam terrã, è qua plaſmatus eſt Adamus, quæ matris Adami iuſti figura fuit, ei fuiſſe puritate diſſimilem, quam figuraret.

Chriſtum peccata noſtra ad crucem tuliſſe, non quòd is natura eſſet pollutus ſed eo modo quo Hiercus. Pontificis imprecatione pollutus, peccata populi deferret in ſolitudinem. Cap. 56.

HAec dicens à nonnullis aliis exceptus ſum, qui iiſdem de rebus, diuerſis tamen armis inſtructi, in contentionem me reuocarunt: *Quum (inquiunt) arbitraris peccatum (dum carnem induit Chriſtus) euacuatum fuiſſe, qui fieri poteſt vt peccatum euacuatum cruci ſuffixerit? quod non eſt tolli non poteſt.* Hoc telũ ſchuto hoſtiæ pro peccato declinaui, docui hoſtiam in ſacrificium offerri non debuiſſe, quæ non fuiſſet diligentiſſima Pontificis inſpectione immaculata, integraque cognita, ac probata: quare legitimè confecta, atque deinde oblata ſine maculis hoſtia, lege præſcribi, vt Pontificis imprecatione, ipſa peccatis populi inquinaretur, ac in peccatorum expiationem mactaretur: demum extra caſtra igni conſumẽda exportaretur: Ea figura Chriſtum pro peccatis noſtris ſacrificãdum propoſitum fuiſſe. Proinde vt hæc impleretur figura, neceſſario, abſque vlla qualicunque peccati macula, Deo Patri ſe Dominum pro nobis obtuliſſe: alioqui non legitimum ſacrificium futurum. Quum ergo ſcriptura hunc peccatis noſtris obnoxiũ fuiſſe prædicat,

Leuit. 16

dicat, vt Pſalmo 29. Circunderunt me mala quorum nõ „
eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, a- „
liiſque pluribus locis, planum fieri, non à carnis ſubſtan
tia ac natura, ſed eo modo ab iniquitatibus noſtris fuiſ-
ſe comprehenſum, quo Hoſtia immaculata, peccatis a-
lienis, poſt oblationem, Pontificis imprecatione ac exe
cratione obſtricta erat. Hoc & manifeſtius in Hirco e-
miſſario perſpici: non enim fuiſſe inane ſpectaculum, di
ſtinendi aut decipiendi populi cauſa, celebratum. Poſt- „
quam (inquit ſcriptura) Pontifex emundauerit ſanctua- „
rium, & tabernaculum, tunc offerat Hircum viuentem; *Leuit.16*
& poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur om „
nes iniquitates Filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta ac „
peccata eorum, quę imprecans capiti eius, emittet illum „
per hominem paratum in deſertum, quumque portaue „
rit Hircus omnes iniquitates &c. Planum eſt, Hircum
affectum execratione, à populo conuulſum, ac in perdi-
tionem emiſſum, ſignificaſſe Ieſum Dominum, flagris, *Tertu.ad*
colaphis, omniique ignominiæ genere affectum, Sacer- *uerſus Iu*
dotum ac magiſtratus ſententia damnatum, populi ferẽ *deos.*
tem iniquitates, extra caſtra, id eſt, extra portam ac Ec-
cleſiam immitti oportuiſſe: Igitur quum ad emiſſionem
ac ignominiam ſimilitudo conueniat, neceſſe eſt eã quo
que in oblationis, execrationis, ac peccati ratione con-
uenire, vt antè emiſſus extra portam nõ fuerit Chriſtus,
quàm ſeſe immaculatum poſt tabernaculi ſanctificatio-
nem obtulerit: peccataq; noſtra ac populi, ſua ipſius im-
precatione ſuſceperit. Hoc enim Hircus non immũdus
(vngulam enim findit ac ruminat) ſignificabat: Et quum
Pontifex precibus ſuis populum ſanctificaturus, in Hir-
ci viuentis caput, populi deuoluebat iniquitates, indi-
cabat, quod ſe feciſſe Dominus oſtendit dicens. Et pro
eis ſanctifico me ipſum: non enim ſuo nomine egẽ-
bat ſanctificatione. ſed eorum quorum laturus erat ini
quitates. Præterea Hircus coccino circundatus ex-
tra caſtra vi emiſſus, oſtendebat Chriſtum indutum
purpura, extra caſtra ad ſupplicium raptum iri: Illis in

rebus, quum tanta conformatio intercedat, vt ea ſolennitas, compoſitio paſſionis, non eius figura videatur, errare docui qui credant, Chriſtum naturam carnis peccatricis, carni ſuæ inhærentem cruci ſuffixiſse, ſed ſibi aſſumptam eo modo, quo Hircus emiſsarius à Pontifice peccatis affectus erat, in id oblatus: Qua in re probari etiam Chriſtum, ſe pro nobis obtuliſse, antequam fieret holocauſtum, aut à noſtris iniquitatibus comprehenſus eſset, ne tum ſe obtuliſse videatur, quum peccatis ac ſordibus eſset inquinatus: Hæc videbantur ſufficere ad euertendam tuam de Chriſti mortalitate opinionem, atque eorum furorem compeſcendum, qui putent Chriſtum, non potuiſse peccata noſtra expiare, ſi caro eius peccato fuiſset immunis: ſed tanto noſtræ religionis odio tenebãtur, vt ne oblationem ſui corporis in Cœna Domini num feciſse cõfiterentur (quum tamen inficiari vererentur eum in crucem peccata noſtra tuliſse) naturã carnis eius accuſare potius quàm nobis aſsentiri voluerũt.

Carmem Chriſti eſſe vitæ facultate præditam & viuificam. Cap. 57.

HIs rebus expeditis ſuperfuere, qui hoc Ioãnis loco, Sicut Pater habet vitã in ſemetipſo, ſic & dedit Filio habere vitam in ſemetipſo, defenderẽt: *Filium uitam non à ſe, ſed dono, eam habere: quumq; dono habeat, dici oportere, eam eſſentiam quæ corpori uitam dederit, eſſe uiuificam, non eam materiam, quæ uiuificata ſit:* Hanc obiectionem hac conſideratione explicandam eſſe duxi, primũ vt quærerem, quæ ſit differentia inter corpus Chriſti, & Filium Dei: vt intelligamus, an in corpore Filius Dei contineatur: an verò Filium Dei eſſe ſolum verbum ſimplex conſiderarent, antequam incarnatum fuerit: vt ſeorſum à carne verbum ſit viuificum, atque vitam habeat in ſemetipſo ſicut Pater: an verò compoſitum carnis & Spiritus, Filium Dei Chriſtum Ieſum eſſe patiantur, vitamque habere, ſicut habet Pater: Si hoc faterentur, negari

gari non poſſe, carnem ea pollere viuificationis virtute, qua polleat ac prædita ſit diuinitas, quanuis in ſe & non à ſemeipſa carne polleat, ſed in carnem transfuſa ſit vita, quum verbum caro factum eſt. Qui hoc inficientur, Chriſtum ſoluere. Hoc cognito, conſiderandum eſſe, quid docuerit Ioannes pronuntians, Patrem dediſſe Filio habere vitam in ſemetipſo, ſicut habet Pater: an ante incarnationem, an in ipſa incarnatione id euenerit, vt tunc quum incarnatus eſt, cœperit habere vitam in ſe metipſo, an antè habuerit? Si antea habuerit, an intelligerent, ei vitam obueniſſe per accidens, vt humano mo ne genitus fuiſſet, antequam dono vitam haberet: an dediſſe vitam & ab æterno genitum fuiſſe, vnam eandemque rem eſſe, vt natura non dono vitam habuerit? Si natura vitam habeat Filius ſicut Pater: aut ipſe Pater: non habet à ſe vitam, aut Filius hanc à ſe etiam ſicut Pater habere dicendus eſt. Quod ſi à ſe vitam habeat, & Filii appellatione caro contineatur, errare qui à Spiritu carnem diſtinguant, vt ſeorſum à carne, filium Dei viuificationis honore afficiant, quòd à ſe caro vitam nõ habeat non enim intereſſe quomodo caro ſit viuifica, modò eſſe viuificam fateamur ac credamus? cum ſolui non poſſit Chriſtus. Hanc autem eſſe viuificam planum fecit Chriſtus dicens. Qui manducat meam carnem, habet vitam, hanc verò non haberet, ſi extra carnem eſſet vita.

Vitæ eſſentiam noſtræ carni verè & re ipſa ſeorſum a carne Chriſti dari nobis non poſſe quin ſoluatur Chriſtus. Cap. 58.

HAnc ſententiam interpretatione tua adumbrarunt, quum autor es, *Carni Chriſti viuificationis titulum aptè competere, (quamuis per ſe non ſit immortalis) quòd ſit uelut canalis, per quem uita quæ in Deo Patre reſidet, in vos diffundatur.* Tu multus es in canalibus, ſed malè tibi cohæres, in Inſtitutione, Spiritus Sanctus canalis tibi eſt, quo Chriſti carnis communio in te deriuatur: nunc tradis mutata ſententia, *Carnem chriſti eſſe tibi canalem, per* quem

In Ioan. ca.6

De Cœna ar.20

Com. In Ioan. *quem vita quæ in Deo Patre reſidet, in te diffundatur.* Valentinus ille priuilegio hæreticus, virginem Mariam canalē fuiſſe ſomniauerat, quo cœleſtis caro Chriſti ad nos deſcendit: Quoniam præter hunc, neminem legerim extitiſſe, quem hic canaliſmus delectarit, ab eius ſchola te putaui canales tuos deprompſiſſe, ſed videamus quàm infeliciter. Ieſus Chriſtus ſe reſurrectionem ac vitam eſſe pronuntiauit: Hunc ita loquentem non dubium eſt affirmaſſe, vitæ eſſentia, corpus ſuum eſſe præditum, nam ipſe conſtabat terra, anima, ſpiritu, & filio Dei verbo æterno, quibus verus Chriſtus perficitur: hocque compoſitum, propter ineffabilem diuinitatis coniunctionem, eſſe vitam & reſurrectionem, non autem verbum ſeorſum à carne, vt re ipſa eam vim habeat ad noſtram carnē quam habet compoſitum. Si autem diuerſum cenſeas, ac iudices dicentem, Ego ſum vita, loquutum eſſe de verbo ſeorſum à corpore, vt interiorem & exteriorem filium Dei demonſtres, ſicuti Paulus hominem diſfinit, quum tui huic opinioni me ſcripturæ teſtimonio confirmaueris, fieri poteſt vt fidem facias: Quòd ſi te ab hac inſania declinaueris, atque Chriſtum vnum eſſe, duplici natura fatearis obſiſtere nihil video, quominus Chriſti carnem, vitam, non huius canalem eſſe certò conſtituamus. Miror ſi alia res à vita, caro Chriſti eſt, cur Iudęis exprobrauerit Moſes, eos die ac nocte vitam ſuam pédentem vidiſſe, ſed non agnóuiſſe, ſecundum te canalem ſolum vitæ viderant pendentem. Paulus inſuper non debuit dicere, Filium ſe exinaniuiſſe, formam ſerui accipientem Dominum gloriæ crucifixum fuiſſe, paſſum in ſepulchro poſitum, canalis enim gloriæ tibi in ſepulchro iacuit. Petrus item poſt Eſaiam lapſus eſt dicens, uitam è terra ablatam: canalis enim ſolus oblatus fuiſſet. Tu igitur malè ſubducta ratione, videris vitæ facultatem à carnis ſubſtantia eripuiſſe, quòd ſit ceu canalis vitæ, eique ideo titulus vitæ inſcriptus ſit, quòd in eam credentes vitæ ſint participes.

In Ioan.

Chriſtum

Chriſtum in carne adorandum eſſe. Cap. 59.

NEſcis quas nobis diſcordias tua hæc traditio con ciταuerit cōtra me tuis obſtinatè cōtendentibus, *Carnem Chriſti nulla eſſe diuinitate præditam, ſed tem plum eſſe diuinitatis, ceu canalem, quamobrem omni diligentia cauendum eſſe, ne creatura, creatoris loco, templumq́; pro diuinita te in ipſo inhabitante adoretur.* Adeoque res rediit ut Riche rus ſcripto tradere non dubitauerit, *Non ſolum nobis à cor poris adoratione ſuper ſedendum, ſed eos hæreſis crimen minimè vitaturos, qui ſibi neceſſariò Chriſtum adorādum proponant, ve runtamen non peccare, qui Filium in Patre adoret, aut per Fi lium Patrem precibus adeat.*

Panis ſimilitudine probari, ſeorſum à corpore chriſti carnem con ſiderari non poſſe. Cap. 60.

AD hos refellendos tuam ipſius doctrinam uſurpa paui, tu doces: *Vi panis materialis augeri ac nutriri corpora, eoq́; modo animas ali corpore domini in ſpem æternæ vitæ:* Secundum eam fidem, ex eis quæſiui, qua ratio ne vim panis, ab huius ſubſtātia reuellerent, vt ſeorſum à ſubſtantia, vi & vigore panis illi veſcerentur. Præterea ſi intellectu, vim alimenti a materia ſubtraxerint, an materia virtute ſua ſpoliata, panis nomen ſeruatura ſit? an verò a nutriendi facultate, panis nuncupationem obtinuerit, vt ea euacuata ac exhauſta, panis appellatio nem amittat? Sic quo modo fieri intelligerent, ſi a car ne ſeparetur vita quam ſtatuis, vt ipſa caro nuda, corpus Chriſti dici poſſit? nam vt ex tua ſimilitudine diximus, ſeorſum a panis materia, vis panis nec nutrit, nec panis ipſe hoc nomen habet. Quemadmodum ergo ſeorſum a pane, vim nutriendi, corpus tuum non percipit, ſic niſi fallit tua ſimilitudo, neceſſe eſt, ut in ſacramento, anima tua uim vitæ corporis, ex ipſo quocunque modo per cepto, ſuſcipiat, non ſeorſum ab eo, quaſi infuſam aliun-

L de:

de:certum eſt enim non minorem partē in corpore Domini, vitam occupare, quàm vis alimenti in pane poſſideat: atque vti citra vim altricem, ac virtutem, panis integer conſiderari non poteſt, ſic citra Dei Chriſti diuinam vitam, nec dignoſci corpus poſse, nec ſubſiſtere. Hinc ſequi quod eſt à nobis ſuprà diſputatum: Quum vis ac vigor nutrimenti, à natura pani ſit inſitus, vt in ſe nutriendi vim habeat, ſic poſt incarnationem, carnem Chriſti, viuificationis habere facultatem, vt eo modo (ſi re uera manducetur & ſpiritualiter non ſpiritu ſolo) det uitam æternam, quo panis communis temporalem, ex quibus oſtendi, carnem Chriſti ſimul cum diuinitate adorandam eſse.

Eo modo carnem chriſti in ſe vitam habere, quo Adami caro in ſe mortem habuerit. *Cap. 61.*

HAec mihi uidebantur tuos poſse comprimere, ne eorum obſtinatio longius progrederetur, ſed ſententiæ tuæ reuerentia permoti, in noſtra ſententia non acquieuerunt, ſed diſputationem in hunc locum extraxerunt, ut de morte corporis noſtri ſermo eſſet ineundus. Huc ubi perueniſsemus quæſiuerunt quæ mihi eſset de Adami generatione ſententia: an per ſe mortalis fuerit eius caro, an aliunde mortem mutuata ſit? Quunque oſtendiſsent a peccato non a carnis natura mortis infelicitatem in carnem erupiſse: eos uiciſſim interrogare cœpi, unde peccatum in hominem permanaſset: Diabolum huius autorem accuſarunt: tum quæſi ui an Diabolus in Adami uoluntatem imperium habuerit, ut ille a Diabolo ad peccandum inuitus ſubactus fuerit, an propria uoluntate a Domini præcepto ſe auerterit. Hoc poſtremum affirmantes, addiderunt.

Voluntatis libertatem, in anima, non in carne ſitam eſſe. Quare carni non magis imputandum fuiſſe peccatum, quàm inſtrumento laudi aut uitio uerti debeat opus artificis. Inde probari, ab anima peccatum, mortemque in carnem profluxiſſe: Ideoque alium

de non a ſe, mortis detrimentum, uiteque iacturam carni accidiſſe: Huc afferendum eſſe, quod authore Paulo doceatur, mortale à vita abſorptum fuiſſe, atque per contentionem, vitam in ſalutem deuoraſſe, quod per contentionem, mors in interitum deuorauerat ex quo credi oportere, eũ in carne Chriſti, locu vitã obtinere, quẽ in Adami carne mors occupauerit: atq; vti aliunde in carnẽ Adami mors iuuaſerat, aliunde quoq; in Chriſti carnẽ vitã perueniſſe. His & ſimilibus ſummo ſtudio conquiſitis argutiis, doctrinam tuam propugnabant. Ad hæc reſpondi, propter peccatum, aut hore eodem Paulo, mori corpora: nõ propter animæ voluntatem. Item vnumquemque ſiſti ad tribunal Chriſti oportere, vt referat propria corporis: non animæ ſolius: ſiue bonum ſiue malum, prout geſſit. Item in Adamo morti nos eſſe obnoxios: Geſtamus autem carnem Adami non animam. Itẽm Peccatum in mortali corpore regnare, non in anima: facta carnis mortificari oportere, non animæ. Sed vt paucioribus rem abſoluerem, Negaui à vobis probari poſſe, animæ fuiſſe tranſgreſſionem, è qua mors in mundum introiuerit. Sed hominis facti in animam viuentem: animamque carni ſic inſitã eſſe, vt penè ſit incertũ, aĩa ne corpus, an corpus animam circunferat: tamque carnem dici hominem poſſe, quàm animam: vnde peccatum (quod fuit cauſa mortis) tam ob deguſtationem corpori, quàm animæ ob cõcupiſcentiam attribui oportere. Denique Dominum autorem eſſe, è corde cogitationes & volũtate (quibus homo coinquinatur) exire. Cor vero non animè ſed corporis partem eſſe. Cæterum expedirent, ſi caro à culpa remota ſit, ſed animæ ſoli imputari debeat peccatum, cur in ſimulacro carnis peccati (vt ait Apoſtolus) damnauit Dominus peccatum? Certè ſi animæ ſit peccatum, non etiam carnis, fruſtra carnem Dominus apprehendit, vt in carne damnaret peccatum: ſatis enim erat in anima, animæ peccatum damnare Item ſi animæ peccatum ſit, unde vobis eſt peccatum originis, quum animã ab Adamo non habeatis? Tandem ſi à ſe caro mortalis non ſit: ſed ab animæ peccato, in eam miſeriam incideris, quare

Rom. 8

Tertul. in li. de carnis reſurrect.

non eodẽ malo tua defungitur anima? vt ſit & ipſa mortalis? mirum eſt hanc non mori, quæ carni, mortis ac perditionis cauſa ſit & origo.

Si Adami caro non fuerit canalis, nec Chriſti carnem vitæ canalem eſſe poſſe. Cap. 62.

DIſputationis æſtus in canalis examen nos retulit Vt mihi probaretur caro Chriſti, canalis ac vaſculi vice fungi: *Carnem à ſe inſipidam, orbatamq; ſenſibus oſtendebant, perq; ſe nihil velle, nihil cupere, præſtareve nihil poſſe.* Hanc *ob rem non immerito canalem, aut inſtrumentum dici debere, non autem vitam aut uitæ partem, niſi continens pro contento accipiatur: unde intellectu facile ſit, præceptum* Domini *de carne ſua manducanda, non huc ſpectaſſe, ut proponeret carnis materiam ore uorandam, ceu uitæ eſſentiam, animæque noſtræ cibum ſe ad fidei manducationem nos uocari, uti ipſe ea de re ſermone a ſe inſtituto declarauit, his uerbis.* Verba *quæ loquutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt, caro non prodeſt: neque ab hac fide deterreri debere, qui apud uetuſtos* Eccleſiæ *ſcriptores legant, carnem Chriſti eſſe uiuificam.* Hanc *enim ita eſſe uiuificam, ſi in ea fides noſtra recubuerit, ſique fide reſurrectionis teſtimonium cõplexi fuerimus: id eſt, ſi crediderimus Chriſtum pro peccatis mortuum, reſurrexiſſe, ut nos mortis ac reſurrectionis ſuæ faceret participes, ſicque crediderimus perinde carnem noſtram a mortuis excitari poſſe, atque eius caro reſurrexit.* Hæc fuit prædicationis eorum ſumma. Sed ſi hoc verum eſt? vt ſuprà diximus) Apoſtoli carnem in Cœna non guſtarunt, nondum enim ſciebãt ſcri-

Io. ca. 20 pturam, quia oporteret eum à mortuis reſurgere. Hos minori negotio refelli poſſe ipſis exiſtimaui, ſi iis armis vterer, quibus mecum decertauerant, vt me de ſententia deiicerent. Primum me recepi ad mortis ſimilitudinem de qua paulò ſuperius eſt à nobis diſputatum. Quum veſtra confeſſione vita mortis æmula ſit, eamque in Chriſti carne partem ſortita ſit, quam mors in Adami corpore poſſedit: ſi vita in Chriſti carne reſidet, velut in canale, quo hæc in vos non contactu quidem, ſed fide diffundatur,

datur, neceſſe eſt vt eo quoque modo mors, in Adamo reſederit, caroq; eius fuerit ceu canalis, per quē mors in eius progeniē peruaſerit, non contactu quidē, ſed infidelitate, caroq; mortis nō fuerit particeps, ſed vaſculū. Si ita habeat vnde accidit vobis carnis interitus? Canalis (vt à Tertulliano hac de re differente didicimus) aliū de in vſum venit, extranea omnino, ac aliena materia eſt ab ea ſubſtantia, cuius eſt canalis, nec eius rei penuria cuius eſt canalis afficitur, nec eius plenitudine fouetur aut reficitur. Præterea cum canalem exhauſeris, ei non infers exitium: ita nihil ſentit canalis: nec ſi vera ſit tua ſententia, Chriſti caro amplius ſentire dicenda eſt, paſſa non eſt: Nec noſtra caro morte deberet affici, vbi ex ea effluxerit uita. At videmus morte carnem noſtrā deſtrui ac corrumpi, qua è re docemur, illam canalis aut vaſculi nomē malè ſuſtinere, ſed mortis eſſe participē. *De Reſur. rect. car.*

Quemadmodum mors Adami citra carnem eius, ad nos peruenire non potuit, ſic ſeorſum a carne, uitam Chriſti in nos infundi non poſſe. *Cap.* 63.

QVoniam intellectu non paſſum aſſequi, quomodo ſeorſum à carne tua, mors ex te, in tuam ſobolem infundi poſſit, gratum mihi facies, ſi hoc nobis ſecretum re texeris, vt intelligam, ad rem, carnis contactum nihil valere. Sed ſi huius dubitationis nullum exitum inuenias, nec poſſis oſtendere, mortem frui carne tua canalis vice, ſed inhærere carni, carnemque mortis participem fieri: vt ſimilitudini tuæ relinquatur locus, ediſſere, cur caro Chriſti non ſit vitæ ea quoque cō nexione particeps, vt nec à vita, caro deſtitui: nec ſeorſum à carne re vera, vita infundi in vos poſſit, ſed vti ſine corporeo miniſterio, mors è carne tua, in filios tuos nō poteſt erumpere, ſic ſine ſacramento, actioneque corporea, uita Ieſu Chriſti in vos re ipſa diffundi non poſſit, vt ſi carnis materiam, ad mortificationem eſſe neceſſariam dixeris, carnis quoque Chriſti ſubſtantiam (vt re

ipſa viuificet, ſicut Adami mors occidit) non minus eſſe ad viuificationem neceſſariam profitear. Præterea vti caro noſtra, ex eo quòd peccatrix exiſtat, morti obnoxia fuerit, ſic carnem Dei Chriſti, quæ à peccato integra ſit, interitum videre non potuiſſe, ſed à ſe immortalem fuiſſe reſurrectionisque facultatem à Spiritus communione ſuſcepiſſe.

Carnem Chriſti ad uiuificandum non minorem habere facultatem quam ad iudicium habeat. *Cap. 64.*

APoſtolus propter ſubſtantiam diuinæ carnis, indignè manducatam, iudicium à nobis manducari docet, his verbis, Qui mãducat Euchariſtiã indignè, iudiciũ ſibi mãducat & bibit. Si ſubſtãtia indignè mãducata, edenti mortẽ pariat, atque à ſe, abſque alio adminiculo, hanc habeat inſitam naturam, cur non erit hæc eadem à ſe vitæ facultate prædita, vt vitam conferre poſſit, ſpiritualiter manducanti? non quia bene credit qui manducat, ſed quia tali virtute à ſe polleat caro.

Reſponſum tuli. *Pauli teſtimonio ſententiam tuam confirmari, atque oſtendi, vitam effectum eſſe fidei, non carnis manducatæ, carnemque non ea uirtute præditam, ut à ſe uiuificet: ſi enim in carne ineſſet ea facultas, non poſſet edentis infidelitate retardari, aut impediri, ſed in quancunque perſonam indifferenter vim ſuam exereret, ac emitteret:* In huius rei illuſtrationem, ſanguinem crucis propoſuerunt, *Quo carnifices aſperſi, non autem purgati fuerint, Iudam hoc etiam teſtari, qui oſculo ac contactu carnis Chriſti, in deteriorem hominem euaſerit. Proinde fidei vitam, infidelitati mortem, non autem ſubſtantiæ tribui debere, uti manifeſtiſsime confirmauit Dominus dicens, Spiritus uiuificat, caro non prodeſt quicquam.* Ne rem apertam non neceſſario ſermone tereremus, rogaui vt exponerent, quid docere voluerit Apoſtolus dicens,
Inſt. c. 10

2. Corin. 2. Chriſtum huic eſſe odorem mortis in mortem, odorem vitæ in vitam eundem ſemper Chriſtum. Item lapidem offenſionis, & petram ſcandali poſitum in ſignum cui

contra

contradicetur, in ruinam & ſalutem multorum. Præterea vt quæſtionem hanc, authoritate tua deciderenus, ad tuam ſanguinis cum vino ſimilitudinem, diſputationem noſtram retulimus: Tu doces: *Hac in re vinum cum ſanguine conuenire, eiuſque figuram eſſe, quòd vti vinum confirmat ac lætificat bibentem, ſic ſanguinem hauſtum fide, animam lætitia perfundere.* Valeat hæc tua imaginatio: tantum vt vini naturam conſideremus. Qui febre correptus vinum biberit, mortem certiſſimam verum eſt hunc bibiſſe, quamuis aſſeras, vini ſubſtantiæ, naturam hanc ineſſe, vt refocillet ac exhilaret: Item Sol cui vegetandi facultatem attribuis, corrumpit ac enecat alieno tempore corpora irradians: vnde hanc naſci putas differentiã? An iudicabis quas retulimus viuificandi, ac confirmandi facultates, ſoli, ac vino, à rebus quas afficiunt, obuenire? an in ſe has habere inſitas ac concluſas? Corpus mortuum odore tetro inficitur ac corrumpitur: an eam corrumpendi facultatem, à re mortua ſol tibi nanciſcitur? An vero hinc generari corruptionem concedes, quòd alieno tempore ſolis calor cadauer attigerit? Certum eſt rei mortuæ in ſolem nullas eſſe vires: neque vinum lætificandi facultatem à potatore ſuſcipere: ſed à ſe, ac in ſe eam continere naturam, ac virtutem: ſed virtutis naturæ differentiam, ab alieno vitio, aut valetudine deprehendi, ac dignoſci: Sic ſanguis quem tu vino figuras, vim ac robur viuificandi aliunde, hoc eſt, à veſtra fide ſibi non aſciſcit: nec amittit, quod ab indignis in interitum inſumatur: Non enim cibus vim altricem attrahit à manducante, ſed in eum agit, ac vim ſuam inſtillat. Si ergo vini ſubſtantiæ, ſua ineſt natura, ac proprietas: non autem à potatoris fide proueniat: cur à ſanguine Chriſti, cuius proprietatem cum vini proprietate comparas, vim detrahis: vt in ſe, atque à ſe viuificandi facultatem minime contineat: niſi credentis fides acceſſerit, tanquam ei vim ſit allatura fides? Hoc ſi ita eſt, à fide veſtra effectus vitæ, ac efficacitas diuinæ carni enaſcittur: ac contra quàm fieri debeat,

1. Petr. 2

vos Chriſto fide veſtra, eam vitæ facultatem datis, quā ab ipſo accipere putetis.

Ieſum Chriſtum non eſſe nobis ſecundam vitæ cauſam, eumq; cauſam non habere, quum ante omnes cauſas genitus ſit Patri coæqualis & conſubſtantialis. Cap. 65.

TAndem ira magna de hac doctrinæ tuæ parte conflximus, qua doces *notandum tres uitæ gradus à te recenſeri, Primum (inquis) locum obtinet uiuens Pater, qui eſt ſcaturigo, ſed remota: ſequitur Filius quem habemus veluti fontem nobis expoſitum, & per quem uita ad nos diffunditur. Tertia eſt uita quam ab ipſo haurimus. Nunc tenemus ſummam, qua Pater penes quem uita reſidet, procul à nobis diſtat, Chriſtus quaſi medius ſtatuitur, qui eſt ſecunda uitæ cauſa, vt inde ad nos perueniat, quod alioqui in Deo lateret.* Vnicæ vitæ in tres gradus diſtributionem ægre admiſimus, ſed vbi id factum eſt, mirari cœpi, cur primum locum, non primum gradum obtineat ſcaturigo illa tua remota: & cui vſui hunc gradum deſtinaueris, quo per eum conſcendi aut deſcendi oportere putes: an ad propatora aut bytum illum Valentini? Deinde quo interuallo Filius ſcaturiginem inſequatur taces, an Patri ſecundus vitæ gradus futurus eſt, per quem vita diffundatur? Si diffundatur ad nos, quis diffuſionem faciet, primus ne gradus in ſecundum? an Pater à primo in ſecundum gradum vitam quæ in ſe ipſo reſidet, per Filium ſecundum gradum ad nos diffundet? An vero Filius idem ſecundus vitæ gradus, vitam quæ in Deo reſidet, quam à Patre accipit, in nos per ſe ipſum diffundet? Hoc ænigma tanta mihi obſcuritate propoſuiſti, vt contra hoc intellectum meum obtundam: deinde quum tertia eſt vita quā à Chriſto hauriamus, an tres vitas nobis oſtendis, vt tertia ad nos vita hauſtu perueniat? ſed & verbum hoc (haurimus) ingenium meum torquet: ſi vitam diffundat Pater, aut Filius, quomodo hanc etiam hauriamus? agit qui haurit, patitur qui infuſionem ſuſcipit, quomodo

In Ioāne. cap. 6.

modo in diſiunctis agemus ſimul & patiemur? Sequens oratio non minori mihi eſt difficultati.

Nunc tenemus ſummam, qua Pater penes quem uita reſidet procul à nobis diſtat, ſequitur Filius qui eſt ſecunda uita cauſa. Reſidere vitam penes Patrem, aut in Patre (vt ſuperius docebam) animo non poſſum comprehendere: ſi reſidet, id fit per accidens, vt vnum ſit Pater, alterum in eo vita reſidens: durus certe is mihi uidetur ſermo: Quum Pater vitæ ſit eſſentia, dici non debuit in ſe reſidere, aut penes ſe: noua enim eſt hæc loquendi ratio: ſed etiam non aſſequor, quomodo diffundi ad nos poſſit per Filium, vita in Patre reſidens: præſertim quum ſe vitam Filius nuncupet: ſi is vita eſt & Patris eſſentia, quomodo ſe ipſum per ſeipſum veluti canalem in nos diffundet, vt propterea ſecunda vitæ cauſa dici poſſit? Omnia (inquit Ioannes) per ipſum facta ſunt, ſecunda vitæ cauſa, quæ in omnibus continetur, per ipſum facta eſt: Ergo is per ſe ipſum factus eſt. Sed ſi ipſe ſecunda vitæ cauſa eſt, tanto interuallo à prima diſtat, quantum inter primum & ſecundum intermitti poteſt ſpatii: eaque proportione à Patre inæqualis erit, quæ eſt primi ad ſecundum, factus, non ab æterno genitus. Si dixeris de carne te intelligere, vt hęc ſecunda ſit cauſa, falſum eſt, ſi caro eſt veluti canalis, per quem vita in nos perueniat: non enim ſine verbo, vitæ cauſa eſſet caro. Et qui verbum à carne non excludet, fatebitur verbi incarnati, eam eſſe virtutem ac dignitatem, quæ ante incarnationem fuerit. Clarifica me (inquit) ò Pater gloria quam habui apud te antequam mundus dus fieret: ſi ergo idem eſt qui ab æterno fuerit, & nunc nobis ſecunda vitæ cauſa ſit, quotam fuiſſe cauſam patri Adamo quum plaſmatus eſt, iudicabis?

Cap. 1.

Ioan. 17.

Si adamus ſecunda mortis cauſa nobis non fuerit, Chriſtum ſecundam vitæ cauſam non eſſe. *Cap. 66.*

IN hoc argumentum, Apoſtoli ſententiæ de Adami ad Chriſtum ſimilitudine, animum meum ſubiit recordatio: is docet eo modo mortem in nos ab Adamo permanaſſe, quo iuſtitia ac vita à Ieſu Chriſto emanarit. Si ergo Adamus, è prima quadam cauſa, mortẽ in ſobolem traduxerit, ipſe nobis ſecunda exiſtens mortis cauſa: aliqua in parte ferendus es, docens, è Ieſu Chriſto, ſecunda cauſſa, vitam tuam effluxiſſe: ſed ſi tibi hæc ſtat ſententia, abſolue nobis hanc dubitationem: vnde ad Adamum prima mortis cauſa progreſſa ſit. Si à Deo irrepſiſſe contenderis, mali ac peccati cauſam conſtitues Deum: Si à diabolo, voluntatis libertatem abnegabis: Si autem is ſibi mortis cauſa peccato effectus eſt: prima non ſecunda cauſa dicendus erit: vt ergo ſimilibus ſimilia conueniant, non tibi moleſtum eſse debet fateri Ieſum Chriſtum, vitæ noſtræ vnicam primamque eſſe cauſam, carnemque non minus vitæ eſſe participem quàm ferrum ignitum caloris ſit particeps. Præterea quum mors in Adami carne infixa radices egerit, inq; ſolam carnem, vires ſuas emiſerit, non habes rationem, dum à carnis ſubſtantia, vitam Ieſu Chriſti reuellis, ne hac neceſſario manducandam ad remiſſionem peccati, carniſque noſtræ medicinã proponamus. Iuſtinus martyr qui ob antiquitatem minime tibi ſuſpectus eſſe debet, quæſtione 44. Chriſtianis propoſita, dicit, carbonem quem propheta vidit immundis labris inhærentem, Dominicæ carnis ſignificationem habuiſſe, quæ conſcientiam eorum qui ipſam edunt, ab omni ſcelere expiaret.

Libri ſecundi finis.

N. VILLAGAGNONIS ADVERSVS CALVINVM

LIBER TERTIVS.

Si vetus teſtamentum ſanguine confectum exemplar noui fuerit, falſum eſſe Apoſtolos in nouo teſtamento ſanguinem non bibiſſe.

Cap. I.

DEuenimus in uerborum Apoſtolicorum de conſecratione interpretationem, tunc nobis magnas turbas tua teſtamenti traditio excitauit. Tradis *Cœnam in uino, id eſt, in figura ſanguinis inſtitutam fuiſſe, non in ipſo ſanguine*. Atque vt propoſitum aſſequaris quum videas ſine ſanguine, nouum teſtamentum (exemplo veteris) confici non debuiſſe, teſtamento propriam eripis ſignificationem, huic fœderis imponens nomen, in fundendo ſanguine: Huius rei vini potum, qui in calice à Domino eſt in cœna diſtributus, ſignum fuiſſe doces, in eamque rem, lectionem Euangelicam, exquiſito verborum artificio detorques, vt ſtultitiæ ſuſpectos habeas, qui à te diſſideant. Ego ex eo numero eſſe non recuſo, ſed meæ ſententiæ rationem afferam, vt qui hanc lecturi ſint, quàm iniquus ſis æſtimator diiudicent: Matth. Hic eſt ſanguis meus (inquit) noui teſtamenti, qui pro multis effunditur. Tu verò. Hoc vinum eſt figura ſanguinis mei, noui teſtamenti: cum animo tuo non reputans, oſtendi à te neceſſario, vinum in remiſſionem peccatorum effuſum fuiſſe, niſi te à propria linguæ, dicendique lege eximas: atque nos cum tua noua doctrina, ad nouam loquendi rationem reſcribas: vt ſubſtantiæ demonſtratæ, rela-

Cap.26.

tiuum proxime conſequens, ſeruire deſinat. Sed quæro ex te, credaſne vetus teſtamentum, noui teſtamenti exemplar ac figuram fuiſſe? Hoc ſi non negaueris, cuius rei figuram eſſe credis effuſum è cratere brutorum ſanguinem, quum à Moſe teſtamentum inſtitueretur, dicente. Hic eſt ſanguis taſtamenti, quod mandauit ad uos Deus? Ego me tam obfirmato, conſtantique animo fuiſſe, iam ab inita noſtra familiaritate, vitæque conſuetudine, teſtificor, vt à me paſſus non ſim extorqueri, vt crederem, illum ſanguinem, exemplar huius non fuiſſe, qui à Chriſto Ieſu diſcipulis eſſet in Cœna (nouo teſtamento) diſtribuendus, ſed verbo Domini, in hanc adductum me eſſe ſententiam, vt crediderim, Apoſtolos bibiſſe ſanguinem, non vinum, ſanguinis figuram: verbumque ſubſtantiuum, eſt, actiuum, ac ſignificatiuum eſſe non poſſe, vt rem non demonſtratam, id eſt ſanguinem ſignificauerit. Aut dicendum eſſe, Moſem, vinum non ſanguinem effudiſſe dicentem. Hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus: verbumq; ſubſtantiuum apud eum, amiſſa natura ſua, in actiuum tranſiuiſſe: proinde ſi ſanguis erat, qui in veteri teſtamento dedicando è cratere effunderetur, probari ſanguinem quoque fuiſſe, qui in cratere à Domino, fuerit nouo conficiendo diſtributus, aut exemplar falſum fuiſſe: Non enim debuit ſanguis, ex quo vetus teſtamentũ factum ac firmatum eſt, rem diuerſam, id eſt vinum figurare, ut in vino, contra exemplar, nouum teſtamentũ conſiſteret.

Si vinum fuerit quod in cœna biberunt Apoſtoli, nulla in re nouũ teſtamentum veteri reſpondere. Cap. 2.

QVamuis tamen hæc tam manifeſta ſint, vt citra inſaniæ ſuſpicionem impugnari non poſſint, tui hæc oppoſuere pugnantia. *Vetus teſtamentũ exemplar quidem fuiſſe noui, ſed brutorum ſanguinem, huius ſignum fuiſſe, qui in cruce fuerit effuſus: quaſi poculum (quod idem à*

Lucæ, Pauloq; nouum teſtamentum eſt in ſanguine) figuratum non ſit: quaſiq; teſtamentum ſeorſum à calice, figurari potuerit: ac quaſi createrem teſtamenti noui, nullum ſignum anteceſſerit: Cæterum ad eorum opinionem animum adiiciens, ſi poſsem intellectu conſequi, quomodo negato ſanguinis exemplo, nouum teſtamentum veteri reſpondere poſſet: fruſtra ingenium meum, eo labore exercuiſse me reperi: ſed inueni vos, non ſolum de teſtamenti celebratione, cum Eccleſia non conuenire, ſed nec de teſtamenti nomine. Præterea etſi vetus teſtamentum, ſine oblatione, ac ſacrificio, confici non potuit, video tamen vos, contumaciter teſtamento nouo oblationē eripere, ac negare. Item quamuis legis interdicto nunquam aditus in ſancta pontifici, niſi poſt oblationem ac ſolennes preces patuerit, tamen pontifici Chriſto, ſine oblatione fores aperitis, ac expanditis: denique tabernaculi ſanctificationem, aſperſionemq; ſanguinis (quæ teſtamenti veteris erat ratio parſque potiſſima) reiicitis, nihilque in nouo teſtamento reliquum facitis, quod ueteris teſtamenti memoriam nobis renouet.

Si in cruce tantum, non etiam nouo teſtamento celebrando ſe obtulit Dominus, oblationē contra legem factam eſſe, cum tunc eſſe peccatis noſtris maculatus. Cap. 3.

SEd ne oblationem corporis repudiare tui viderentur, *Eam in ſola cruce factam confitebantur, non prius incepiſſe affirmantes.* Hoc recipere nolui, quoniam ſi hoc verum ſit, contra legem id eueniſſe oporteat, nam extra portam paſsus eſt Dominus, id eſt, extra Eccleſiam: nec tabernaculum ſanctificauit, nec populum, nec vaſa teſtimonii aſperſit, ſi in cruce tantum oblationem factam fuiſse credamus: eoque tempore quo eſset noſtris peccatis maculatus eſsetque in aliena poteſtate, damnatus ſententia iudicis, quam neceſſario ſupplicium ſequebatur, eo loco vbi Hoſtias cremari, non offerri lege oporteret: æde nobis huius oblationis

lationis exemplum aliquod. Hircus exemplar Chriſti, poſtquàm fuit populi peccatis contaminatus, offerri amplius non potuit. At teſte Paulo, Chriſtus Pontifex ſecundum ordinē Melchiſedech ſeſe obtulit immaculatum Deo: Id verò exemplo Hoſtiæ pro peccato factum oportuit, antequàm Hoſtia populi peccatis onuſta, extra caſtra in ignem inferretur: deniq; antequam is eſset in aliena poteſtate, exteriori pontificio munere fungi debuit. Nam pontificibus qui ſui iuris non fuerint, ſacrificandi miniſterio, lege interdicitur. Hæc res Melchiſedeci exemplo cognoſci poteſt, qui ſui iuris erat, quum Abrahæ obuiam properauit, vt panem ac vinum oblatum à ſe, illi benedicens, impertiret. Hæc res teſtimonii loco à me ſumitur, Ieſum Chriſtum, pontificio munere tunc functum eſse, quum fratribus ſuis panem vitæ, vinumque vitis Sorech, bene precatus, porrexit? non autem eo tempore quo eſſet capite minutus, omnium nouiſſimus, vermis, & non homo, opprobrium plebis, execratio, atq; maledictum, cuius rei typus Melchiſedech, qui decimas accepit, eſſet non potuit: qui neque legitur aliàs vnquam pontificia vſus poteſtate, quā in panis & vini oblatione, dum Abræ benedictione bene precatus eſt, vt ſecundum eam functionem de, Chriſti oblatione ac officio iudicetur.

Si calix Teſtamenti uis quem biberunt Apoſtoli, figura fuit ſanguinis, non ſolùm legem uiolauit Dominus, ſed nouis figuris teſtamentum cumulauit. *cap.* 4.

ANimaduerti præterea hoc à vobis peccatum admitti, quòd negantes teſtamenti ſanguinem, nō ſolum affirmetis Ieſum Chriſtum legem teſtamenti violaſſe, ſed nouis figuris, teſtamentum nouum cumulaſſe: Si enim poculum, quod idem nouum eſt teſtamentum in vino fuit, id eſt in ſanguinis figura, Dominus teſtamento ſuo finem figuris non impoſuit. ſed in vino, figura ſanguinis, teſtamentum inſtituit. Nam te-

ſte

ſte Luca. Poculum eſt teſtamentum in ſanguine. Rurſus ſi ſanguis veteris teſtamenti figura fuerit: eius, qui ius, qui in cruce effuſus eſt: mortis fuit figura, quæ non teſtamentum, ſed ipſius fuit confirmatio, contra Pauli doctrinam. E qua hanc quoque rationem excepi traditionis tuæ reprobandæ, quòd ſanguis in cruce ſit effuſus in redemptionem noſtram, vt qui uocati ſunt, promiſſionem accipiant hæreditatis: Sanguis verò teſtamenti, in remiſſionem peccatorum effuſus fuerit, vt emundet conſcientiam, ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viventi, vti ſuperiori libro à nobis eſt demonſtratum. Has res confundis, quamuis purgationem atque reconciliationem oportuerit redemptioni anteuertiſse, nam expiatio in vetere teſtamento facta erat, antequam Hoſtia foras in holocauſtum, ac incẽdium importaretur. Vt traditionem tuam confirmes tui oblitus, ſanguinis teſtamẽti mentionem faciens, ſanguinem vocas qui eſset effundendus, tametſi verſione tua præſentem effuſionem non inficiaris. H*is (inquis) eſt meus ſanguis, qui effunditur, non qui eſt effundendus:* Præſens enim tempus atque effuſio, futuram non annuntiat ac proponit effuſionem: niſi apud Paulum gratiarũ actionis, ac benedictionis fractio, corporis in cruce fractionem prædicet. Hoc eſt, inquit, corpus meum quod pro vobis frangitur: mirum mihi eſt, ſi non erat præſes ſanguinis effuſio, nullum ex Euangeliſtis extitiſse, qui futuræ meminerit.

Habr. 9.

Nihil eſſe differentiæ inter teſtamentum calicem, & teſtamentum in ſanguine. *Cap. 5.*

Replicas Lucam ac Paulũ Matthæi ac Marci fuiſſe interpretes, quum dixerint, Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, id eſt fœdus in fundendo ſanguine: Matthæumque ac Marcum affirmas noluiſse ſanguinem demonſtrare, quamuis dixerint Hic eſt ſanguis qui effunditur, ſed calicem, quem Lucas pro ſanguine ſubiecerit; atque vt lectoribus riſum moueas,

ueas, ac facetiis religionem noſtram eludas, oſtendis calicem tranſubſtantiari debuiſse, ſi quæ tranſitio verbis Domini pronunciatis intercesſerit: tua verba ſubiecimus. *Non dixit Chriſtus, hoc eſt meus ſanguis, ſed hic eſt calix meus, ergo ſecundum eos, non modo vinum, ſed materiam ex qua conflatus eſt calix, tranſubſtantiari neceſſe erit in ſanguinem.* Tu irrides Tertulliani argutias, at ſanè affirmare nō vereor has tuas, ad eas nihil attinere. Hæc legens, non potui tuum ingenium non admirari, qui tanta conſtantia confirmes, ad verba Domini addendum eſse nihil, ac detrahendum: tu tamen non ſolùm addere, ac corrigere audeas, ſed non verearis mendacii Euangeliſtas infamare. Quid vanius, ac turpius Matthæo ac Marco oſtendi poterit? ſi Dominus non dixerit, Hic eſt meus ſanguis, ſed hic eſt meus calix. Nullus omnium qui ſcripſerint, Dominum affirmat calicem ſuum dixiſse, ſed Lucas ac Paulus, Hic calix nouum teſtamentum, non meus calix. Alij duo quos arguis mendacii, Hic eſt meus ſanguis, dixerunt. Præterea intelligere non poſsum, qua lege tibi liceat, ſecundum Lucæ Paulique lectionem, Matthæū ac Oarcum interpretari potius, quàm ſecundum hos Lucā ac Paulum. Eodem enim iure credere mihi puto licere, Dominum non dixiſse, Hic eſt calix, ſed hic eſt ſanguis, quo tu dixiſse confirmas, Hic eſt calix meus, nō, Hic eſt ſanguis meus. Sed vtrunque a Domino dictum, eundem habere ſenſum credo, cum nihil intereſse videam, inter teſtamenti ſanguinem effuſum in remiſſionem peccatorum, cuius meminit Matthæus, ac Marchus: & ſanguinē, in quo eſt teſtamentum, quem etiam Lucas ac Paulus, effuſum atteſtantur, ut omnes præſentem effuſionem indicarint, atque ex eo bibiſse Apoſtolos. Non minus ergo a Luca ac Paulo ſanguis teſtamenti, quàm à Matthęo ac Marco deſignatus eſt, licet aliis verbis. Hac autem ratione non eiſdem verbis Paulum ac Lucam vſos fuiſse iudico, vt oſtenderent teſtamentum confectum fuiſse in ſanguine: quem in Cœna potando perfundebat Dominus, quemque eundem potum dabat Apoſtolis, in vicem

eius,

eius,quem Moſes in teſtamento uetere conficiendo effu diſſet,ac ſparſiſſet:hoc tibi eſſe nouum non debet, quũ in Epiſt.ad Hebræos, pro eo ac teſtamentum in ſanguine,ad Corin.dixit,hunc vocet teſtamenti ſanguinem,dicens, qui teſtamenti ſanguinem pollutum eſſe dixerit: Item paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti: In quo teſtamento,oues ſuas paſtor pauit ſanguine. Vt minus perſpicua ſit Apoſtolorum ſententia,ne poculum pro potu accipiatur, ſed pro vaſe:calicem expoſuiſti ποτηρίῳ ſignificari, quod non improbarē, ſi in cæteris rebus vulgaris æditio hac te afficeret reuerentia, vt ab ea te nunquam auerteres,ſed in omnibus ferè locis hanc faſtidis:ex quo coniecturam feci, te calicē poculi loco ſuppoſuiſſe,vt oſtenderes,non potuiſſe poculum in diuinā tranſire ſubſtantiam, quin vaſis materia etiam tranſiret. Appello viros in lingua græca peritos,vt inter me, teq; diiudicent,nũ rectius ποτήριον poculi, quàm calis voce exprimetur, omneſque linguæ Latinæ præceptores, vt decernant nũquid poculum,tam potum, quam vas ſignificare poſſit:ut apud Vergilium, Aulai in medio libabāt pocula Bacchi,vaſa libata non fuiſſe ſed pocula certum eſt:Item,Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ.Item Cicero,quum apud Verrem indultum potationi, ac conuiuas ad bibendum maioribus poculis inuitatos prædicaret: Poſcunt (inquit) maioribus poculis: quum ergo Theologi,poculum affirmant tranſubſtantiatum, non, vt iocaris,neceſſe fuit materiam, ex qua calix conflatus eſt,tranſubſtantiari,ſed ſolam potionem,vt ſit teſtamentum in ſanguine,non in vino:eiuſque teneat locum, quē ſanguinis aſperſio,in vetere teſtamento tenuerit.De cætero in ſententiam tuam animum intens, admiratione ſum affectus maxima, quod te viderim, tam grauiter de viris Eccleſiaſticis quæri, qui ſanguinem Chriſti optimam Cœnæ partem, magno noſtro malo eripuiſſent. Nam hæc ad vos iniuria nihil pertinet, qui de ſanguinis præſentia, fidem Eccleſiæ derogatis: nihil enim vobis denegarunt quibus vinum in Cœna porrigatur. Huc te

Hebr. 6. Hebr. 13

credo charitas,noſtrique miſericordia compulit, vt tam vehementer te noſter cruciaret dolor: aut cum homo ſis, humani à te nihil alienum eſſe exiſtimans,aliena cu rare negotia,eaque quæ ad te nihil attinent: in animum tuum induxiſti.

Creaturas inſenſibiles à Chriſto citra ſuam iniuriam fuiſſe benedictas. Cap. 6.

OBſtupui quum tui diſcipuli Dominum negarent ad creaturarum ſanctificationem,vſum fuiſſe benedictione,aut gratiarũ actione:ſed hanc actionem ab eo factam fuiſſe,antequam panem diſcipulis diſtribuendum ſumeret.Cuius rei gratia te à vulgari verſione diffidere oſtendebant,ac uertere participium. λαβὼν 2.Aoriſti, quaſi finiti præteriti ſignificationem habeat. Pri mũ uero εὐχαριστήσα præteriti plus quàm perfecti:Hæc tua ſunt uerba: *Sumpto Ieſus pane quum benedixiſſet, fregit.* Vt huius rei rationem intelligerem ad tuam Harmoniam à tuis reiectus ſum,ubi doces, *Quum finis priori conuiuio à Domino fuiſſet impoſitus:actas eſſe de more gratias, ut his quandam præparationem & tranſitum faceret, ad reputãdum myſterium, Sic finita Cœna ſacrum panem & uinum guſtauerunt Apoſtoli,quia prius expergefacta eorum fuit ſecuritas, ut toti ad tam ſublime Myſterium attenti eſſent.* Huic doctrinæ nouæ & inauditæ,nouo item,& inaudito artificio lectioné Euangelicam accommodas. Marci præcipuè quem dixiſſe manifeſtum eſt, λαβὼν ὁ ἰησοῦς ἄρτον εὐλογήσας ἔκλασε: Hunc locum,contra omnem rationem ita uertis: accepto Ieſus pane quum benedixiſſet, fregit:ut Dominum panem prehendiſſe,poſtquam benedixiſſet,oſtendas: id eſt poſtquam gratias(ut tibi uidetur) egiſſet. Sed quum unum Aoriſtum per ablatiuum abſolutum efferas: nihil eſſe cauſæ uideo,cur uerbo plus quam perfecto, ſequentem enunties. Si id tibi licere contenderis, non tamen video,cur contrà atque ſcripſerit Apoſtolus, contextũ orationis interſcindas, vt ab eius ſententia recedas. Si

cere

cere potuiſti, accepto Ieſus pane, quum benedixiſſet, fregit: non tamen per veritatem dicere tibi licuit: accepto Ieſus pane quum benedixiſſet: ſed ex Apoſtoli ſententia potius tibi dicendum fuit: acceptum Ieſus panem fregit quum benedixiſſet: vt oſtenderes panem à Domino benedictum fuiſſe: Aut ne in fuci ſuſpicionem incurreres, vulgarem verſionem ſequutus, dicere debuiſti, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit: vt creaturam benedictio reſpiciat. *ἐὐλογέω* verbum actiuum eſt, accuſatiuũ caſum regens, tamen vt propoſitum obtineas, illi ſuam ſuam actionem demis, & ad neutrum abſolutum hoc redigis, dicens ſumpto pane quum benedixiſſet quid ergo (bone vir) benedixiſſet. Tecum in animo tuo reputa, an hoc loco id ferat lingue Græcæ ratio ac proprietas. *Ais Matthæum, & Marcum vſos quidem fuiſſe benedictionis voce. Sed in calicis mentione deinde eos ſui dicti fuiſſe interpretes, cum gratiarum actionem ſubijciunt.* Sic quamuis verbis conceptis benedictionem expreſſerint, non tamen rei alius quàm gratiarum actionis in mentem ſibi veniſſe doces: Sed falſo affirmas, eos in calice gratiarum actionem ſubdidiſſe, quũ calicis nullã mentionẽ habuerint, ſed ſanguinis: Sẽtentiã tuã Lucæ teſtimonio cõfirmas, qui in panis Sanctificatione gratiarum vtitur actione: Hic tãdem eſt tuæ commentationis exitus, vt ſuadeas bedictionem, nõ aliud quàm gratiarum actionem ſignificare: & vbi ſ bi ſcriptura benedicendi vocabulum vſurpet, in gratiarum actionem veſtrum animum intendi oportere. Ego verò in alia ſum prorſus ſententia: nego *ἐὐλογεῖν* vllo vnquã loco cum accuſatiuum caſum regat, *ἐὐχαριςεῖν* ſignificare, niſi vtriuſque rei vnum eſſe ſenſum, & ſignificationẽ intellexeris. Sed contrà vbi *ἐὐχαριςέω* accuſatiuo caſui iungitur, pro *ἐὐλογεῖν* capi debere: vti apud Lucam & Paulum *ἄρτον ἐὐχαριςήσας*. Vt tamen ab hac ſententia tuos diſcipulos abducas, oſtendis hunc Aoriſtum neutri abſoluti tenere locum: neq; caſum vllum reſpicere: ſed qui linguæ Græcæ vſum aliquem habuerint, comprobabunt hanc dictionem *λαβὼν*, Matthæo non magis panẽ

M 2 reſpicere

reſpicere,quàm *εὐλογήσας*,niſi hunc in alia quàm fuerit Lucas,fuiſſe ſententia docueris:vt tamen hoc tibi teſtatius eſſe poſſit,lege qua voce ſit vſus Lucas apud Cleo-
Cap.24. pam,panem fregiſſe Dominum enarrans:*λαβὼν*,inquit, *τὸν ἄρτον εὐλόγησε*:pro eo ac *ἄρτον εὐχαριστήσας*, in Cœna ante mortem expreſſerat, lege qua Marcus vſus etiã
Cap.8. ſit voce,vbi piſces paucos à Domino benedictos fuiſſe in turbarum alimoniam demonſtrat, dicens *καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα εὐλόγησε αὐτὰ*. E quo probari poteſt benedictionem,ad panem pertinere, atque gratiarũ actione,benedictionem ſignificari, oſtendique contra ac doceas,creaturas inſenſibiles,citra Chriſti indignitatẽ fuiſſe benedictas. Paulus in poculi mentione,manifeſtiſſimè hanc abſoluit dubitationem Poculum vocat benedictionis quod benedicimus:ſic vbi gratiarum actione,ſacratum vinum Matthæus & Marcus prædicant, benedictionem Paulus memorat: quo authore contra atq; tibi videatur,gratiarum actione, benedictionem enunciari, propugnare poterimus.

Ab ipſius Doctrina Caluini probari neceſſario,Chriſtum in Cœna corpus ſuum obtuliſſe,atque ſacrificium, id eſt, miſſam priuatam approbari. Cap. 7.

QVum tu creaturarum benedictionẽ nobis interdixeris,myſterium Cœnæ,tandem, panis porrecti manducatione concludis, vt nihil Dominus Apoſtolis faciendum aliud quàm panem, vinũque capere,manducare ac bibere præceperit,omiſſa corporis oblatione,& conſecratione:quamobrem religionis noſtræ cultores, magni ac nefarii criminis reos facis, *quod ex ijs vnus ſe à reliquo cœtu ſeparans, priuatim Cœnã peragat:Quid enim(inquit)minus conſentaneum eſt, quàm diſtribui inter omnes panem,& ſeorſum ab vno vorari?* Sed ſi Cœnæ inſtitutio non alio pertineat, quàm vt manducetur manu prehenſus panis:non vt fiat corpus, ac offeratur,

fateor ſtultius dici nihil poſſe,quàm corpus ab vno ſeor ſũ edi,de quo inter ſe omnes participaturi ſint:Id enim non eſt cibum communiter diſtribuere,ſed furari. Veruntamen ab orthodoxis edoctus ſum, Cœnæ longè alium eſſe vſum,atque tu nobis ſuadeas: non huius enim ſolius participationis effectus eſt, ſed & ſacrificii pro populo:id etiam è tuo ſermone ſuperiori colligi & iudicari poteſt. Affirmaſti *tibi probabile eſſe Chriſtum,more vetuſto,in ſacro Cœnæ conuiuio libaſſe: quod ſolennem ſcias in ſacrificijs libandi ritum,à ſanctis patribus obſeruatum fuiſſe: vnde illud Pſalmi 116. Calicem ſalutis accipiam,& nomen Domini inuocabo:atque aliter à Domino conuiuium quàm bibando celebrari ritè non potuiſſe.* Quum ita habeat,oſtendis in libationis antiquæ locum, dominicam libationem ſucceſſiſſe: quumque ritè peragi non potuerit conuiuium,niſi more veterum libauerit Chriſtus, Cœnæ conuiuium ſacrificij conuiuium fuiſſe neceſſariò confiteris. Quum ita ſit, videamus quando antiqui libauerint. Hoc non niſi poſt Hoſtiæ pro populo oblationem, & ſolennes preces, factum fuiſſe palam eſt. Quòd ſi Diuini conuiuii, ad ſacrificorum conuiuia ſimilitudo tua falſa non ſit, ac libatio oblationi ſucceſſerit, Hoſtiam quoque, ante Cœnæ, ſacrificiique conuiuium, oblatam eſſe à Domino demonſtras, ac comprobas. Itaque dici non debet Dominus, ſacrum Cœnæ conuiuium inſtituiſſe, niſi poſtquam more veteri, ſecundum legem, rei in conuiuium inſumptæ, præceſſerit oblatio, de qua re omnes inter ſe participarent, vt vnus panis, vnum corpus efficerentur omnes. His rebus cognitis conſideremus à quo Hoſtiæ frangẽdæ, inter antiquos fieret oblatio. Ego à te me ſpero conſequuturum, vt fatearis, ſolius pontificis id fuiſſe munus, non diſcumbentium omnium cuiuſque generis, quamuis ab eſu ſacrificii nulli repellerentur. Quum ergo offerendi munus ſit ſolius ſacerdotis, atque rei oblatæ conuiuium, ritè peragi nequeat, niſi prior libauerit ſacerdos: quum ſecundum legem id pro viuis & mortuis fecerit Pontifex Chriſtus, qui id faciunt quod ipſe

in ſacro conuiuio fecerit, errare dicendi non ſunt. Hoc ergo exemplo, vnus in Eccleſia omnium nomine offert Deo: libat ſuo nomine, præſentibus qui ſe probauerint participādam Hoſtiam diſtribuit. ut quiſque ſibi ſumat edatque, non ille pro omnibus. Quod ſi mandatum Domini, vniuerſumque Cœnæ myſterium, ad mãducationem ſolam, non etiam ad ſacrificium reſtrinxeris, myſterii dignitatem labefacis, & conturbas: Non enim mãducatione poſſunt communicantes, ſacrificii ritè fieri participes, niſi (vt ſacrorum adimpleantur ſolennia) oblatio cum precibus antecesserit: Quum ergo quod fecerat Dominus, idipſum in ſui memoriam faciendum eſſe iuſſerit, eius rei nihil putauit eſſe à ſuis prætereundum, ac omittendum. Quamobrem qui inter nos vice fungitur Pontificis, Simulac benedictione ſacrum facit corpus, ſolus offert, manducatq; oblatum, niſi ad menſam accubuerint alii, qui velint Hoſtiæ fieri participes.

Corpus Ieſu Chriſti hominibus non offerri, ſed nec diſtribui, niſi ſub ſpeciebus. *Cap. 8.*

QVm à te fit oblationis mentio, nonnulli ex tuis diſcipulis exiſtimarunt, tibi de oblatione cum Eccleſia conuenire, ſed orationis tuæ progreſſus docet, te longè aliam habere ſententiam.

Hiſdem (inquis) verbis docemur qualis in Cœna oblatio tradita ſit: Chriſtus iubet ſuos accipere, ipſe eſt igitur ſolus qui offert: quod ergo Papiſtæ offerre ſe fingunt, à contrario authore profectũ eſt, & certè mira eſt anaſtrophe, vt mortalis homo dum Chriſti corpus accipere iubetur, ſibi eius offerendi partis arripiat.

Huc vſque nunquam ſanè in animum induxi meum, vt putarim eſſe hominem in literis verſatum, qui in hãc quam capis partem, offerendi ſignificationem verterit. Si Deo ſoli oblationem in ſacrificium fieri debere non inficieris: qui putas Deum Chriſtũ, ſuum corpus mortalibus Apoſtolis obtuliſſe? Sed ſi putas panis fuiſſe ſubſtantiam, quam Dominus manu illis porrexit: quomodo tibi

do tibi excidit,vt dicas, Dominum iuſſiſſe ſuos, corpus accipere? Tuo iudiciò ſolum panem acceperunt. Sacerdotibus vitio vertis,quòd offerre id ſe fingant quod accipere iubeantur:qua in re,hos idem offerre, quod manu capere enuntias. Quum ſecundum te, is erat panis quem accipere iuſſi ſunt Apoſtoli ac manducare: non ideo hunc offerentes,corpus offerre ſe ſed panem fingebant, aut tu corpus eos manu accepiſſe, non figurâ vel inuitus cõfiteris. Ego equidem fateor Ieſum Chriſtum Dominum meum, Apoſtolis diſtribuiſſe manducãdum corpus,pro eo eis Deo Patri in Sacrificium à ſe datum: atque ad huius exemplum ac præſcriptum,eiuſdem corporis oblationem à ſacerdote fieri, diſtributionemque, ſi qui velint ſacrificii eſſe participes: hoc tamen vocas in controuerſiam, quamuis dicas corpus eos accepiſſe, ac reprehendis quaſi Diabolicum inuentum. Vt ergo inter nos de hoc conſtare poſſit,conſideremus quid Lucas docuerit dicens. Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur.Hoc facite in mei memoriam. A Chriſto pontifice donum offerri pro nobis debuiſſe non negas,nam autore Paulo, põtifex aſſumitur vt offerat dona & ſacrificia pro populo,ſed ad quem donum dirigatur, videris in quæſtionem vocare, *Ieſus(inquis)docuit quibus offerret quum dixit accipite:* Ego verò hac in re à te longiſſimè diſſenſi:inſtiti Dominum docuiſſe,ei rei, quam proponis, porrectionis nomẽ rectius conuenire: porrigebat enim ac manducari iubebat corpus, quod pro ſumentibus dabatur:adeò vt cum porrectione oblatio concurrerit: Ergo tibi dicendus fuit Dominus docuiſſe,à quo, & quib. diſtribui debeat corpus Deo in ſacrificium oblatum, ab eoque porrectum,qui pontificio munere fungitur: poſtquam prior ſecundum legem libauerit. Quam rem in eo impleri viro,eaque in re uideo,quæ à te,tanta animi offenſione damnatur. Præterea fieri non poteſt,ut ſacrificii in Cœna effecti ſint Apoſtoli reuera participes,niſi poſt oblationem Hoſtiæ,hæc illis manducanda diſtributa ſit,uti Paulus docet.Videte Iſrael ſecundum carnẽ, *I.Corin.* 10

Habr.5.

nunquid qui Hoſtias edunt, participes ſunt altaris? Erratis ergo quum fide ſola, non adhibita manducatione, eius rei vos putetis fieri participes, quam adhibita fide, manducari neceſſe eſt, vt communicantes ea de re participent.

Ex pronominum natura demonſtrari corpus Domini Apoſtolis porrectum fuiſſe manducandum, non eius figuram.
Cap. 9.

SI animum ad actionem, verbaque Chriſti appulerimus, facilè fiet vt erudiamur, an à ſacerdote fieri debeat corporis oblatio, de quo ſint participaturi
" communicantes, Accepit Ieſus panem, benedixit ac fre-
" git, deditque eis dicens, Hoc eſt corpus meũ, quod pro
" vobis datur. Attẽde, pro vobis datur, inquit Lucas. Cui ergo? Deone Patri in oblationem ſacrificii? igitur dedit eis, pro eis quod tum dabatur Deo Patri in ſacrificium
" munus. Præterea ſubiiciens. Hoc facite in mei memoriam, quid faciendum tuo iudicio mandabat? Quocũque te verteris, huc tandẽ tibi cõſiſtendũ ac conquieſcendũ eſt, vt ſinas pronomẽ (hoc) propriã ſignificatiouẽ retinere. Huc vbi te demiſeris, non fiet, quin à Domino dicẽte, Hoc eſt corpus meũ. fateris aliquã ſubſtantiã demõſtratam eſſe: eamque ipſam, quæ pro ſumentibus dabatur: Hoc cognito conſidera quid præceperit Dominus adiciens, Hoc facite: Contendo, hunc non aliam rem faciendam demonſtraſſe, ac imperaſſe, quàm eam quæ à ſe pro nobis dari teſtaretur: exigit enim pronominis demonſtratiui ac relatiui proprietas, vt hoc ſtatuamus ac credamus. Si ergo velis ſubſtantiam quæ demonſtrata ſit, fuiſſe panis: inane fuit panis faciendi mandatum: Fruſtra enim faciendum panem præcipiebat Dominus, qui iampridem factus eſſet: Quum ita habeat, rem nouam faciendam curabat: quam ergo? mea eſt ſententia, vt è pane corpus quod pro nobis datur, in eius incarnationis memoriam faciendum imperauerit. Hoc tamen

in animum tuum non potes admittere, vt è pane faciendum corpus præſcripſerit: ideoque ſuades mandatum, ad hanc vnam myſterii partem pertinere, accipite & edite panem ſignum figuramque corporis mei, omiſſa ac reiecta à te benedictionis, ac oblationis actione. Sed à tua ſententia hæc me ratio demoratur: quòd ſi ſolam capiendi, ac manducandi, actionem remotiſſimam reſpexerit mandatum, non propinquiſſimam dandi pro nobis: Illud facite, non hoc facite, dicere debuit Dominus, ex pronominis natura. Illud enim antecedens reſpicit longius. Integram deinde Lucæ orationem animo nobis expendentibus, emerſit & noua difficultas, cum ſuperiore coniunctiſſima. Accepit Ieſus panem, » gratias egit, deditque eis dicens, Hoc eſt corpus meum: » inter vos conuenit, quam Dominus manu porrigeret » ac demonſtraret ſubſtantiam, hanc panis non corporis diuini fuiſſe: hoc tamen approbans, non inuenio qui cum iungamus conſequentem orationis partem, Quod pro vobis datur: quin affirmemus quoque, panem pro nobis in mortem fuiſſe datum: nam relatiui natura eſt, vt proximum affectet, petatque antecedens corpus. Quod ergo pro vobis datur, non poteſt non referri ad demonſtratam proxime ſubſtantiam, vt quidquid demonſtrauerit pronomen (hoc) ſimul datum pro nobis fuiſſe confirmetis.

Apoſtolos faciendi corporis & ſanguinis, atque offerendi à Domino mandatum habuiſſe. Cap. 10.

His oſtenſis rebus in huius præcepti cõſiderationem, Hoc facite, nos reuocat oratio. In hac vt expoſuimus ſententia es, vt actionem non ſubſtantiam ſpectet mandatum, præterea hoc, non ſolum in actionem intendi debere tuum iudicium eſt, ſed vt prætermiſſo antecedente, ac relatiuo proximo, ad remotiſſimam capiendi ac manducandi actionem dirigatur. Verum cum reliquis cauſis, me quoque à tua ſen-

tentià

tentia vis, & natura pronominis repellit, quæ (vti ſupra demonſtrauimus) poſcit, vt cum ſubſtantia propinquiſſima coniungatur: At quia tibi placet ad actionem referri, tantum apud me valet tua dignitas, vt hoc tibi donemus, modo ne pronomen (hoc) natura ac ſignificatione ſua exuas: ſi me ab hac æquitate non expuleris, non minus libenter debes mihi concedere, vt
" Dominus, dicens Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite, de oblatione facienda mandatum dederit Apoſtolis: dari enim pro nobis, inſtans erat actio, ac propinquiſſima: At eodem quod à nobis ſuprà diſputatum eſt, noſtra recidet (ſi hoc admiſeris) contentio, nam pariter ſubſtantiam corporis fieri demonſtrabis: dari enim non poteſt corpus Chriſti pro nobis, niſi fiat prius: à natura enim non habet panis, vt ſit corpus Domini: ſed prece myſtica fit nobis: vti docet Auguſtinus aduerſus Manichæum, quum eam coleret, quã tu propugnas, opinionem. Tam arcta ergo copula, inter ſe corporis effectio ac oblatio cohærent, vt à ſe diuelli non poſſint. Cyprianus ſolenni benedictione, verborumque pronunciatione, creari quotidie corpus, ſanctificari, ac benedici diuidique docuit in Cœna: Hoc probato, ſacerdos verbo omnipotenti facit corpus, atque offert, vt mandato Domini pareat: Verum quoniã ex hominum te iudicio ac auctoritate exemeris: tecum de Apoſtoli ſententia congrediar, vt oſtendam, mandatum Apoſtolos habuiſſe corporis faciendi: Calix (inquit) benedictionis quem benedicimus nonne communicatio ſanguinis eſt? Benedici poculum ſine actione non poteſt: agit enim qui benedicit, fitque benedictũ quod benedictionem recipit: Vnde ſequitur, è vino ſanguinem fieri, alioqui calicis benedictio eſſe non poteſt ſanguinis communicatio, ſed vini. Quum ergo vini poculum, adhibita benedictione, fiat ſanguinis Chriſti poculum: quid mirum eſt, ſi faciendi mandatum, ad demonſtratam proxime ſubſtantiam applicuerimus: ut præſcriptum eſſe è Domino iudicemus, corporis & ſanguinis

Lib. 20. ca. 13. aduerſus Manichæos.

In Cæna

guinis

guinis faciendi, antequam manducetur ac bibatur.

Totius diſpenſationis ſalutis noſtræ memoriam in Cœna celebrari. *Cap.* II.

DE memoriæ celebratione fuit deinde nobis negotium: Fratres tui ad paſſionis tantum memoriam, dictum Domini cogebat ac coarctabant: vt nihil extra paſſionem, memoria celebrandū edixerit Dominus: ego contra contendebam, vim inferri verbis Dei, neque ſic ea capi oportere, quaſi præter paſſionem nihil eſſe memoriam repetēdum præſcripſerit, ſed ſecundum veterum ſententiam, memoria corporis, incarnationem, omnemque ſalutis diſpenſationem contineri, reſurrectionem, atque aduentum. Ad huius rei confirmationem vſus ſum Gelaſii tu teſtimonio, quo tu Franciſci Regis aſſenſionem tibi concilias: Certe (inquit) imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti actionem myſteriorum celebratur: Sed ſi paſſionis ſolius memoria eſt, non corporis faciendi: non poteſt Gelaſii ſententia ſubſiſtere. Audi ergo quomodo corporis ſimilitudinem, cum myſterio Cœne conferri poſſe intellexerim. Angeli nuntio, virgo Maria ſalutata, & benedicta, Spiritu Sancto in ipſam ſuperueniente, eamque virtute altiſſimi obumbrante, de Spiritu Sancto concepit, & verbum caro factum eſt: Sic verbis Chriſti Dei, ab ipſomet pronunciatis, panis & vini creatura benedicta, fit corpus ac ſanguis Domini. Item caro Chriſti, infuſione diuinæ eſſentiæ diuina effecta, vt in ea in habitet plenitudo diuinitatis corporaliter, deſiuit eſſe communis. Ita tamen vt nihil eorum quæ homini accidere ſoleant, immutatum ſit, ſed peccato excepto, remanſerit caro in ſuæ naturę proprietate: id eſt, accidentibus: Sic panis, infuſione diuinæ eſſentiæ, impletur Spiritu Sancto, atq; tranſitione in diuinam ſubſtantiam, deſinit eſſe panis, ſed fit corpus diuinum, tantum vt nihil earum rerum quæ pani accidunt, immutetur,

tetur, ſed remaneat in naturæ ſuæ proprietate, id eſt, propriis accidentibus. Hæc memoria eſt corporis, quæ panis conſecratione nobis obducitur: Inſuper oblatione corporis & ſanguinis conſecrati, ac mutati, Chriſti agni mors annuntiatur (authore Paulo) donec veniat. Lege enim, oblationẽ in ſacrificium, neceſſario mors inſequitur. Hoſtiæ ſacratæ fractio, ac manducatio, mortem etiam approbat. Præterea ſpes reditus, quam nobis excitat Paulus, donec veniat Dominus, reſurrectionis fidem facit: Hoſtiam enim cæſam, niſi reuixerit, redire non poſſe compertum eſt. His auditis rebus, Apoſtolis tuis in mentem nihil venit, quo me ab hac fide deturbarent.

De ſanguinis effectione mortiſque nunciatione. Cap. 12.

SVcceſſimus in huius verbi biberitis conſiderationem: ſimiliter (inquit Paulus) & poculum poſtquam cœnauit dicens, Hoc poculum nouum teſtamentum eſt in ſanguine meo, hoc facite quoties biberitis in mei memoriam. Quid (inquam) facietis in Chriſti memoriam? An putas Paulum docuiſſe, vt quoties ſitis extinguendæ gratia, biberent Chriſtiani, mortem Domini annuncient? Huius hæc ſane non potuit eſſe ſententia, aliud ergo faciendum edixit: Præterea vis actiua huius verbi biberitis, aliquid bibendum poſcit: non poteſt abſolute capi: quid ergo bibetis? nunquid poculum ſanguinis, virtute Spiritus ſancti, in Chriſti corporis memoriam effectum? Hoc ſane rationem habet. Nam paulo poſt ſubiicit. Qui calicem Domini bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. ſanguinem ergo in ſui memoriam, Apoſtolis faciendum Dominus imperauit, antequam hunc biberent, Huius rei rationem exponit Apoſtolus dicens: Quoties enim biberitis hoc Domini poculum, mortem Domini annunciatis: niſi ergo adhibita benedictione poculum, vi Spiritus Sancti (vti verbum caro factum eſt) in Chriſti memo-

memoriam efficiatur, huius potu, mors Domini non annunciatur: Sed quare potu facti ſanguinis, factique corporis manducatione, mors annunciatur, non potius vita quæ manducando fouetur ac producitur? Id ei non erit intellectu difficile, qui ex ſuperiori capite didicerit, quis ſit calix Domini, & qua ratione id nominis habeat: quæve menſa ſit Domini. Vt Paulus oſtenderet quomodo de corpore Domini ſecundum carnem participetur, Iſraelitarum obduxit exemplum: Videte (inquit) Iſrael ſecundum carnem, nunquid qui Hoſtias edunt, participes ſunt altaris? Ergo non ſecus corporis erimus ſecundum carnem participes (nam de Spiritu fide participatur induiturque non manducatur Chriſtus) ac Iſraelitæ ſecundum carnem eſſent altaris participes. Deinde vt ſententiam ſuam dilucidius aperiret, addidit, Quæ gentes immolant, dæmoniis immolant, non Deo, nolo vos communicantes eſſe dæmoniorum: Hoc dixit vt intelligatur ſine immolatione, ſecundum carnem, corporis communicationem perfici non poſſe: Confirmationis loco ſubiicit. Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum, non poteſtis eſſe menſæ Domini participes & menſæ dæmoniorum? Vtrumque calicem vocat: ſi ergo calix dæmoniorum eſt, quia dæmoniis immolatus: calix & Domini dici debet, quia Deo immolatus: Si menſa & altare dæmoniorum dicantur quia immolationi dicata: menſa item Domini, non alia ratione dici debet, quàm quia ſacrificio dedicata: Non hæc ergo fuit Apoſtoli ſententia, vt Calix Domini dictus ſit, quia in alium vſum inſumatur quàm communis: ſed quia Deo immolatus. Nam auctore Hylario: Omnis comparatio ad intelligentiæ formam præſumitur, vt id de quo agitur, ſecundū exemplum propoſitum aſſequamur. Ergo ſecundum propoſitum exemplum aſſequimur, Paulum calicem Domini vocaſſe, quia Deo, ſanguine litet Eccleſia, alioqui nihil eſſe poteſt ab exemplo propoſito alienius: nulla enim ſacrificii & immolationis, ad rem non immola- *De Trin. lib. 8.*

tam

tam ratio, ac proportio eſt.

Ab his dictis docebimur, manducatione corporis immolati, eiuſque potu ſanguinis, eo ipſo, mortem Domini anunciari: non quòd adhibenda verba ſint, aut elaboratæ veſtræ in eam rem conciones, ſed quia impoſſibile ſit Hoſtiam manducari, bibiq́ue ſanguinem immolatum, quin oblatio, morſque huius annuncietur: Verbum καταγγέλλετε quo vſus eſt Apoſtolus, huic ſententiæ nos confirmare poteſt: eſt enim modi indicatiui & temporis præſentis, quo nobis indicauit Apoſtolus, eo ipſo (uti ſupra demonſtratum eſt) ſanguinis immolati potu, mortem vel ab inuitis ac tacentibus quibuſcunque annuntiari: non ergo à Miniſtri concione, verbiſque pendet mortis annuntiatio, ſed ab ipſius immolationis potu ac manducatione.

Hinc contra tuam traditionem concludo, affirmoq́ue præcepto Domini, poculum ſanguinis, quo teſtamentum ſuum obſignauit Chriſtus, & cuius in Cœna eſt communicatio, inuocatione verbi fieri oportere antequam bibatur. Item huius non ſolum ſecundum Spiritum, ſed & ſecundum carnem fieri à nobis communicationem oportere, nec aliter quàm corporis manducatione ac ſanguinis potu hanc fieri poſſe. Præterea eo ipſo vel à mutis mortem Domini annuntiari, quòd immolatus bibatur ſanguis: Quare nullo modo à vobis annuntiari certum eſt.

Si panis quem frangimus corporis Domini figura ſit, hunc non poſſe corporis eſſe participationem, ſed figuræ. Cap. 13.

AN ſub ſpecie panis Chriſti lateat caro, ac ſub vini ſpecie, ipſius lateat ſanguis, ex his Pauli verbis oſtendi poſſe iudico. Calix benedictionis quem nos benedicimus nonne communicatio ſanguinis eſt? panis quē frangimus nonne participatio cor-
« poris Domini eſt? Nulla ſane poteſt ſecundum hoc, in-
« ter ſanguinis communicationem, poculumq́ue benedi-

ctione ſacratum, intermitti differentia: nullaue inter corporis participationem, & quem frangimus panem intereſſe debet, ſed corporis participatio, eſt panis ipſiſſimus: vnaque cum poculo res, ſanguinis eſt communicatio: non figuratur. Ergo à panis, quem frangitis, ac calicis veſtri diffinitione, intelligemus, cuius rei ſit vobis communicatio, cuiuſue corporis participatio. Certum eſt vini veſtrum eſſe poculum, panemque triticeum eſſe, eum quem frangitis. Quum ita habeat non etiam dubium eſt, non poſſe veſtram participationem alterius eſſe rei quàm quæ à vobis frangitur, contra Paulum à cuius ſententia diſſidetis, quia veſtra opinio in Eccleſiæ religione non acquieſcit, cibum poculumque veſtrum, à coporis & ſanguinis Domini diſparatum diuerſumque eſſe ſtatuentes, vmbram pro veritate amplexati.

Panem non magis Participationis corporis figuram eſſe poſſe, quàm ſumus vnius panis figura, de vno edentes pane. Cap. 14.

Qvum ergo panem corporis participationem, ac poculum veſtrum, ſanguinis eſſe communicationem doces, quia harum rerum figuram ac ſymbolum, haſque duxeris res diſparatas eſſe, id ſi in tuam gratiam admiſerimus, euadere non poteris, quin pro eo nobis dones, nos qui de vno pane participamus nō poſſe vnum eſse panem, ſed huius ſignum ac figuram: ita enim noſtra in corpus vnum reductio figurari à te debet vti à panis fractione corporis diuini participatio figuretur. Nam Paulo de vno edentes pane, vnus ſunt panis, vti qui frangitur panis, diuini eſt corporis participatio: verbum enim ſubſtantiuum, vtrobique ſuam ſeruat ſignificationem: Sed Paulus à dæmoniorum calicis exēplo, Hoſtiarumque manducatione comprobat: Calicē Domini non eſſe figuram ſanguinis: Videte (inquit) Iſrael ſecundum carnem, nunquid qui Hoſtias edunt parti-

participes ſunt altaris? Hæc autem ineptiſſima eſſet comparatio, niſi ſecundum carnem & ſpiritum ita corporis Domini non huius figuræ eſſemus participes, atque Iſrael, ſecundum carnem & Spiritum, altaris fuit particeps: niſique ita ſecundum carnem & ſpiritum, Hoſtias noſtras non earum vmbras manducaremus, ac Iſraelitæ manducabant. Hoſtia ergo vel ſecundum carnem vtraque eſſe debet, non huius figura, aut ſolum ſymbolum, alioqui ab equis (vt aiunt) ad aſinos, ſimilitudo procederet: Igitur ſi figura eſt panis quem edimus, non veritatis corpus, hic panis, corporis non poteſt eſſe participatio, ſed figuræ: nam huius rei eſt participatio cuius fractionem eſſe fatearis. Huic ſententiæ ſubiecta verba, omnem adimunt dubitationem. Non " poteſtis (inquit) calicem Domini bibere & calicem " dæmoniorum: Si ſecundum carnem ſymbolicus eſt Dominicus calix, ac ſymbolice bibitur, ſubſtantialiter autem Iſraeliticus calix, altaris eſt participatio & bibitur, nulla (vel à ſtultiſſimo) ineptior duci potuit comparatio. Item non poteſtis menſæ Domini eſſe participes, & menſæ dæmoniorum, ſi nullam ſecundum carnem habeat menſam Dominus, dæmones autem menſam habeant & altare, quorſum hæc participationis menſæ à Paulo facta memoria eſt? Sed ſi hac in re menſæ ad menſam nulla ſit diſſimilitudo, nec calicis ad calicem differentia eſſe poteſt. Si ergo (vt ad propoſitum redeat oratio) calix Domini, figura ſit, non veritatis corpus, menſaque altare non ſit, dæmoniorum calix, figura erit etiam non poculum, menſaque non altare, ſed altaris figura dici debebit. Atque Hoſtiæ manducatio, non altaris erit participatio, ſed huius rei figura contra Paulum dicenda erit.

Corpo-

Corporis participationem per metonymiam pro ipſo corpore uocari. *Cap.* 15.

HAec dicenti mihi noua emergit difficultas, participatio ac communicatio nó conſiſtunt ſubſtantia, ſed in motu conſiderantur: nam participationis opus, motus eſt participantis: panis autem ſubſtantia eſt: nec proprie motus dici poteſt: nó enim motus, ſed corporea res frangitur, vnde Paulus erraſſe dicédus ſit docens, participationem eſſe panem quem frangimus: Contra hanc difficultatem, tuæ metonymiæ præſidio rationem, noſtramque ſententiam præmuniui: iudicaui participationem à Paulo non pro motu, ſed pro re cuius eſt participatio, acceptam eſſe, vt perinde dictum eſſe intelligatur, quum dixit Panis eſt participatio corporis, ac ſi dictum fuiſſet, panis eſt corpus cuius eſt participatio: & ſanguinis communicatio, perinde ac ſi dictum fuiſſet, Calix ſanguinis Domini res cuius eſt communicatio: vt pariter nobis neceſſario tranſubſtantiationem prædicauerit Apoſtolus, ac defitionem ſubſtantiæ panis, in carnem.

Cibum & poculum gratiarum actionis & benedictionis nomen ſortiri per metonymiam, quòd ui benedictionis immutentur. Cap. 16.

HOc exemplo panis & vinum aqua mixtum, Dei verbum percipiens (vt ait Irenæus) fit gratiarũ actio corporis & ſanguinis Domini: non quòd euaneſcant ſubſtantiæ, in motumque definant: ſed quia vi uerbi gratiarum actionis, ſubſtantiæ in carnem & ſanguinem tranſeant, per metonymiam gratiarum actionis nomen obtinuerunt: Quemadmodum exemplo à te propoſito, circunciſio fœderis nomen habet, quia circunciſione fœdus initum ſit. Iuſtinus Martyr εὐχαριϛηθεῖσαν τροφὴν id eſt cibum (vt ita loquar) Euchari- *Irenæus.* *Iuſt. Martyr in Apoſt. 2.*

ſtiaſatum nominauit, & Irenæus creaturam in qua gratiæ actæ ſunt, alii cibum gratiarum actione conſecratum: Eo modo, poculum eſt in ſanguine teſtamentum, non quòd in poculum dicatur teſtamentum tranſubſtantiatum eſſe, ſed quia ſanguine ſuo Ieſus Chriſtus teſtamentum (vt docet Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem) obſignauerit: Item Petra Chriſtus dictus eſt, non quòd in petram tranſmutatus, ſed quia eius virtute aqua ex petra effluxerit.

Corporis participationem pro effectu capi non poſſe. Cap. 17.

SI vt te hinc expedias, ad effectum ſuffugeris, veliſque participationem corporis, pro participationis effectu capi: ad eas è quibus es elapſus anguſtias, effectus diffinitio te reuocat: is enim non eſt ſubſtantia: nec panis ſubſtantia eſt panis effectus, quamuis is effectus à pane procedat, nec ſane de panis effectu inter nos participamus, vt vnus panis vnum corpus ſimus, ſed de ipſo pane participamus: Nam quia ſecundum carnem & ſpiritum vnus panis vnum corpus ſumus, de vno pane, non de effectu itidem participamus. Præterea quoniam neceſſario qui de uno corpore communicant, id ipſum efficiuntur, ſi de effectu eſt participatio, in effectum, non in corpus euaderemus, inque effectu maneremus, quum is in nobis maneret: nam qui manducat carnem meam, non dicit, effectum carnis, in me manet, non in effectu, & ego in eo. Ex his rebus concludo, participationem corporis per metonymiam, pro re cuius eſt participatio capi oportere: vti Euchariſtia, ac eulogia dicitur corpus & ſanguis Domini: vnamque & eandem cum pane qui frangitur rem eſſe: vt in corpus Domini, deſinat, id ipſumque efficiatur. Præterea hoc miraculum, non ſola fide, ſed vera panis ſanctificatione benedictioneque fieri vt ſine his rebus, corporis Domini participatio, ſanguiniſque communicatio exiſtere non poſſit; Præterea hoc noſtrum myſterium, non

ſolum

ſolum participationis ac communicationis finibus concludi ac contineri: ſed etiam ſacrificii, ſic vt panis quē frangimus, tam ſacrificium ac immolatio dici debeat, quàm, quæ à Gentibus dæmoniis immolatur, Hoſtia dici poſſit: denique menſa dæmoniorum altare eorum eſt, ſic menſa Domini, huius altare dici debeat: Conſequenter errare qui panem noſtrum, id eſt corporis participationem, ſanguiniſq; communionem, figuram, nō veritatis eſſentiam nuncupant: ac profitentur ſacramentaliter, ideſt figurate ſolum, non ſecundum ſubſtantiam, aliena ſpecie, in Cœna obtectum corpus eſſe Domini: Nam qui figurate ſolum, non naturaliter ac ſubſtantialiter in ſacramento, ac ex Sacramento corpus ſe ſumere exiſtimant, re uera corpus ſe manducare dicere non poſſunt, ſed phantaſtice ac imaginarie, quod enim in figura eſt, vere realiterque eſſe non poteſt. Paulus etiā ſacrificium noſtrum his verbis oſtendit ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον: nam zelo affici non deberet Dominus ab honore diſſimili, ſi noſtra menſa non eſſet ſacrificio deſtinata, nec quæreretur Paulus, quòd honorem Deo dignum, demoniis impertiremus: de menſa autem, non effectu animoque ſolo loquitur Paulus.

Per fidem hominis ſolam abſque corporeo miniſterio, nos in Chriſti carnem conuerti non poſſe. Cap. 18.

TVi clientes nos ferre non potuerunt intelligentes. ſecundum carnem in Cœna, de Chriſti corpore participari oportere, mihique illudebant quum exemplo Euæ ac Adami ex Pauli ad Epheſios ſententia noſtram copulationem intelligi debere contenderem: Catechiſmique tui ſacroſanctis verbis me ſummouebant, vbi doces *Communionis noſtræ myſterium, Euangelij prædicatione, fide veſtra interpoſita confici, reiecta corporali ſubſtantiarum coniunctione*. Hæc audiens ex illis quæſiui, hoc Sacramentum, tanto ſtudio à Paulo commendatum, eſſetne imaginarium: Eſſe negantes deinde in-

 terrogaui,

terrogaui, quomodo id accidere arbitrarentur: Rurſus, vbi opera Spiritus Sancti, id fieri reſpondiſſent: quæſiui, ſi ad hoc miraculum reuera nihil niſi Spiritum ac fidei manducationem attuleritis, quomodo Apoſtoli, ad quos nondum Dominus Spiritum miſerat, caro Domini effecti fuerint, aut quomodo vos caro ex eius carne, os ex eius oſſibus efficiamini, nunquid eo modo id credatis effici, quo verbum caro factum ſit? An verò ſine verbo, Spiritus in carnem veſtram effuſio, abſque diuinæ carnis interuentu efficiat, ut caro veſtra in carnem Chriſti, locorum (vt ais) interuallo à vobis diſtantē, inſeratur, aut mutetur? Huius rei Apoſtolis tuis nullam rationem aut modum ineuntibus, oſtendi neutrum horum accidere. Nam ſi eo modo, quo verbum caro factum ſit, id eſt Spiritu, verboq; intercedente, intellexeritis vos, carnem Domini fieri, erratis, Spiritus enim caro veſtra potius fieret, vti verbum caro factum eſt, aut vos in Spiritum euaderetis, quo ſtultius ad corporis immortalitatem excogitari nihil poſſet; præterea ad verbũ Domini, angelum quoque eius, intercedere ad hoc miraculum oporteret, vti acceſſit ad incarnationem verbi: nam vix mihi perſuadebo, hanc vim fidei veſtræ à Deo tributam eſſe, vt poſſit vitam Domini, re vera exiſtentem in eius corpore, ad dexteram Patris ſedentę, educere vt ſimul abſens à Cœna veſtra ſit ſubſtãtialiter, & preſens ſpiritualiter, id eſt, non eſſentialiter & uere; nam Spiritus vitæ nõ eſt nobis à Chriſto ſine carne ſua promiſſus. Quum ergo à Cœna, diuinæ carnis præſentiam ablegetis, & proſcribatis, effici non poſſe affirmaui, vt caro veſtra cum ea coniungeretur, quam minime contingat; nec obſtare quòd per fidē operationis Dei, corpus Domini effici te poſſe putes abſq; corpora manducatione, ſicuti per Baptiſmo in mortem, ſimilitudini mortis complantamur & ſepelimur: non enim magis operatur fides in ſacramento corporis, quàm Baptiſmatis, & vti ſine corporeo lauacro fides operationis Dei, non tibi præſtat quod Baptiſmo conſequeris, ſic

nec

nec ipſa tibi dabit, quod manducatione conſequi debeas. Præterea adductus tuę traditionis authoritate, id accidere negaui poſſe: quum ad carnis diuinæ manducationem ſolas animas admittas, hinc corpora ſubmoueas, ac expellas: quamobrem ſi Spiritus illa veſtra manducatio, hanc vim conuerſionis, aut vnionis ſecũ habet coniunctam aut inſitam: carnem Chriſti in animam inſeri potius, aut animam in carnem eius exiſtimarem. Item ſi huic opinioni tuæ diffiſus, à manducatione animam cœperis excludere, atque in eius rei vicem, Spiritus infuſionem introduxeris, ſpiritum vos fieri decet: nam authore Domino ex Spiritu caro non naſcitur, ſed Spiritus. Hinc perſuaſum habeo veſtram inſitionem, aut corpoream coniunctionem, oſſiumque cũ oſſibus compoſitionem, eſſe imaginariam ac phantaſticam, depromptam ab ideis Richerianis aut Platonicis.

His rebus examinatis, ſupereſt, vt quorundam Patrum ſententias excutiamus, quibus tui diſcipuli grauiſſime nos ad eleuandam tranſubſtantiationis fidé, & ad tuam ſignificationem aſſerendam, oppugnarunt.

Imprimis Irenæi (quòd eo authore me plurimum delectari intelligerent) auxilium accerſiuerunt: ſed ſuppreſſa ea doctrinæ parte, quam contra vos pugnare perſpexerant, *Panis* (inquiunt) *communis percipiens vocationem Dei, fit Euchariſtia, duabus rebus conſtans, terrena & cæleſti.* Ex his verbis Irenæum docuiſſe coniectura proſequuti ſunt, Euchariſtiam verbo non mutatam eſſe, ſed terrenam panis ſubſtantiam, integram manere, eamque vobis indicare animæ veſtræ, cœleſtem cibum eſſe Ieſum Chriſtum. Sed vt huius coniecturæ vanitas appareat: integram viri ſancti ſententiam appingemus: hac lege, vt ſi velitis eius aſſentiri religioni, & doctrinæ, atque ex ea me expugnaueritis, ſententiam obtineatis: Is Valentini refellebat Hæreſim, carnis ſalutem abnegantis, & animam carne Chriſti cœleſti in ſpem vitæ æternæ educari affirmantis.

Irenæus docet corpora non animas ali carne & ſanguine Domini. Cap. 19.

ILle verò ali non animas ſolas, carne Chriſti & ſanguine materiali, ſed homines oſtendit: vnde fieri nõ poſſe colligit, vt corpora videant interitum: Huius
" verba ſunt hæc. Offerimus autem Chriſto, quæ ſunt
" eius, congruenter communicationem & vnitatem præ-
" dicantes, carnis & ſpiritus. Si Euchariſtia diuinitate vacua ſit, ſed ſola conſtet terreſtri ſubſtantia, quomodo corpus Chriſti, re terrena, cœleſtiq; conſiſtere, prædicare poterit? earumque rerum vnitatem comproba-
" re? Proſequitur. Quemadmodum enim qui à terra eſt
" panis, percipiens inuocationem Dei, iam non commu
" nis eſt panis, ſed Euchariſtia duabus rebus conſtans,
" terrena & cœleſti, ſic corpora noſtra percipientia Eu-
" chariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurre-
" ctionis habentia.

Quomodo intelligi debeat Irenæi de Euchariſtia ſententia. Cap. 20.

VBi (inquit) panis perceperit verbum Dei, definit eſſe panis communis. Ergo eſſentiæ diuinæ, infuſione, ac perceptione, panis quod erat, eſſe deſiit, reſque noua factus eſt: Mutatur ergo panis, in id quod eſſe cœpit, atque hoc modo à priore ſubſtantia in diuinam tranſit, vt vbi prius ſola terrena ſubſtantia conſtaret, poſt mutationem duabus ſubſtantiis, terrena & cœleſti cõſiſtat. Hæc autem terrena materia, qua poſt verbi perceptionem panis conſiſtit, eane eſt qua præditus erat ante ipſam verbi præceptionem? vt additione, verbique perceptione, nunc conſtet illa propria vetere natura, ei addita cœleſti? Si ita eſt, panis non deſiit eſſe communis. Nihil enim acceſſione verbi, ab eo detractũ aut immutatum eſt. Sed communis exiſtens ea creuit ac

ceſſione.

ceſſione. Quòd ſi hac tantũ ratione quòd creuerit, hunc eſſe communem deſiuiſſe putetis, expedite mihi quomodo fieri poſſit. vt res prophana, id eſt panis materia, diuinitatem ferre poſſit, vt communione ipſius diuinitatis, diuina non efficiatur, ſicuti caro, quæ ex Maria Virgine, diuina facta eſt. Hoc ſi probare non poſſitis, Eccleſię aduerſari deſinite, docenti Euchariſtiæ ſubſtantiã non eſſe panem, ſed fieri diuinam verbi carnem.

Verum domini citra carnem verbi, manducari non poſſe. Cap. 21.

SI Ireneum docuiſse non intellexeritis, diuinam eſſentiam, in Sacramentum infundi, ſed ſeorſum ab ipſo, ab anima verbum comedi, vnà quum panẽ corpus manducat: delete, hoc vocabulum, duabus rebus conſtans. Nam ſi ſeorſum à pane, verbum Dei manducetur ab anima, Euchariſtia eo ipſo vacua, hoc non poterit cõſtare. Si enim verbo conſtiterit, ipſum verbum, tã pars, erit Euchariſtiæ, quàm res terreſtris: Addam quoq; vos in blaſphemiam maximam incurrere, ſi putetis ab anima veſtra verbum vitamq́ue, ſeorſum à corpore Domini mãducari: Chriſtum enim ſoluitis, atque animam veſtram beneficio paſſionis excluditis, quæ non edat corpus paſsũ. Caro enim, non autem diuinitatis eſsentia, quæ in carne eſt, paſsa eſt.

Si Euchariſtiæ ſubſtantia non tranſeat in Diuinam, eam tribus rebus conſtare. Cap. 22.

QVòd ſi verbi eſsentiam à carne non excludatis: ſed corpus integrum in pane edi contendatis, eaque ratione Euchariſtiam corpore Domini conſtare dixeritis, quòd corpus Domini cum pane integro cohæreat, tribus rebus conſtabit Euchariſtia contra Irenæum, propria terrena ſubſtantia, & corpore Domini duabus rebus conſtante, terrena ex Maria

tia virgine,& cœleſti verbo Dei.

Panem in quo gratiæ actæ ſunt eſſe corpus Domini. Cap. 23.

VNa mihi res, documento eſt, Irenæum credidiſſe, panis materiam in carnem, vinumque in ſanguinẽ Domini mutari: quòd omnibus locis, corpora noſtra ali, augeri, carneque & ſanguine Domini ſubſiſtere affirmarit: ut loco paulo ſuprà à nobis enarrato uideri poteſt. "Quomodo autem conſtabit eis, cum panem, in quo gratiæ actæ ſunt, eſſe corpus Domini, & calicem ſanguinis eius, non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt uerbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, & dat primum quidem fœnum, poſt ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica? Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire & non percipere uitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur? Vir Sanctus panẽ corpus Domini non magis ſignificare, uinumque ſanguinem aſſerit, quàm in remedium immortalitatis, uero corpore & ſanguine Domini, noſtra corpora conſiſtere aliq; doceat. Paulò poſt "Ergo, aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo quæ prædicta ſunt. Noſtra autem eſt conſonans ſententia Euchariſtiæ: & Euchariſtia rurſus confirmat noſtram ſententiam. Offerimus enim quæ ſunt eius, congruenter communicationem prædicantes carnis ac Spiritus. Quum eccleſia offerri Domino quæ ſunt eius demonſtrat, panem & uinum aut eorum ſpeciem non intelligit, ſed corpus & ſanguinem. Itẽ ſi ſeorſum à pane Chriſti diuinitas percipitur, hæcque non inſit in Sacramento corporaliter, eueniet vt aut Sacramento, non prædicetur carnis & Spiritus communitas, aut falſum ſit in Chriſti carne diuinitatem corporaliter inhabitare.

Vides ergo eo ipſo gladio in Eccleſiam à te diſtricto, tuam ſuſtodi conficique doctrinam. Nam gratiarum actione, panis, corpus Domini fieri oſtenditur, ipſumque ab Eccleſia ſub ſpeciebus offerri, humanamque carnẽ

ali oblato corpore & ſanguine. Et non ſecus in Chriſto incarnato,carni diuinitatem vnitam eſſe, quàm in ſacramento res terrena cum cœleſti cohæreat. Tandem conſideremus quid Euchariſtię vox ſignificet:Panis(inquit) ,,
communis eſſe deſinens,fit Euchariſtia corporis & ſanguinis:quid ergo fit? Vt Latinè loquamur fit actio gra- ,,
tiæ Dei omnipotentis: Paulus hanc eandem εὐλογίαν, ideſt,benedictionem vocat:Panis ergo tua confeſſione fit actio opuſque Dei: quomodo autem intelligemus panem exinaniri,vt in actionis motum deſinat? actio enim motus eſt,non ſubſtantia. Hunc in errorem te credo non incitabis,vt id putes. Sed quòd panis communis naturæ opus eſſe deſinens diuinæ gratiæ opus eſſe inceperit:verbi(vt ait Cyprianus) omnipotentia ſuperueniente. Secundum hæc Euchariſtia, id eſt, actio gratiæ, nomen eſt ſubſtantiuum, non eſt verbale, & pro re cuius eſt opus & actio,ab Irenæo ſumitur. Vti apud Paulũ panis quem frangimus,corporis Domini participatio, & Calix benedictionis, communicatio eſt ſanguinis,& ſalus,iudicium,vita,reſurrectio,redẽptio,pro re ac corpore cuius ij ſunt effectus accipiuntur:ſic & teſtamentũ calix dicitur,quia potu ſanguinis obſignatum eſt:oblatio ac ſacrificium pro re in ſacrificium æternum data,ac oblata:& apud uetuſtos Eccleſiæ ſcriptures ſacramentũ corporis,pro re(cuius eſt ſacratio) aliena ſub ſpecie latente,in incarnati Dei ſub communis carnis ſpecie latẽtis memoriam (vt ait Cyprianus) accipitur: Iuſtinus *Apolo. 2.*
martyr & gratiarum actionem,& cibum (ſi ita loqui liceat) Euchariſtizatum, id eſt, actione gratiarum affectum, vocauit.

Offerri deo corpus Ieſu Chriſti ab Eccleſia iuſſu Domini.
Cap. 24.

SVam ſententiam Irenæus 32.cap.4.lib. multò mani- ,,
feſtius oſtendit. Sed ſuis diſcipulis dans conſilium, ,,
primitias offerre Deo, ex ſuis creaturis, non quaſi ,,
indigenti,

" indigenti,ſed vt ipſi nec infructuoſi nec ingrati ſint: eũ
" qui ex creatura panis eſt,accepit,& gratias egit dicens,
" Hoc eſt corpus meum, & calicem ſimiliter, qui eſt ex
" ea creatura,quæ eſt ſecundum nos,ſuum ſanguinem con
" feſſus eſt,& noui teſtamenti nouam docuit oblationem
" quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mun
" do offert Deo. Non poteſt hæc ſententia in corporis ſi gnificationem detorqueri: Hac enim planum fit, Dominum creaturam vini poſt verbi perceptionem,ſuum ſanguinem confeſſum eſſe,nouique teſtamenti nouãm oblationem docuiſſe. Ex quo mihi mirum eſt, te pudore non affici,quum huius viri ſanctiſſimi,& orthodoxi authoritate, Eccleſiam oppugnas. Is ſimiliter mixturam calicis,quam tanto odio proſequeris, tuetur vehemen-
Li. 5.c.1 tiſſimè,Ebioneos hac re confutãs: Vani autem(inquit)
" & Ebionei,vnitionem Dei & hominis, per fidem non
" recipientes in ſuam animam,ſed in veteri generationis
" perſeuerantes fermento, reprobant itaque hi mixturã
" vini cœleſtis,& aqua ſola ſecularis volunt eſſe:non reci-
" pientes Deum ad commixtionem ſuam: Vide carnem diuinitati Chriſti non minus vnitã eſſe, quàm aqua vino
" permixta ſit. Paulò poſt: Et quoniam membra eius ſu-
" mus, & per creaturam nutrimur, creaturam autem no
" bis præſtat ſolem ſuum oriri faciens,& pluens quemad-
" modum vult,eũ calicem qui eſt creatura, ſuum eſſe ſan-
" guinem confirmauit,ex quo noſtra auget corpora. Vide
" ſecundum carnem,corpore Domini,noſtra ali augeriq́;
" corpora. Quando ergo & mixtus calix, & factus panis,
" percipit verbum Dei,fit Euchariſtia ſanguinis & corpo
" ris Domini Ieſu Chriſti:ex quo augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia. Lege Euchariſtiam fieri: Non autem fit panis: Aliud ergo quam panem fieri neceſſe eſt,
" vt Euchariſtia facta eſſe dicatur: Sequitur, Quomodo
" carnem negant capacem eſſe donationis Dei, qui eſt vi
" ta æterna,quę ſanguine & corpore Chriſti nutritur. Cõſidera vtrumque à te negari,quod hic acerrimè propugnat,creaturam qua viuunt corpora,fieri corpus,& ſanguinem

guinem Chriſti: ex quibus noſtra corpora augentur & conſiſtunt. Præterea vide mixturam calicis approbari, carnemque noſtram æterna vita, quæ eſt corpus pro nobis paſsum, in ſpem reſurrectionis, ali.

Ab Apoſtolicarum Eccleſiarum obſernatione ſacrificium Eccleſiæ probari. *Cap.* 25.

HAnc porro eſse Eccleſiæ incorruptæ fidem multis locis atteſtatur, vt lib.4. cap.64. Agnitio vera eſt, Apoſtolorum doctrina & antiquus Eccleſiæ ſtatus, in vniuerſo mũdo, & charactere corporis Domini, ſecundum ſucceſſiones Epiſcoporum, quibus illi eam, quæ in vnoquoque loco eſt, Eccleſiam tradiderunt quæ peruenit vſque ad nos cuſtodita ſine fictione, ſcripturarum tractatione pleniſſima. Nota ab Euchariſtia charactere corporis Domini, religionis integritatem approbari, & quid ſit character cõſidera. Item lib. 3.ca. 2. Quum autem ad eam iterum traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quę per ſucceſſiones presbyterorum in Eccleſiis cuſtoditur, prouocamus eos, qui aduerſantur traditioni. Item cap.3. Traditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in Eccleſia adeſt perſpicere omnibus, qui vera velint audire, & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopos in Eccleſiis, & ſucceſsores eorum vſque ad nos: Sed quoniã valde longum eſt, in hoc tali volumine, omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, & glorioſiſſimis duobus, Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos indicantes, confundimus eos omnes qui quoquomodo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſententiam, præterquam oportet, colligunt: Ad hanc etiam Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſse eſt omnem conuenire Eccle-

ſiam,

" ſiam, hoc eſt eos qui ſunt vndique fideles: in qua ſemper
" ab his qui ſunt vndique conſecrata eſt, quæ eſt Apoſto-
" lis traditio. Fundantes igitur & inſtituentes beati Apo-
" ſtoli Eccleſiam Lino Epiſcopatum adminiſtrandum Ec
" cleſiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quæ ſunt
" ad Timotheum epiſtolis meminit. Succeſſit ei Anacle-
" tus, poſt eum tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum ſor
" titur Clemens. Clementi ſuccedit Euariſtus. Euariſto
" Alexander: Ac deinceps ſextus ab Apoſtolis conſtitu-
" tus eſt Sixtus, ab hoc Theleſphorus, qui etiam glorioſiſ
" ſimè martyrio finiuit uitam. Deinceps Iginus, Poſt Pius
" poſt quem Anicetus. Quum autem Aniceto ſucceſſiſſet
" Soter, nunc duodecimus ab Apoſtolis loco Epiſcopatũ
" habet Eleutherus. Hac ordinatione & ſucceſſione, ea
" quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ traditio, & veritas, & præ
" conatio, vſque ad nos, & eſt hæc pleniſſima vnam & ean
" dem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apo-
" ſtolis vſque nunc ſit conſecrata & tradita in veritate.
Quũ hunc ex Apoſtolorum traditione, panem fieri cor pus Domini docere videas: hoc etiã corpora noſtra paſci: præceptum Apoſtolis à Domino datum corporis offerendi, ne infructuoſi, & ingrati ſint, viniq́ue miſcendi. Noli hãc à natura tributam tibi dicendi facultatem huc conferre, ac inſumere, vt orationis artificio & viribus, aut exquiſitis verborum illecebris, incautos irretias: vt ab Apoſtolica doctrina deducas: noli aliorſum ſynceram viri ſanctiſſimi fidem, & religionem interpretari, atque ab eo enunciata ſit. Aequum eſt te huius authoritatem approbare, quem in teſtem acceſſis.

Quod Tertulliani teſtimonio non bene vtantur Caluiniani ad ſuã doctrinam. *Cap. 26.*

Lib. 4. aduerſus Marcion.

TErtullianum in Eccleſiam etiam ad tui commenti confirmationem promoues. Huic vtinam fidẽ adhibeas Quantum ad me attinet, tibi ſpondeo, ſi huius iudicio ſtare conſenſeris, me ab eius ſententia minimè

minimè prouocaturum. Vnum huius dictum in veſtram rationem inflectitis,conciſum,& diſtortum,vt à lectoribus agnoſci non poſſit.*Hoc eſt* (inquitis) *corpus meum,id eſt,figura corporis mei.* Hoc qui legit ſolum, nihil habet quod aduerſus poſſit obducere. Sed qui plenam authoris ſentētiam legerit,& perſpexerit,laqueos veſtræ traditionis facilè declinabit.

De veteris teſtamenti figura Tertullianum loquutum eſſe, non de Eucharistia, *Cap. 27.*

FAlſas Marcionis antitheſes, Tertullianus hoc loco refutat,is in nouo teſtamēto in eſſe nihil, quòd vetere non fuerit adumbratum oſtendit,& panem vnam ex figuris fuiſſe, quam in Cœna Dominus impleuerit , vt ſuperiori eius oratione verbis expreſſiſſimis declaratur . Huius verba ſubiecimus. Nam ex tot feſtis Iudæorum,Paſchæ diem elegit.In hoc enim ſacramentum pronunciarat Moſes : Paſcha eſt Domini . Ideo & affectum ſuum oſtendit,concupiſcentia concupiui manducare hoc Paſcha vobiſcum,antequam patiar.O legis deſtructorem,qui concupierat etiam Paſcha obſeruare, nimirum vervecina illum iudaica delectaret ? An ipſe erat qui tanquam ouis ad victimam adduci habens,& tā quam ouis coram tondente,ſic os non aperturus, figurā ſanguinis ſui ſalutaris implere concupiſcebat ? Quum Tertullianus Dominum affirmet , in Cœna ſanguinis ſui ſalutaris figuram impleuiſſe , quomodo vinum ſanguinis eſſe figuram dicere potuit ? nam figuræ complementum ſimul,& figura eſſe non potuit. Paulò poſt,Profeſſus itaque ſe concupiſcentia concupiuiſſe edere Paſcha,vt ſuum inquit (Indignum enim erat vt quid alienum concupiſceret Deus)acceptum panem & diſtributum diſcipulis,corpus ſuum illum fecit.Poteriſne ex his verbis concludere,& aſſequi iudicio,hunc panem diſtributum,non niſi eſſe panem credidiſſe,quum dicat, effectum eſſe à Domino corpus ſuum, vt Paſcha , non autē verue-

veruecinam manducaret? Sed verba hæc ſequentia, te
" in figuræ opinionem inducunt, dicendo, Hoc eſt corpus
" meum, id eſt, figura corporis mei.

Caſum nominatiuum pro ablatiuo abſoluto à Caluinianis uſurpari in ſententia Tertulliani. *Cap.* 28.

EXponis hoc vocabulum (figura) nominatiuum caſum occupare, cum ſit ablatiuus abſolutus, quaſi dixiſſet, è figura corporis mei eſt corpus. Hæc
" ſunt Tertulliani verba: Figura (inquit) non fuiſſet, niſi
" veritatis eſſet corpus. Vide cuius temporis hæc verba ſunt: niſi prius panis figura fuiſſet, nunc non eſſet veritatis corpus. Si nunc ſit veritatis corpus, deſinit eſſe quod
" fuerat. Paulo poſt: Cur autem panem corpus ſuum ap-
" pellauerit, & non magis peponem, quem cordis loco
" Marcion habet, non intelligens veterem iſtam figuram
" corporis Chriſti, dicentis per Hieremiam. Aduerſus
" me cogitauerunt cogitationes, dicentes: Venite con-
" iiciamus lignum in panem eius ſcilicet crucem in cor-
" pus eius. Itaque illuminator antiquitatum, quid tunc
" voluerit panem ſignificaſſe, ſatis declarauit, corpus
" ſuum vocans panem. Chriſtum antiquitatum illuſtratorem vocat, non figurarum nouatorem, eumq; oſtendiſſe docet, cuius rei antiquitus panis figura fuerit.

Nouum teſtamentum ſanguine Chriſti obſignatum docet Tertullianus, atq; ſanguinem in vino conſecrari. *Cap.* 29.

VT Tertullianus teſtatiorem nobis ſuam ſententiam relinqueret, ſubiecit. Sic & in calicis mentione teſtamentum conſtituens ſanguine ſuo ob
" ſignatum: Teſtamentum (inquit) ſanguine obſigna-
" tum: Quid tibi videtur Caluine doctiſſime? nunquid orationis artificio poteris nobis illudere: vt credamus teſtamentum figura, & ſigno ſanguinis obſignatum eſſe, non ſanguine: Sed inſequens authoris oratio, tibi ad
eam

eam rem impedimento eſſe poterit, niſi doctiſſimis rationibus inſtructus acceſſeris. Huic enim ſententiæ ſubiungit, ſubſtantiam corporis ſui confirmauit. Vinum „ autem corporis diuini ſubſtantiam confirmare non potuiſſet. Quid enim eſt vino ad corpus? Addit Paulo poſt. Vt autem & veterem ſanguinis figuram recognoſcas, „ aderit Eſaias, Quis (inquit) aduenit ex Edom, rubor „ veſtimentorem eius ex Boſor: ſed decorus in ſtola violenta, cum fortitudine. Quare rubra veſtimenta tua & „ indumenta ſicut de foro torcularis pleno conculcato? „ Molto manifeſtius Geneſis in benedictione Iudæ: ex „ cuius tribu carnis cenſus Chriſti proceſſurus, iam tunc „ Chriſtum in Iuda delineabat: Lauabit (inquit) in vino „ ſtolam ſuam, & in ſanguinem vuæ amictum ſuum, ſtolam & amictum carnem oſtendens, & vinum ſanguinẽ: „ ita & nunc in vino ſanguinem conſecrauit, quem tunc „ in vino figurauerat. In verba hæc animum intende: Sanguinem conſecrauit quem tunc in vino figurauit, non dixit vinum conſecrauit, ſed ſanguinem. At quomodo factum id fuiſſe putas, niſi ſub vini ſpecie, ſanguis benedictione factus ſit? Cæterum qui dicit, quem tunc in vino figurauit, vultne oſtendere præſentem etiam figuram? qui potuit apertius ſuam ſententiam & religionẽ oſtendere cum Eccleſię religione conuenire?

Carnem nutriri corpore Domini docere Tertullianum, cap. 30.

VIdeamus ex eo, quo alibi dixerit, an ſibi ſemper conſtiterit: orationem dominicam explanans: Panem noſtrum quotidianum (inquit) „ ſermonem Dei viui, qui de cœlo deſcendit, tum quod „ & corpus eius in pane cenſetur, Hoc eſt corpus meum. „ Poſt, Deſtationibus verba faciens: Non putant plerique ſacrificiorum orationibus interuenire, quod ſtatio „ ſoluenda ſit, accepto corpore Domini. Vide an ſacrificium Domini, vocet ſignum corporis: Vt non ambiguum

guum ſit, ſe de Euchariſtia loquutum eſſe, ſacrificii & corporis mentionem habentem, ſubdidit. Ergo deuotũ Deo obſequium reſoluit Euchariſtia, an magis obligat? nonne ſolennior erit ſtatio tua, ſi ad aram Dei ſteteris? accepto corpore Domini, & reſeruato, vtrumque ſaluũ eſt, & participatio ſacrificii, & executio officii. Sacrificii participationem eſſe cum corporis participatione eandem aſſerit: Alibi. Caro (inquit) corpore & ſanguine Chriſti alitur, vt & anima de Deo ſaginetur. Pluribus aliis locis oſtendi poteſt, hunc à te diuerſam omnino habere de Euchariſtia ſententiam, quos breuitatis cauſa prætereo.

De reſurrect. car.

Si ſpiritualiter & non corporaliter Chriſtus editur, eum paſſum eſſe ſpiritualiter. *Cap. 31.*

SI nos ſpirituali tua corporis manducatione vrgere perſeueres, nobis ſuſpicionem mouebis, te quoque credere, Ieſum Chriſtum, paſſum eſſe ſpiritualiter, non re vera: vt veritas figuræ reſpondeat. Nam figuræ re uera & corporaliter manducatæ, ſpiritualem veritatis manducationem non figurabant: ſed realem, alioqui nõ re vera manna comedi debuit, ſed ſpiritualiter: non re vera agnus trãſitus, & panes azymi comedi, ſed ſpiritualiter. Eo enim modo edi debet veritas, quo figura: vt veritas cum figura conueniret, ſecundum Tertulliani ſententiam in ſua carnis reſurrectione. Non magis neceſſarium fuit re vera Hoſtiam pro peccato interfici, quàm offerri ac manducari, vt ſacrificii fiat participatio. Si ergo intellectu, non re vera manducata ſit, non re vera mactationem factam eſſe concludes.

Frutra Caluinum Cypriani teſtimonium citaſſe. *Cap. 32.*

NE ab Eccleſia diffidere iudiceris, tuam ſignificationem ſtatuens tibi Cypriani ſententiam epiſ. ad Magnum accommodas; Hic ſibi æque acce

ptus

ptus eſſet,atque mihi eſt, eo iudice litem noſtram dirimi non detrectares. Hæc verba ſunt quæ tu producis: Quando dominus corpus ſuum panem vocat, de multorum granorum adunatione cógeſtum, populum noſtrú, quem portat, indicat adunatum, & ſanguinem ſuum vinum appellat, de botris, atque acinis expreſſum, gregem item noſtrum ſignificat cómixtione adunatæ multitudinis adunatum. Ex his verbis Cyprianum in ea fuiſſe ſententia concludis, vt Euchariſtia nihil eſſet, niſi ſignum, & figura corporis Domini. Quoniam libro ſuperiore huic loco ſatisfecimus, non multis verbis lectorem detinebo.

Granorum contuſorum reali comixtione, non ſpirituali, realem ſubſtantiæ noſtræ cum Chriſto mixturam realiter ſignificari. *Cap.* 33.

HOc ſolum opponam, ſi hæc granorum commixtio, ſit membrorum Chriſti corporalium, in vnum corpus compactorum exemplar, Cur eã noſtram vnitatem nexu Spirituali conſtare tradis? Reali potius ſubſtantiarum commixtione conſtare deberet vti realis eſt granorum contuſorum mixtura. Quum ita ſit, quumque Sacramentum, non ſolum noſtram communionem ſignificet, ſed hæc, Euchariſtiæ manducationis opera, perficiatur: eſſe corpus Domini dicenda eſt, Cæterum ſi granorum mixtura, noſtræ cum Chriſto in vnum corpus copulationis figura ſit, ad hanc figurandã, mutatione veſtra Sacramentali nihil eſt opus: hoc enim tam extra Cœnam, quàm in Cœna ſignificat panis.

Oſtenditur de ſacrificio corporis Domini Cypriani ſententia. *Cap.* 34.

NE quid ambiguitatis ad Cypriani religionem adhæreat, eius doctrinam hic ſubſcribam, quo authore te erroris conuictum iri ſpero. Tu epiſto.

ad Magnum nos oppugnas:ego tecum epiſtola ad Cœcilium congrediar,qua ſuam fidem docet apertius. Hic videbis,Cœnæ ſacrificium,eſſe & corpus & ſanguinem Domini: Vinum offerri non debere,nec poſſe,niſi aqua miſceatur.Hoc homines,non animas ſolas ali corpore Domini: Scripſit aduerſus Aquarios, id eſt eos qui ſobrietatis ſpecie,aquam ſolam offerebant:huius hæc verba ſunt:Calix qui in commemorationem eius offertur, mixtus vino offeratur. Nam quum dicat Chriſtus: Ego ſum vitis vera,ſanguis Chriſti non aqua eſt vtique, ſed uinum:Attende ſanguinem ex percuſſo latere vitis verè eſſe vinum: Item nec poteſt videri ſanguis eius quo redempti & viuificati ſumus in calice, quādo vinum deſit calici,quo Chriſti ſanguis oſtenditur. Hic oſtendi & videri ſanguinem dicit in calice, quo redempti & viuificati ſumus,non ſignificari. Paulò poſt. In ſacerdote Melchiſedech ſacrificii Domini ſacramentum præfiguratū videmus: ſecundum quod ſcriptura diuina teſtatur & dicit Melchiſedech,Rex Salem protulit panem & vinum. Fuit autem ſacerdos Dei altiſſimi, & benedixit Abrahæ: Paulo poſt. Nam qui magis ſacerdos Dei ſumus, quàm Dominus Deus noſter Ieſus Chriſtus,qui ſacrificium Deo patri obtulit:& obtulit hoc idem,quod Melchiſedech obtulerat,panem & vinum, videlicet corpus & ſanguinem: Vtrunque vir pius contra tuam doctrinā aſſerit ſacrificium corporis in Cœna Patri oblatum, & à Melchiſedech,panis & vini oblatione præfiguratum. Paulo poſt:Vt ergo in geneſi per Melchiſedech ſacerdotem,benedictio Abraham poſſit ritè celebrari,præcedit antè imago ſacrificii,in pane & vino, ſcilicet conſtituta: Quam rem perficiens,& adimplens Dominus,panē & calicem mixtum vino obtulit,& qui eſt plenitudo,veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Si Dominus imaginis veritatem præfiguratam à Melchiſedech adimpleuerit, non putandum eſt complementum figuratum fuiſſe. Sequitur:Sed per Solomonem, Spiritus ſanctus, typum Domini ſacrificii præmonſtrat immolatæ Ho-

ſtiæ panis & vini, ſed altaris, & Apoſtolorum faciens „
mentionem: Sapientia (inquit) ædificauit ſibi domum, „
ſubdidit columnas ſeptem, mactauit ſuas Hoſtias, mi- „
ſcuit in cratere vinum ſuum, & parauit menſam & miſit „
ſeruos ſuos, conuocans cum excelſa prædicatione, Veni „
te, edite de meis panibus, bibite vinum quod miſcui vo „
bis: Vinum mixtum declarat, id eſt, calicem Domini a- „
qua & vino mixtum, prophetica voce denuntiat. Poſtea „
Lauabit in vino ſtola ſuam: Quãdo autem ſanguis vuæ „
dicitur, quid aliud quàm vinum calicis ſanguinis Domi „
nici oſtenditur? Paulò poſt, vinum vtique mixtum eſt, „
& ideo ponitur, vt Domini ſanguis vino intelligatur. „
Paulo poſt, Torcularis quoq; calcatio & preſſura taxa- „
tur, qua, quoquomodo ad potandum vinum veniri non „
poteſt, niſi botrus calcetur: Sic nec nos ſanguinem Chri „
ſti bibere, niſi Chriſtus antè calcatus fuiſſet, & preſſus, „
& prior antè biberet, quàm credentibus propinaret. Vi- „
de ſanguinem à Domino potatum, antequàm ipſum di
ſcipulis propinaret, non ergo vinnum propinauit. Pau-
lò poſt: Vnde apparet ſanguinem Chriſti non offerri, ſi „
deſit vinum calici; ergo calice oblatus ſanguis. Adiun- „
git, Nec ſacrificium Dominicum legitima ſanctificatio „
ne celebrari, niſi oblatio & ſacrificium noſtrum reſpon „
deat paſſioni. Aduerte quid de noſtro ſacrificio dixerit: „
Paulo Poſt: Sed ebrietas Dominici calicis, & ſanguinis „
non eſt talis, qualis ebrietas vini ſecularis: Quum dice- „
ret Spiritus ſanctus in Pſal. Calix tuus inebrians, per- „
quam optimus: calix & ſecundum ſpiritum inebrians eſ „
ſe dicitur, alioqui catechumenorum vinum inebrians: „
Paulò poſt Potato ſanguine Domini, & poculo ſalutari „
exponatur memoria veteris hominis; Potato (inquit)
ſanguine, vt ſanguinis ſubſtantiam verè potari oſtẽdat:
Paulò poſt: Sic verò nec calix Domini non poteſt eſſe
aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi vtrumque ſibi miſcea- „
tur, quomodo nec corpus Domini poteſt eſſe farina ſo „
la, aut aqua ſola, niſi vtrumque adunatum fuerit, & copu „
latum, & panis viuus compage ſolidatum: Hic è pane „

ſarinaceo fieri corpus Domini, non ſignificari apertiſſi-
mè teſtatur. Cæterum de ſacrificio non poteſt illuſtrior
fieri probatio, quam ab hoc ſancto viro facta ſit: Nam
" niſi (ait) in ſacrificio quod Chriſtus eſt, non niſi Chri-
" ſtus ſequendus eſt: Paulò poſt: Nā ſi Ieſus Chriſtus Do-
" minus & Deus noſter, ipſe eſt ſummus ſacerdos Dei Pa-
" tris: & ipſe ſacrificium Deo Patri obtulit, & hoc fieri in
" ſuam commemorationem præcepit, vtique ille ſacer-
" dos, vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fe-
" cit verè imitatur. Hoc de Cœnæ ſacrificio intelligi, ne-
mo eſt qui neſciat: Non enim præcepit vt crucis patibu-
lum in mortis memoriam ſubeamus: ſed vt quod in Cœ-
na fecit, faciamus. Paulò poſt: Sic ergo incipit à paſſio-
" ne Chriſti in perſecutionibus fraternitas retardari, dū
" in oblationibus diſcit de ſanguine & cruore eius con-
" fundi. De intellectuali ac inuiſibili potu non loquitur,
cuius confuſio nulla eſſe poteſt. Quomodo autem poſ-
" ſumus, propter Chriſtum ſanguinē fundere, qui ſangui-
" nem Chriſti erubeſcimus bibere? Videri & cognoſci po-
teſt, hunc de ſpirituali tuo potu non loquutum eſſe
" ſed de calicis ſanguine. Paulo poſt: Circa veſperam of-
" ferre Chriſtum oportebat, vt oſtenderet occaſum mun-
" di, vt ſcriptum eſt, Eleuatio manuum mearum ſacrificiū
" veſpertinum: Tempus Cœnæ annotat non mortis. Non
enim circa diei veſperam expirauit Dominus, oblatio-
que corporis in Cœna oſtenditur. Paulò poſt: Et quia
" paſſionis eius mentionem in ſacrificiis eius facimus: paſ-
" ſio eſt enim Domini ſacrificium quod offerimus, nihil
" aliud quàm quod ille fecit, facere debemus: Quæ verò
ſunt Chriſtianorum ſacrificia, quibus fit paſſionis me-
moria niſi Miſſa? Vide quàm malè tua traditio cum hu-
ius viri religione cohæreat. Negas ſacrificium, hoc ap-
probat, & tuetur: Negas mixturam calicis, hic offerri
non poſſe niſi miſceatur, affirmat: Negas panem fieri
corpus Domini, & vinum ſanguinem, hic in contrariā
opinionem totus incumbit. Non tamen veritus es hoc
authore errorem & commentum tuum prætexere.

Panis

Panis tranſubſtantiatio, ex Cypriano probatur. *Cap. 35.*

VT omnem poſt hac occaſionem, huius autoris appellandi tibi præcidamus: tranſubſtantiationis religionem ab hoc approbari, acerimeque defendi oſtendemus, ſermone de Cœna Domini. Cœna (inquit) diſpoſita inter ſacramentales epulas, obuiauerunt ſibi inſtituta antiqua, & noua: & cõſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum magiſter apponit diſcipulis, nec iam ad elaborata impenſis, & arte, conuiuia populi inuitantur, ſed immortalitatis alimonia datur, à communibus cibis differens: corporalis ſubſtantiæ ſpeciem retinens: ſed virtutis diuinæ, inuiſibili efficientia, probans adeſſe præſenſentiam. Hic virtutis diuinæ, adeſſe præſentiam, ſub panis ſpecie profitetur. Tu tamen apertè Euchariſtiam, in Sacramentorum reſolutione, diuinitatis præſentia expolias. Paulò poſt. Significata olim à tempore Melchiſedech prodeunt Satramenta, & filius Abrahæ facientibus opera eius, ſummus ſacerdos panem pto fert & vinum: Hoc eſt (inquit) corpus meum: Cum hoc & reliquis vetuſtis ſcriptoribus hac in ſententia diſcordas, eos inſcitiæ, & frigiditatis, in tuo in Geneſim commentario notans. Ex quo magis tuum ingenium admiror, qui non verearis eos in commenti tui confirmationem teſtes producere, quorum auctoritate & doctrina conuinceris. Paulò poſt. Manducauerant & biberant de eodem pane ſecundum formam uiſibilem: ſed ante verba illa, cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat & vitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat, ſed ex quo à Domino dictũ eſt: Hoc facite in meã commemorationem, hic eſt caro mea, hic eſt ſanguis meus, quotieſcunque his verbis & hac fide actum eſt, panis ille ſubſtantialis, & calix benedictione ſolenni ſacratus ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit, ſimul medicamentum, & holocauſtum, ad ſanandas infirmita-

tes,& purgandas iniquitates exiſtens.Huic,in hac ſentē
tia,duabus potiſſimum rebus es contrarius:Affirmas Eu
chariſtiam eſſe panem,nulla virtute prædictum,ſignum
corporis Chriſti:hic aſſerit holocauſtum eſſe ad ſanan-
das infirmitates,& medicamētum ad purgandas iniqui-
tates.Tu abrogas conſecrationem,& preces anaphoræ:
ad amicum quendam reſcribens, eam non vacare incan
tationis illuſionibus:Hic poſt verborum pronunciatio
nem, & ſolennem benedictionem, panem mutari, & è
communi,holocauſtum fieri docet.Progreditur vir ſan
ctus.Quandiu inquiens cibi illi, qui ad diem feſtum e-
rant parati,à conueſcentibus Apoſtolis ſumebantur,ve
teris Paſchæ agebatur memoria.Necdum Iudas ad vete
rem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante
animam eius, egredi cogebatur: Sed vbi ſacrum cibum
mens perfida tetigit,& ſceleratum os, panis ſanctifica-
tus intrauit,parricidalis animus, vim tanti Sacramenti
non ſuſtinens,quaſi palea de area exufflatus eſt.Huic re
pugnas etiam,docens ab infidelibus non carnem Domi
ni,ſed ſignum tantum manducari.Sequitur Paulò poſt:
Hoc Sacramentum aliqñ corpus, aliquando carnem &
ſanguinem,aliquando panem, Chriſtus appellat, por-
tionem vitæ æternæ cuius ſecundum hæc viuiſibilia,cor
porali communicauit naturæ. Vide æternæ vitæ portio
nem corporali naturæ communicatam.Sed in Euchari-
ſtia ſi ineſt portio vitæ æternæ,huius rei ſignum ea ipſa
vacuum eſſe non poteſt:Paulò poſt, Panis iſte commu-
nis,in carnem & ſanguinem mutatus,procurat vitam,&
incrementum corporibus.Huic apertè aduerſaris: panē
in carnem mutari negas corporaque communicantium
ali carne Domini:ſed ſecundum huius ſanctiſſimi viri fi
dem,culpa non vacabis, illum tuum ámicum quendam
idololatriæ crimine condemnās, quòd in Miſſa panem
adoret:Carnem enim diuinam potius, ſecundum hunc
teſtem tuum adorat:Subiicit vir ſanctus: Ideoque ex cō
ſueto rerum effectu,fidei noſtræ adiuta infirmitas,ſenſi-
bili argumento edocta eſt,viſibilibus ſacramentis,ineſ-

ſe vitæ

ſe vitæ æternæ effectum: Adoratur ergo vitæ æternæ effectus in Euchariſtia, non panis? Paulò poſt, Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, latebat diuinitas, ita ſacramento viſibili, ineffabiliter diuina ſe infundit eſſentia, vt eſſet circa ſacramenta religio, & ad veritatem, cuius corpus ſacramenta ſunt, ſincerior pateret acceſſus: Vide panem omnipotentia verbi in carnem mutari.

Non poſſe naturam panis inuiſibilem, & ſimplicem, in corporis Domini Sacramentum tranſire, cum Sacramentum compoſitum ſit & viſibile. *Cap. 36.*

HOc loco tuos Euangeliſtas tam grauiter concuſſimus: vt quicquid occluſum animo continerent euomere coacti ſint: Mutari panem quum nullo modo inficiari poſſent, ad ſacramētalis mutationis euaſionem confugerunt. *Quod (inquiunt) Cyprianus dicit de mutatione, illam nos concedimus, ſed ſacramentalem, & tunc fatemur non effigiem ſiue formam & accidentia panis, ſubire hoc munus, vt ſint ſacramenta corporis & ſanguinis Domini: ſed naturam & ſubſtantiam ipſam panis & vini, mutari in ſacramenta corporis & ſanguinis, & quòd ſubſtantia ipſa non effigies nutrit, ita corpus Chriſti & animam noſtram alit.* Ingenioſam illi, prima ſpecie mutationem comminiſci mihi videbantur: ſed quum ad penitiorem indagationem penetrauimus, hæc in fumum euanuit: interrogaui quo authore ſacramentalem mutationem nobis traderent, aut traditam defenderent: quis omnium ita eſſet vnquam elocutus? & exponere rogaui, quæ eſſet ſacramentalis naturæ mutatio: quove hanc vocem (ſacramentalem) reſpicere exiſtimarent? An ad naturam? vt hæc poſt mutationem, ſacramentum aut ſacramentalis natura dici poſſet? An potius intelligerent naturam immutatam manere? nec poſſe rei ſacræ, viſibile ſignum eſſe,

quia eſt inuiſibilis? ſed ipſam mutationem, id eſt, actū illum mutationis, uocari poſſe ſacramentum, aut ſacramentalem, quòd mutationis cuiuſdam alterius ſacramentum, aut ſacramentalis eſſet, vti lauatio corporis, ſpiritus lauationis ſacramentum, & ſignum eſt? Nam mutatio hæc, ſui ipſius ſignum, id eſt, ſacramentum, ſibi eſſe non poteſt: nec ſibi ipſi ſacramentalis: neque meo iudicio res vlla ſibi eſt ſui ipſius ſacramentum: De hoc quantum diſcendo conſequi potui, iudicaui, rem ſacramentalem, eſse ſacramenti participem aut ſacramenti effectricem, non ſacramentum: aliud enim mihi videtur eſse ſacramentalem, aliud ſacramentum: Hoc intellecto, ſacramentalis tua hæc mutatio, ſacramenti cuiuſdam eſt particeps, non ſacramentum: ſi particeps fuerit, rem aliquam qua cum participet, ſibi coniunctā habeat neceſse eſt: quam ergo habebit ſacramenti participem, aut quod erit ſacramentum ad quod hæc ipſa pertineat? Si offendiſse me dixeris in ſacramentalis vocis intelligentia, tibi auctoritatem Pauli obiiciam dicentis, hos eſse ſpirituales, qui ſunt Spiritus participes, id eſt, qui Spiritu Dei ducuntur, quique facta carnis Spiritu mortificauerint. Nam qui à Spiritu carnem mente ſubduxerit, deſinet eſſe ſpiritualis, ſed Spiritus remanebit: Sic Chriſtus Deus, ſpiritualis eſt, propter ſancti Spiritus ineffabilem communionem, non ſpiritus: ſic & animalis huomo factus in animam viuentem, aut caro equina in equum viuentem facta, dicetur animalis: Erraret igitur qui animam animalem, aut Spiritum ſpiritualem vocaret: Sic qui mutationem ſacramentalem, quæ cuiuſdam ſacramenti particeps non fuerit appellabit, reprehenſioni locum relinquet: His intellectis videamus an panis natura, ſacramentalis aut ſacramentū corporis eſſe poſſit: de ſacramentali meum iudicium è ſuperioribus ſatis liquere poteſt: eſſe (mea ſententia) non poterit mutatio ſacramentalis: niſi vera fuerit naturæ panis mutatio.

Videndum eſt ergo an natura in ſacramentum corpo-

ris

ris Domini tranſire poſſit: Ad huius rei intelligentiã; tam naturæ quàm ſacramenti conſideratio pertinet: natura omnino eſt inuiſibilis & ſimplex: ea enim quæ oculis obducuntur, quæue ſub ſenſum aliquem cadunt, natura non ſunt, ſed ſpecies & accidentia: Sacramentum autem ſacræ rei inuiſibilis, ſignũ eſſe, à vobis diffinitum eſt: Signum vero omne, viſui aut ſenſibus ſubiectum eſſe, planum eſt, nihilominus tamen Sacramentũ aliquando ſignum, remque ſacram complectitur, vt noſtra benedictio ac gratiarum actio: tumque Sacramentum & viſibile & compoſitum eſſe neceſſe eſt: natura ergo panis ſimplex, & inuiſibilis, in Sacramentum corporis viſibile, ac compoſitum tranſire non potuit: ſed in carnem & ſanguinem Chriſti inuiſibilem, ineffabiliter (vt ait Cyprianus) immutari ac tranſire poteſt, ac latere, tuncque Sacramentaliter, id eſt, ſub ſpecie panis, ſecundum Eccleſiæ religionem manducari, aut Sacramentaliter in Sacramento, ſub panis ſpecie ineſſe poteſt. Sed tuo modo nec eſſe, nec manducari Sacramentaliter, ſimul poterit, id eſt figurate & re ipſa: quòd enim figurate alicubi eſt, id re vera ibi eſſe non poteſt: Nunc ad Cyprianum redibimus. Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed nature mutatus omnipotentia Dei factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, diuinitas latebat, ita Sacramento viſibili diuina ſe infundit eſſentia, vt eſſet religioni circa Sacramenta deuotio, & ad veritatem cuius corpus Sacramenta ſunt, ſincerior pateret acceſſus.

Si natura panis pro uirtute accipiatur, non pro ſubſtantia, non debuiſſe dici in carnem, ſed in carnis virtutem ac naturam mutari. Cap. 37.

VIde in quos te, Cypriani vincula reuellentem, erroris ſtimulos induis: mutatur (inquit) natura panis in carnem Chriſti: Tu vero, *Natura non ſubſtantia panis, in ſignificationem carnis Chriſti mutatur*: ſi natu-

ſi naturam panis tuo modo intellectam : in carnis naturam, mutari dixiſſes, vt natura in naturam mutaretur, id eſt, virtus in virtutem, aut conditio in conditionẽ, vtcunque ferendus eſſes : ſed mutari naturam in ſignificationem, aut conditionem, quis ferre poterit? Præterea ſi naturam panis, id eſt vim pani inſitam, tranſire dixiſſes, ſic vt Euchariſtiæ ſubſtantia, in carnis ſubſtantiam non tranſiret, ſed huius ſola vis, in vim carnis mutaretur, indiligentibus forte ſatisfeciſſes, quamuis à Cypriani ſententia maxime declinaſſes : dicit enim naturam panis, in carnem, non in carnis naturam mutari, ex quo probabile eſt, hunc naturæ nomine, ſubſtantiam intellexiſſe, ut ſubſtantiæ, in ſubſtantiam eſſet tranſitio, nam ſi vis panis quæ incorporea eſt, in carnis corpus, materiam tranſiret, mirabilior eſſet, quàm ſubſtantiæ in ſubſtantiam tranſitio. Si ergo ex Cypriani ſententia, carnem Chriſti Sacramentalem eſſe, id eſt aliena tegi ſpecie dixiſſes, eamque mutatam manducari Sacramentaliter, id eſt ſub Sacramenti ratione aut (vt ait Cyprianus) ſub Sacramento, aut ſub panis effigie, bene haberet : Nam inuocatione verbi, Spirituali tranſitione, id eſt, interueniente Spiritu Sancto, panis abſumitur ſubſtantia, & in carnem Chriſti ſub panis ſpecie, deſinit, vti ſub carnis ſpecie, in perſona Chriſti latebat diuinitas : hocque miraculum verbi effectum ſacratione, ac omnipotentia, Sacramentum benedictionis, & virtutis diuinæ ſignum vocatum eſt : fidem enim habenti ſignum, eſt, virtutem Dei omnipotentis ſuperueniſſe, & ſecundum teſtimonium Eccleſiæ, è pane carnem factam eſſe, præter creatæ vires naturæ : Quum ergo à Sacramento tuo, id eſt, à panis natura, ac ſubſtantia, effigiem panis excludis, illudere nobis viſus es.

Si

Si ſubſtantia panis non mutetur, ſed ſolum ſignificet, verbi omnipotentiam eſſe ſuperfluam. Cap. 38.

SEd fingamus naturam ſimplicē & in compoſitam, compoſitum effici Sacramētum: Hæc quoque eſse tuo iudicio natura deſinat, & figura ſignumque Spiritualis tuæ alimoniæ eſse incipiat, ex hocque coniectura proſequere, eo modo virtute carnis Chriſti (non ipſa carne) animam tuam nutriri, quo corpus, panis virtute nutriatur. Quum panis virtus ſua ſponte id ſignificet, quorſum verbi omnipotentiam à Cypriano adſcitam eſse iudicabis, ad naturæ panis in carnem mutationem? hoc ſane loco ſuperfluum eſt uerbum Domini: tibi quidem vt te opinioni tuæ confirmet, vtile eſse poteſt: ſed vt panis quod natura ſignificat, id ipſum ſignificet, Dei omnipotentia fruſtra inſumitur.

Quomodo panis figura diuini corporis eſſe intelligatur. Cap. 39.

DE pane vt corporis Chriſti figura ſit hoc accipe: Quotquot Eccleſiaſtici fuere ſcriptores, panem membrorum Chriſti corporalium antitypon, id eſt, exemplar ſimilis formæ vſque ad conſecrationem, ac diuinæ præces anapharæ, eſse dixerunt, idque ideo exemplar dici, quòd è multis perſonis de Chriſti corpore communicantibus, vnus panis, vnum efficitur corpus, uti ex pluribus granis, unus efficitur panis: ſed poſt conſecrationem panem eſse antitypon deſinere, & id ipſum effici corpus, cuius eſt participatio: Quod ergo à ſe ipſo habet panis, cur vt id habeat, Dei omnipotentiam inuocabis.

Diuinam eſſentiam ſacramentaliter infundi non poſſe, quamuis ſacramentaliter latere poßit. Cap. 40.

MVlto magis offendi in tua diuinæ eſsentiæ ſacramentali infuſione. Cyprianus ſacramento viſibili diuinam ſe eſsentiam infundere atteſtatur, eaq́ue infuſione panis naturam immutari, Tu hunc corrigis: ſacramentum inuiſibile quum dixeris, nobis authores, diuinam eſsentiam ſe ſacramentaliter, id eſt, figurate infundere: vnde autem hæc tibi iudicii deprauatio, vt confinxeris diuinam veritatis eſsentiam, figurate aut ſacramentaliter ſe infundere? omnium ſimpliciſſima eſt diuitatis eſſentia: hæc quidem ſacramento atque aliena ſpecie tegi poteſt, ſed infundi ſacramentaliter non poteſt: nam quæ ſua natura à ſacramento aliena eſt, non poteſt ſacramentaliter infundi, quamuis infuſa ſacramento latere poſſit, vt in noſtra Euchariſtia & benedictione.

Inſuper naturæ panis confictam ſacramentalem tuam mutationem, penitus euertis: quum enim te interpretatis, profiteris, *Naturam non mutari, ſed augeri ſublimiori natura, proprietate, ac conditione:* Quum autem noua natura creſcit, panis ſi fallax non ſit additum incrementũ, hoc verum eſſe debebit, non ſacramentale: Res item quæ vera acceſſione cumulata eſt, immutata eſſe perperam dicetur, ſed locupletata, vnde hæc dicens, illudere nobis videris. Auguſtinus quo tam lubenter aduerſum nos vtimini, docet ſacramentum hoc compoſitum eſſe, duobuſque conſtare, & confici, ſpecie viſibili, & re inuiſibili, carne & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti: rem autem ſacramenti inuiſibilem, eiuſdem eſſe ſubſtantiam planum eſt: quum ergo re conſtet & effigie ſacramentum, ſi effigie ſua rem exuas, ſacramentum deſtruis: nam duobus conſtare deſinet, & ad rem vnicam citra ſpeciem redigis: quo autem præceptore didiciſti, vt vnica res inuiſibilis ſimul ſacramentum viſibile eſſe

poſſit

poſſit & compoſitum? Hæc tam indigna Caluini nomine eſſe cenſeo, vt ſine rubore ea non poſſim refutare.

Si Caluiniana ſimilitudo locum habeat, neceſſario ſacramentaliter diuinitatem in Chriſto non corporaliter inhabitare. Cap. 41.

VT ex his te retibus explices, in blaſphemiarum omnium maximam, te præcipitem incitas. Hæc tua ſunt verba, *Nam diuinitas ſacramentaliter infunditur, pane & vino etiam remanentibus, ſicut diuinitas in vnitate perſonæ, in humanitate Chriſti erat, ipſa humanitate etiam remanente cum diuinitate, & tamen panis mutatur non in effigie, nec in ſubſtantia, ſed in natura, ut Cyprianus uere ait, non intelligens naturalem ſubſtantiam panis, abiiſſe, ſed per verbum Dei additam eſſe pani aliam ſublimiorem proprietatem, naturam & conditionem, ſupra naturam communis panis, hoc eſt, quod ſignificet nos eſſe participes Spiritus Dei.*

Caluinoricheros tam male de Chriſti diuinitate ſentientes, à te imbutos fuiſſe nunquam mihi perſuaſiſſem, niſi ex tua hac ſimilitudine, quid de Chriſti carne iudices, ac credas comperiſſem: Alio loco quum tu Francisci regis, Gelaſii authoritate aſſenſionem tibi concilias, hac ipſa veteris ſimilitudine, vti ſuo loco plenius dicemus. Quum Gelaſius dixiſſet panis ſubſtantiam, in diuinam tranſire, Spiritu Sancto perficiente, ſubſtantiam, » ſecundum Cyprianum: vt à religione Regem deduceres, dicis, *Panis non deſinit, ſed ita permanet, vt in Chriſto Domino ſubſtantia carnis, remanet iuncta diuina*: Quocunq; tuam hanc ſimilitudinem acclinaueris, hanc eſſe, vt inquit Tertullianus) in parilitate non diſſimilitudine oportebit: & vt ait Hylarius neceſſe eſt, vt ſecundum propoſitum exemplum, rem de qua agitur, aſſequamur: Vt ergo intelligamus, quomodo diuina eſſentia ineffabiliter Sacramento viſibili ſe infundit ſacramentaliter ex ponis hoc fieri, pane & vino remanentibus, ſicut in humanitate Chriſti eſt diuinitas, in vnitate perſonæ cum huma-

humanitate, manens. Hæc tibi elegantiſſima eſt ſimilitudo: mihi vero ineptiſſima, ac irreligioſiſſima: Hæc ſi te non feſellerit, cum humanitate manebit Sacramentaliter in Chriſto diuinitas, ſicut Sacramento viſibili, Sacramentaliter ſe diuina infundit eſſentia, carne eadẽ manente, ſed per verbum addita ei ſublimiori alia proprietate, natura, ac conditione ſupra communis carnis naturam. Quis tibi hoc credet? Sed ſi & ipſe huc nolis te præcipitem dare, vt carnis diuinitatem inficieris, ſed vere ac naturaliter carni hanc vnitam eſſe conſenſeris, vt tuæ ſimilitudini relinquatur locus, neceſſario re vera, non Sacramentaliter aut figurate (mutata ſententia) diuinã eſsentiã Sacramẽto viſibili ſe infundere, profiteri debes, vt panis natura fiat caro ſub ſpecie, id eſt, ſub Sacramento viſibili: aut tibi non habitat plenitudo diuinitatis in Chriſti Carne corporaliter: ſed Sacramẽtaliter, quod credere Caluinoricheri mihi viſi ſunt, ut ſupra eſt à nobis demonſtratum: Quia tamen propter inſignem eorum blaſphemiæ magnitudinem, illorum religio à me reiecta eſt, te continere non potuiſti, quin tuus repulſæ dolor, in exiſtimationem noſtram eruperit, vt me atheiſmi nomine affeceris, Quo vero animo id facere auſus es, ante quàm de cauſæ noſtræ æquitate plane cognoueris? Non ſane tantum apud me poterit acceptæ iniuriæ acerbitas, vt atheiſmi iniuriam tibi refundam, aut te talem eſſe ſuſpicer: ſed affirmabo, doctrinam tuam hanc mihi videri, vt via ſit, mors & mendacium, ad Arrianiſmum, Neſtorianiſmum, Atheiſmum inducens.

Vini probatur tranſubſtantiatio ex D. Cypriano. Cap. 42.

" NVnc ad ſanguinis potum tranſit vir ſanctus, No-
" ua eſt (inquit) huius Sacramenti doctrina, &
" ſcholæ Euangelicæ hoc primum magiſterium
" protulerunt, & doctrinæ Chriſti, primum hæc mundo
" innotuit diſciplina, vt biberent ſanguinem Chriſti, cu-

ius

ius eſum legis antiquæ authoritas diſtrictiſſime interdicit, lex quippe potum ſanguinis prohibet, Euangeliũ præcipit vt bibatur: Vides hunc tuum teſtem, de ſpirituali tuo potu non loqui, id eſt, animæ ſolius, & non corporis: Huc enim non legis edictum, ſed ac realem ſanguinis potum pertinebat: Secundum hoc ergo, corpori veri ſanguinis potum attribuit, vt progreſsu orationis apertè deſcribit dicens. In quibus mandatis hoc diſcernere debet Chriſtiana religio, quod ſanguis animalium à ſanguine Chriſti per omnia differens, temporalis tantum habet viuificationis effectum, ideoque ad obtinendrm æternitatem non poteſt perficere, quod ſemel obrutum non ſurgit vlterius: bibimus autem de ſanguine Chriſti ipſo iubente, vitæ æternæ cum ipſo, & per ipſum participes: Inepta eſset ſpiritualis ad materialem ſimilitudo. Locorum multitudine ſuperſedeo, vt ad alios authores, quorum auctoritate doctrinam tuam protegis, tranſeat oratio.

Auguſtini ſententia A caluino corrupta de Sacramentorum ſimilitudine. *Cap.* 43.

INnixus Auguſtino (quem authoritate quadam præcipua, cæteris excellere præ te fers) tranſubſtantiationis fidem proteris, in Eccleſiaſticos hoc eius dictum incutiens: Si Sacramenta quandam ſimilitudinẽ earum rerum quarum ſunt Sacramenta, non haberent, vtique Sacramenta eſse non poſsent. Ex hoc concludis Sacramenti naturam expetere, vt panis materialis integra ſubſtantia, in corporis Chriſti ſignum relinquatur. Sed ſalua pace tua: hæc aſsertio Ebionios, carnem Chriſti diuinitate ſpoliantes, potius quàm te decuit. Quid enim habet panis ſubſtãtia, diuinitate vacua cum diuina diſpenſatione commune?

Epiſt 23. ad Bonifacium.

Hæc vera fuit Auguſtini de Euchariſtia ſententia cum eam eſse figuram affirmarit, ſicuti Deus & homo hæc duo Chriſtum efficiunt; ſic formam effigiemque panis,

De conſec. diſti. 2. ca. hoc eſt.

cum

cum diuina carne ſub forma panis latente Euchariſtiā efficere, & vti Deus ab homine diuidi non poteſt quin ſoluatur Chriſtus:ſic diuinam ſubſtantiam à panis effigie diuidi non poſſe,quin corrũpatur Euchariſtia. Quã ex re inuiſibile Chriſti corpus forma panis opertum, viſibilis corporis figuram eſſe. Vide ergo quam male Auguſtinum intellexeris.

Ex Cypriano Sacramenti Euchariſtiæ ad incarnationem verbi ſimilitudo, & Auguſtini ſententiæ explicatio.

" DOctiſſimè Cyprianus hanc ſimilitudinem expo
" nit his verbis,Sicut in perſona Chriſti,humanitas videbatur, latebat diuinitas, ita ſacramento
De cœna " viſibili diuina ſe infundit eſſentia:vt eſſet circa ſacramẽ
" ta religio,& ad veritatem,cuius corpus ſacramẽta ſunt,
" ſincerior pateret acceſſus. Apparet, & oculis hominũ,
" ſubiecta eſt panis vini ſpecies, quum interim diuina eorum ſit ſubſtantia, vti in terra apparebat forma & figura ſerui hominiſque communis, quum eſset Deus, per quem omnia facta ſunt: hæc eſt ſimilitudo Sacramenti, ad eam rem cuius eſt ſacramentum, quem nobis prædicauit Auguſtinus. Sed ne agnoſceretur eius ſententia,
" verba ſuppreſſiſti, quæ ſi expreſsa fuiſsent, doctrinam
" tuam euertebant. Nempe ipſo die dominico dicimus
" hodie Dominus reſurrexit, quum ex quo reſurrexit,
" tot anni tranſierint. Cum nemo tam ineptus eſt,vt nos
" ita loquentes arguat, eſse mentitos, niſi quia iſtos dies,
" ſecundum illorum conſuetudinem, de quibus hæc geſta
" ſunt nuncupamus: vt dicatur ipſe dies, quæ non eſt ip-
" ſe, ſed reuolutione temporis, ſimilis eius, & dicatur
" illo die fieri, propter ſacramenti celebrationem, quod
" non illo die, ſed iam olim factum eſt. Nonne ſemel im
" molatus eſt Chriſtus in ſemetipſo, & tamen in ſacra-
" mento, non ſolum per omnes paſchæ ſolennitates, ſed
" omni die populis immolatur? Nec vtique mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari. Si enim ſacramenta

menta earum rerum quarum ſunt ſacramenta, ſimilitudinem non haberent, ſacramenta non eſſent. Immolatio Eccleſiæ quotidiana, ſacramentum eſt ac memoria eius, quæ ab ipſo Chriſto facta eſt eiuſq; nomen retinet, quum inter rem immolatam differentia nulla ſit, Ex eaq; ſimilitudine (vt adiungit Auguſtinus) immolatio noſtra nomen accipit, Deinde addit, Sicut ergo ſecundum quendam modum ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, ſacramentum ſanguinis, ſanguis eſt: ita ſacramentum fidei, fides eſt: Sed immolari Chriſtum quotidie, & tacuiſti, & alio ſecramenti ſimilitudinem tranſtuliſti, Immolari enim debere aut poſſe negas, eoſque ydololatrarum loco habes, qui hac in re Auguſtino aſſentiant. Item non tibi placet ſacramentum corporis, ſecundum modum ab Eccleſia nobis traditum, corpus eſſe Chriſti, vt puta certa conſecratione fieri, Nullo enim modo, re vera, Chriſti corpus in Euchariſtia eſſe poſſe authores: ſed ipſum ſignificari. Quantum ad immolationem attinet, ſcimus actionem præſentem immolationis, non magis eam eſſe quæ à Chriſto facta eſt, quam diem Dominicum nouiſſimum, diem eſſe reſurrectionis. Sed quia eiuſdē corporis ab Eccleſia fit oblatio, in memoriam & ſimilitudinem, tanto interuallo factæ à domino oblationis, offerri & immolari dicitur, eſſeq; ipſa oblatio.

Si Auguſtinus Euchariſtiæ negaſſet diuinitatem, hunc non dixiſſe eos peccare qui Euchariſtiam non adorant. *Cap.* 44.

SI Auguſtinus in ea fuit quam fingis, ſententia, affirmare non debuit, eos peccare, qui ſub panis ſpecie, corpus Domini non adorant: vt Pſal. 98. Fluctuas coniecto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hic. & inuenio quomodo ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius: ſuſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt & de carne Mariæ carnem accepit, & qui in ipſa carne hic ambulauit & ipſam carnem nobis mandu-

Loci diui Chryſoſtomi in Matthæum contra orthodoxos à Caluinianis citati explicatio. *Cap.* 45.

AD Chriſoſtomum progrediar, quo etiam tui inſtructi ad nos opprimendos ſe accinxerunt: Matthæi cap. 26. ſcriptum opponunt: Quando dicunt vnde patet immolatum Chriſtum fuiſſe, præter alia multa, hæc etiam myſtria afferentes, ora ipſorum conſuimus. Si enim mortuus Ieſus Chriſtus non eſt, cuius ſymbolum aut ſignum hoc ſacrificium eſt? Mirum eſt, nullum alium è tantis huius authoris ſcriptis locum inueniri à vobis potuiſſe, qui ſacrificii (à quo tantą animi offenſione abhorretis) cultum non confirmaret, ſignum eſt uos maxima locorum penuria laborare: Vtinam hoc authore hanc abſolui quæſtionem non diſſentiatis, hac lege vt niſi victoria & veritas mecum ſteterit, æternum mihi ſilentium imponatis. Is in Epi. ad Hebræos cap. 9. vocat quotidianam Eccleſiæ oblationem, exemplar oblationis Chriſti, vti hoc loco ſacrificium ſignum appellauit. Quod exponens loco memorato, differentiam eſſe oſtendit, inter actionem ſacrificii, & oblationis, & rem ſacrificatam & oblatam. Sic quamuis eadem res ſit, quæ hodie offertur ab Eccleſia, non tamen eadem eſt oblationis actio: ſed quæ hodie fit, eius quæ à Domino facta eſt, memoria recolitur: Cum ergo Eccleſia, mandato Domini noſtri ipſum offerat ſacrificium, in illius memoriam: ſignum eſt Dominum ſe obtuliſſe. Nam ſi ſe non obtuliſſet, fruſtra & fallaciter eius rei fieret memoria, neque merito frenarentur ora hæreticorum, oblationem & paſſionem negantium.

Loci quibus manifeſte chryſoſtomus corpus & ſanguinem Domini fieri in Cœna non ſignificari approbat. Cap. 46.

QVi Miſſam Chryſoſtomi citare voluiſſet, aut ſer
monem hac de re, ante verba in nos à veſtris
producta inſtitutum, omnem à noſtra controuer
ſia dubitatione expuliſſet: eius aliquot locos
" ſubſcribemus. Vt vndique (inquit) ipſum diſcamus ve
" terem legem ſenxiſſe, & omnia quæ in illa ſunt, propter
" nouam hanc adumbrata fuiſſe, hac de cauſa figuræ veri-
" tatem adiunxit. Quum Euchariſtia ſit earum rerum ve-
ritas, quæ in vetere teſtamento ad vmbratę ſunt, à vo-
" bis ſignum & figura nuncupari non debet. Sequitur, &
" noui teſtamenti ſanguinem vocat, hoc eſt, pollicita-
" tionem & promiſſionem legis nouæ. Hoc enim pollici-
" tus eſt, & teſtamentum nouum hoc ipſo confirmatur:
" quemadmodum vetus pecudes habebat, eodem modo
" nouum dominicum poſſidet ſanguinem: Si nouum te-
ſtamentum eo modo dominicum poſſidet ſanguinem,
quo vetus vitulos & pecudes habebat, iudica an vinum
dici debebat, iudica an vinum dici debeat, ac in calice
ſanguinem ſignificare. His verbis vir Sanctus ſe expli-
" cat. Quemadmodum in veteri lege hoc erit vobis me-
" moriale, &c. Chriſtus, in meam facite commemora-
" tionem dixit, hac de cauſa deſiderio deſideraui (inquit)
" hoc paſcha vobiſcum comedere, hoc eſt, tradere res no
" uas, & paſcha dare, quo vos ſpirituales faciam. Quum
" re, quo vos ſpirituales faciam. Quum res nouas & pa-
ſcha ſpirituale tradiderit, figuram aut eius ſignum non
tradidit: Sequitur Ipſe quoque bibit ex eo, ne auditis
verbis illis dicerent. Quid igitur ſanguinem bibemuſ,
& carnem comedemus? Si panis & vinum à Domino
porrigebatur, quid erat cauſæ, cur Dominus ſanguinē
biberet, vt ſuos confirmaret. Si potus & cibus ſpiritua-
liter ſumebantur non re vera: cur Dominus tanta cura
ſuis proſpexit, ne ab eſu potuque humanæ carnis & ſan-
guinis

guinis adhorrerent? Subiungit Chryſoſtomus, Prior ſumebat Chriſtus, ne diſcipuli perturbarentur carne veſcentes, & ſanguine. Nam quando de hoc verba fecit multi ſolummodo propter verba, ſcandalum paſſi ſunt. Ne igitur id tunc quoque accideret, primus ipſe hoc fecit, vt tranquillo animo, eos ad myſteriorum communionem adduceret. Vide quomodo rem è verbis diſcernat Chryſoſt. Quum in ſola manducationis mentione diſcipuli deſertores offendiſſent, ne qui remanſerant, in veritate & actu, ſcandalum paterentur. Ipſe Dominus primus bibit. Si ſanguinem non bibebat, non timendum fuit, nè ſcandalum paterentur. Sequitur: Quid porrò, prius quoque illud (inquies) facere oportuit? minime. Ideo enim hoc facite (inquit) vt ab illo abduceret: Præterea ſi remiſſionē peccatorum hic facit (ſicut certe facit) ſuperuacuum illud omnino eſt. Sed ſicut in veteri, eodem hic modo in beneficio reliquit, & memoriam myſteriorum colligauit: etiam hinc ora hæreticorum frenando: nam dicunt, vnde patet immolatum fuiſſe Ieſum præter alia multa, &c. His tam multis verbis, viri Sancti ſententiam aperui, vt qui lecturi ſunt, quàm iniqui in ſcriptores Eccleſiaſticos ſitis, intelligant, qui aliorſum eorum ſcripta intorqueatis, atque ſcripta ſint, vt veſtram tradititionem ſtatuatis, & confirmetis. Addam alios huius authoris locos, in eius doctrinæ intelligentiam & declarationem: In Epiſt. ad Corinth. Hic calix nouum teſtamentum eſt, in ſanguine meo. Erat autem veteris teſtamenti calix, ſacrificia & ſanguis brutorum: Etenim poſt ſacrificium, in calice, & phiara, ſanguine accepto ita ſacrificabant. Quū igitur pro ſanguine brutorum, ſanguinem ſuum induxiſſet, nè quis his auditis perturbaretur, illius ſacrificii veteris meminit. Dubitari non poteſt, de huius viri religione, qui hæc ediſſerit, calicis ad calicem comparatione, & ſanguinis ad ſanguinem. In veteris teſtamenti calice, erat brutorum ſanguis, pro eo in calice noui teſtamenti, ſuum Chriſtus induxit ſanguinem, atque

" prior ex eo bibit, ne ſui perturbarentur, Paulo poſt ho-
" mil. 24. Quod in calice, id eſt, quod à latere fluxit, &
" illius ſuos fecit participes. Signum ſanguinis non fluxit
" è latere. Paulo poſt, Si ſanguinem cupis (inquit) noli
" idolorum aram brutorum cæde, ſed meum altare meo
" ſanguine aſpergere. Item in epiſt. ad Corinth. Cap. 1.
" Cum ad Chriſti menſam accubueris, in die illa qua car
" ne eius lingua attigeris. Sed quare addit panem quem
" frangimus: hoc in Euchariſtia videre licet: in cruce au-
" tem minime: ſed omnino contra. Os enim eius (inquit)
" non comminuetis: ſed quod in cruce paſſus non eſt, id
" in oblatione patitur, & propter te frangi permittit: Ibi
In Epiſt. prio. ad Corin. dem: Quid enim (inquit) appello communicationem, idem ipſum corpus ſumus: quidnam eſt panis? corpus Chriſti: quid autem fiunt qui accipiunt corpus Chriſti? non multi, ſed vnum corpus. Qui vellet omnes locos conferre & cogere, quibus Euchariſtiam ipſiſſimum corpus Domini eſſe docet, opus in volumen excreſceret.

Diui Hieronymi de corpore & ſanguine Domini in Euchariſtia ſententia. *Cap.* 47.

TRanſibo ad Hieronymum, cuius etiam auctoritate vrgemur & impellimur cap. 26. Matthæi ita
" ſcribit: Poſtquam typicum Paſcha fuerat imple-
" tum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit
" panem qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ
" tranſgreditur Sacramentum: vt quomodo in eius præ-
" figuratione Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem
" & vinum offerens, fecerat: ipſe quoque veritatem ſui
" corporis & ſanguinis repreſentaret. Miror quid hic offenderitis quod Eccleſiæ ſententiam de veritate corporis in Sacramento improbare poſſit. Vbi typicum Paſcha manducaſſet Dominus, traſijt ad verum Paſchæ Sacramentum, id eſt, vt vultis, ad veram figuram Paſchæ. Quid ergo? Falſus erat typus, quem prius impleuerat Dominus vt veritatis repræſentatione, quod priori deeſſet,

eſſet, ſuppleret, & reſtitueret? Sed impletum à Domino typum fuiſſe docet Hieronymus: Quum ergo impletus fuiſſet, nulla amplius figura opus fuit. Hæc ſententia ſatis ex verbis ſubſequentibus patefit, Vt quomodo „ in eius præfiguratione Melchiſedech panem & vinum „ proferens fecerat, veritatem ſui corporis repræſenta- „ ret. Si eius rei quæ à Melchiſedech præfigurata fuerat, veritatem repræſentauit Dominus: quomodo hanc veritatis repræſentationem figuram eſſe contenditis? Miror vos tantæ eruditionis & doctrinæ viros, repræſentandi ſignificationem huc adſciuiſſe: vt figuram non rem præſentem exhibitam eſſe demonſtretis: Cum Cicero rei emptæ precium repræſentatum eſſe dixit, præſenti pecunia ſolutionem oſtendebat, non eius rei figuram. Qui ſe tibi ad concionem repræſentat, non figurā producit: ſed ſe ipſum ſiſtit: Hinc Grammatici repræſentare interpretati ſunt præſentem ſiſtere. Ergo quum veritatem ſui corporis Dominum repræſentaſſe dixit Hieronymus, non figuram ſtitiſſe, ſed ipſiſſimum corpus exhibuiſſe intellexit. Ex aliis locis, quibus de Euchariſtiæ myſterio verba fecit vir Sanctus eius fides & animus intelligi poteſt: Si emiſſeni ſermonem de corpore Domini reciperetis, acta res eſſet: ibi enim apertiſſimè tranſubſtantiationem profitetur: vt quum dixit: Quanta ita- „ que & quàm celebranda vis diuinæ benedictionis ope- „ retur: Quomodo tibi nouum & impoſſibile videri non „ debeat, quod in Chriſti ſubſtantiam, terrena & morta- „ lia commutantur, te ipſum qui iam in Chriſto es rege- „ neratus interroga. Item quādo benedicendæ verbis cœ- „ leſtibus creaturæ ſacris altaribus imponuntur, antequā „ inuocatione ſui nominis conſecretur ſubſtantia, illic „ eſt panis & vinum. Poſt verba autem corpus & ſanguis. „ Sed quum hūc ſermonem reſpuatis, vobiſcum aliis Hieronymi locis agam, de quibus nulla ſit dubitatio. In ca. 5. Epiſt. ad Galatas, Opus quippe ibi magis vini quam Dei à nobis creatura damnata eſt, & licentiam tulimus virgini, proprio ætatis calore feruenti, ne ſub occaſio-

“ ne parum bibendi plus biberet, alioquin ſciebamus &
“ in Chriſti ſanguinem vinum conſecrari, & Timotheo
“ vinum vt biberet imperatum. In cap. 1. piſto. ad Titum.
“ Sic eſt caſtitas propria, & vt ita dixerim pudicitia ſacer-
“ dotalis, vt non ſolùm ab opere immundo ſe abſtineat,
“ ſed etiã à iactu oculi, & cogitationis errore, mens Chri-
“ ſti corpus confectura, ſit libera. Si ab homine corpus
“ Chriſti conficitur, non ſignificatur. Item Abdiæ quæſt.
“ 1. Nos autem audiamus panem quem fregit Dominus
“ deditque diſcipulis, eſſe corpus Domini ſaluatoris, ipſo
“ dicente ad eos, Accipite & comedite, hoc eſt corpus
“ meum. Alibi in 11. cap Oſeæ. Et arbitrati ſunt iugum
meum leue, eſſe grauiſſimum, & declinaui ad eos, deſe-
“ rens regna cœlorum, vt cum eis veſcerer aſſumpta for-
“ ma homini, ſiue dedi eis eſum corporis mei, ipſe & ci-
“ bus & cõuiua. In Heliodorum epiſt. 1. An de his aliquid
“ audeam dicere qui certè in ſuis vrbibus commorantur,
“ abſit vt de his quicquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtoli
“ co gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacrum ore confi-
“ ciunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus.

Epiſcoporũ ſcripta nos interpretari oportere non ex noſtro iudicio ſed religionis obſeruatione ſecundum quam populi inſtituerentur. *Cap. 48.*

PLuribus aliis authoribus tui mecum decertarunt, quibus per librorum penuriam in eremo, non reſpondi, ſed ne tuorum victoriæ hunc prætextum obtendere viderer, eos rogaui vt mihi expedirent, an veſtri teſtes à Romana Eccleſia diſſideant, ſi cum ea conueniant, huius Religio mihi viſa eſt antè ſpectãda, quã de teſtium fide diſputandum eſſet. Hac trutina eorum quos producis, examinaui teſtimonia, Iuſtini Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Chryſoſtomi, Auguſtini, Ambroſii, Euſebii, Gelaſii, eorumque quorum authoritate Eccleſiam noſtram oppugnas. Horum autẽ eandem cum ſui temporis põtificibus inueni fuiſſe ſen

tentiam, atque Pontifices non diuerſam ab hac, quam odie obſeruet Eccleſia, Religionem coluiſſe: quæ mihi res fuit teſtimonio, eorum ſcripta non à te fuiſſe intellecta, aut ſi intellecta ſint, hæc cum Romana Religione non conuenire, ſed cum tuis ſcriptis damnanda eſſe: At illi omnes fuerunt Epiſcopi, & credi debent ſuã non aliter, ſuorumque Religionem inſtituiſſe, atque ſcripto teſtatam relinquerint. Quamobrem ab Religionis vſu, de ſcriptis eorum iudicandum eſſe duxi. Irenæus Lugdunenſis fuit Epiſcopus, Hilarius Pictauienſis, Martinus Turonenſis, ex annalibus illorum Collegiorum intelliges, quomodo miſſam fecerint, quamque de Euchariſtia ſententiã habuerint. Hoc verò ſi tibi non ſatisfecerit omnem tibi poteſt adimere dubitationem, quòd nullo tempore illæ Eccleſiæ à Romana (cui parebant) aut verbis aut interdicto caſtigatæ fuerint, ſed nec Irenæi nec aliorum libri cenſuræ iudicium ſubiuerunt. Tu de Romanis pontificibus differens, Ioannem Papam 23. memoras, qui à ſchola Pariſienſi damnatus errorem abiurare coactus ſit. Quæ ergo Pontifici ſummo non pepercit, inferiores Epiſcopos non ferret, ſi à ſua doctrina diſcreparent.

De Gelaſii ſententia à Caluino aduerſus Eccleſiam vſurpata. Cap. 49.

IN Epiſtola tua ad Franciſcum Regem oſtendere videris, *Gelaſium Romanum Epiſcopum, ad hanc tuam traditionem præceptorem tibi fuiſſe: hunc enim affirmas docuiſſe, panis ac uini ſubſtantias, non deſinere, ſed ita permanere vti manet in Chriſto Domino ſubſtantia & natura hominis iuncta diuinæ.* Sed probare poſſum Gelaſium, in hac fuiſſe ſententia, vt ſi viueret, nullis quæſtionibus ab eo exprimeres, quod illitu imponis. Bullingerus hoc ipſo temento tecum Eccleſiam oppugnat, ſed aliis verbis, vt eum locũ corrupiſſe videare. *Gelaſius (inquit) Romanus Epiſcopus de duabus naturis ſcribens contra Eutichen & Neſtorium.* Certè Sacramenta

non deſinit panis & vini ſubſtantia,ſed tranſit in diuinā Spiritu Sancto perficiente ſubſtantiam.Hanc fateor nō deſinere,id eſt,in nihilum redigi,ſed in diuinam vi Spiritus tranſire ac deſinere ſubſtantiam. Nam ſi deſineret, id eſt, euaneſceret non tranſiret. Quod enim nihil eſt, tranſire aut mutari non poteſt: Cum verò tranſit,quanuis non deſinat eſſe vera ſubſtantia, tamen deſinit eſſe panis:& quæ erat terra panis,fit carnis Dei Chriſti terra,Spiritu,naturaque diuina prædita, fitque Sacramentum diuinæ verbi incarnati eſſentiæ,id eſt, verum corpus ſub aliena ſpecie:Hanc fuiſſe Gelaſii ſentētiam, ex verbis ſequentibus animo comprehendi: Et certè (in- »
quit)imago & ſimilitudo corporis in actione myſterio »
rum celebratur.Cauendum eſt ne in his verbis offenda »
mus:Conſidera non dixiſſe Sacramentū imaginē corporis,aut figuram fieri:fit enim vt ait Cyprianus, veritatis corpus,vera tranſitione: ſed dixit imaginem corporis, *In Cæna*
actione myſteriorum celebrari: Vt hoc intelligamus, »
primum quæ ſit myſteriorū actio, intueri animo neceſſe eſt:Cōſecrationis opus, benedictione gratiarū actione,verborumque pronunciatione, conſiſtens, vera Sacramenti actio & effectio eſt:hac ergo actione corporis imago celebratur. Huc etiam pertinet Domini mandatum:poſtquam enim,Hoc eſt corpus meū dixiſſet,adiecit, Hoc facite in meam commemorationem: & pro eo ac Dominus corpus ſuum in ſui memoriam faciendum conſecratione iuſſit: Gelaſius imaginem corporis in actione myſteriorum,celebrari oſtendit: Qui ad Iuſtini martyris lectionem,diligenter animum conferet, facilè hunc locum intelliget:Quemadmodum (inquit) »
per Dei verbum homo factus Ieſus Chriſtus conſeruator noſter,& carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit,ſic etiam cibum,qui per preces ſermonis,quem ab »
eo accepimus,conſecratus eſt,& quo ſanguis carneſque »
noſtræ,per tranſmutationem aluntur, Ieſu Chriſti,eius »
qui homo factus eſt,carnem & ſanguinem eſſe edocti ſumus. Hic docet eo modo fieri Euchariſtiam corporis »

ſangui-

ſanguinis,per verbum Domini, quo facta eſt incarnatio. Celebratur ergo imago corporis in actione myſteriorum. Quicquid enim in verbi incarnationem interceſſerit,in conſecrationem inſumitur. Verbum Domini,Angelus & fides. Virgine ab Angelo ſalutata,verboque ab Angelo in opus incarnationis emiſſo, Concipies & paries Filium,&c. Verbum,fide Virgo percipiés de Spiritu Sancto Deum & hominem concepit, Spiritu Sancto in eam ſuperueniente, & altiſſimi virtute hanc obumbráte. Huius rei corporis diuini in Miſſa effectio imago eſt. Ieſus Chriſtus magni concilij Angelus, verbo à ſe emiſſo in puram panis materiam, ex hac corpus ſuum in fide vniuerſalis Eccleſiæ creauit. Vide an hæc maioris miraculi atque operæ res fuerit, quàm incarnatio credéri,non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum? Certè qui huic miraculo fidem derogabit, incarnationis Sacramento egrè fidem adhibebit: Si vos panis ſpecies,ab hac fide remoretur, vobiſcum reputate, hac re memoriam corporis fieri,aut,vt ait Gelaſius,imaginem corporis celebrari. Omnia enim quæ homini (excepta mortis,ac peccati natura accidant)ſeruauit deificata caro:ſic & omnia retineri Sacramento neceſſe eſt quæ pani propriè accidant, natura tamen in carnem immutata: Vetuſti Eccleſiæ ſcriptores, hoc corporis Chriſti Sacramento,totius diſpenſationis ſalutis noſtræ memoriam renouari dixerunt, vt veſter Neocæſarienſis,& noſter Euſebius: Hoc etiam Paulus docet,dicens: Hoc facite in mei memoriam,quotiens enim biberitis poculum conſecratione factum,mortem Domini annunciatis,donec veniat: Nota,non fuiſſe dictum ſignificabitis. Quum ſit vi verbi corporis Sacramentum, incarnationis(vt inquit Eccleſia)memoria recolitur. Quum manducatur oblatus ac immolatus Agnus, noſtra participatio, in noſtram redemptionem mos huius annunciatur. Quum bibitur ſanguis, annunciatur in ſordium noſtrarum emundationem aſperſio, ac precatorum remiſſio: hæc adiecta verba,donec veniat, reſurrectionem atque

ſecundum

ſecundum aduentum, annunciant non enim venturus eſt niſi reſurrexerit, vt alibi demonſtrauimus. De hac quam expoſuimus ſententia, te forte Gelaſius deducit, dicens: Sacramenta in diuinam tranſeunt Spiritu Sancto perficiente ſubſtantiam: permanent tamen in naturæ proprietate. Sed nota de proprietate hunc loquutum eſſe, nō de natura: hæc enim ſua proprietate prædita eſt aliæque ſunt naturæ proprietates, alia res eſt natura: Sic naturam ac ſubſtantiam diuinæ carnis, accidentia panis propria retinentem, in Sacramento corporis, Gelaſius eſſe docet. Hoc ſi nō admiſeris, explica nobis quo modo fieri poſſit, vt panis ſubſtantia, in diuinam verbi incarnati ſubſtantiam tranſeat, in panis ſubſtantia permanens: Hoc ſanè ſi docuerit (vti illi imponis) Gelaſius non longè abfuit ab infamię ſuſpicione: nō poteſt enim tranſire ſimul & manere.

Non ita coniungi corpus Sacramento, vti natura humana diuina iuncta eſt in Christi perſona, niſi ſubſtantialiter ſub panis ſpecie ſit corpus. Cap. 50.

CAeterum in nefarij criminis reprehenſionem incurris, quum dicis, *Ita panis ſubſtantiam in Sacramento permanere, uti manet in Chriſto Domino natura & ſubſtantia hominis iuncta diuinæ:* Vt hunc errorem detegamus, repetam quæ tibi ſit de Sacramento ſentia: Animi ſeueritate maxima, tuis edicis, *Ne vllam ineſſe in Sacramenti corpore diuinitatem, aut virtutem aliam ſuſpicentur, quam Sacramentalem, id eſt, ſignificatiuam, ne animum ſuū in huius adorationem inclinent: tradis tamen corpus Chriſti à Sacramento ſeparari non poſſe, ſi accedat fides: ſed vnà cum Sacramento, quamuis ſeorſum ab eo, corpus ab anima manducari, et ita corpus Sacramento coniunctum eſſe: vti cum humana natura in Chriſti corpore diuina coniuncta eſt.* Hac de re magna ira tui mecum diſcipuli conflixerunt, quum ex te oſtendebam hac ſimilitudinis iniquitate, carni Chriſti diuinitatem, Sacramento tenus vnitam eſſe, eamque diuinita

te ſpoliari, atque ad carnis communis rationem redigi, cui iungatur diuinitas, ſi modò diuina eſſe credita ſit. Fide enim non re vera, cum pane tuo, Chriſti corpus tibi
Coloſſ.2. cohæret: Hoc ſi non intellexeris, tua ſimilitudo falſa eſt nec ita remanet panis, vti natura carnis, in Chriſto iuncta eſt diuinæ: Prǫterea ex Pauli ſententia docebam ple-
“ nitudinem diuinitatis habitare in carne Chriſti corpo-
“ raliter, & carnē diuinitatis eſſe participē: vt caro Chriſti ſeorſum à diuitate conſiderari non poſſit (quin ſoluatur Chriſtus). Deníque docui Gabrielis Angeli teſtimonio, Chriſtum non ſolum Dei Filium reſpectu diuinæ eſſentiæ, vocatum eſſe, ſed etiam eius ſubſtantiæ, reſpectu quæ de virgine nata ſit: Hæc verba ſunt Angeli,
Luc.1 “ Spiritus Sāctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obū-
“ brabit tibi: Ideoque & quod ex te naſcetur ſanctum, vo-
“ cabitur Filius Dei: Et, copulatiua dictio, cauſalem ſubſequuta oſtendit, non ſolùm Spiritum Sanctum, id eſt, verbum, Filium Dei vocatum iri, ſed & carnem, quæ ex Maria naſcetur, propter naturarum vnionem: Quæ naturæ vnum Chriſtum, Filium Dei efficiunt, ex qua re, Maria, Mater Dei meritò vocata fuerit. Qui non ſecus diuinam verbi eſſentiam ineſſe Sacramento intelligerent docebam non tuo modo coniunctum Sacramento corpus Dei dicere debuiſſe, ſed rem, corpus eſſe Sacramenti: neque Sacramenti perfectionem, ac veritatem à fide eſtimari oportere: vt qui fide Sacramentum manducet, corpus Spiritu manducet, qui nulla fide manducarit, panem, & non corpus ſe manducaſſe credat: Affirmabam enim veritatis corpus ſemper eſſe Sacramentum, neque vnquam ſe, vt Cypriani verbis vtar, à Sacramē-
In Cyna tis eam abſentare: Hoc tui diſcipuli ferre non potuerunt: Eis, hæc dicens inſanire aut delirare videbar: meique affecti miſericordia, bonam mihi mente præcabantur. Oſtendebant *id ſolum quod à Deo eſſet*, Filium Dei *dici poſſe: nam autem quod ex Virgine eſt, ne ex creatura, creatorem faceremus: non negare* Filium Dei *in carne* Chriſti *habitare. vt Spiritus noſter in nobis inhabitat, ſed modo quodam eximio.*

ac

ac ineffabili atque naturarum inter ſe differentium, diſtinctionē fieri oportere (ſi adoretur Chriſtus) ne ſimul cum Deo, caro creata adoretur: Angeli teſtimonium à me citatum tua noui teſtamenti in Gallicam linguam verſione declinabant, qua, copulatiuam cauſali aduerbio præpoſuiſti, vt doceres, id ſolum quod è cœlo deſcendit, Filium Dei ſanctumque dici oportere, ne templum diuinitatis, pro re, templum inhabitante, adoremos.

In quo differat incarnationis à conſecratione myſterium. Cap. 51.

PAucis poſt diebus, de conſecrationis ad incarnationem Iuſtini ſimilitudine, hoc argumento illi nos impugnarunt: *In incarnatione, inquiunt, caro in Spiritum minime mutata eſt, ſed manſit non ſolum in natura proprietate, ſed in propria natura: Tibi uero in conſecratione, panis tui natura in carnis naturam penitus tranſit, accidentibus immutatis, ac ſine ſubiecto manentibus*: Scuti loco, tui Gelaſii ſententiam illis obduximus: quæ ſi falſa non ſit, ſecundum hãc fidei noſtræ myſterium euenire neceſſe eſt: Tranſit (inquit) panis ſubſtantia in diuinam corporis " Chriſti ſubſtantiam: quamuis in propriis accidentibus " panis remaneat: Gelaſii ſententiam Cypriani authori " tate ſuffulſiuimus atteſtantis, Sacramento viſibili ſic di- " uinam ſe infundere eſſentiam, uti ſub carne latebat di- " uinitas, vt panis effigie non mutata, fiat caro Domini: " Proinde ſi panis caro non fieret, horum alterum neceſſario eueniret, vt aut verbum Domini, dicentis, Hoc eſt corpus meum, præteriret, aut vt verbum panem induens, fieret panis, non ſecus ac verbum caro factum eſt, carnem induens, ſicque duę eſſent veritatis corpora, vnum paneum, alterum carneum, quod nullam haberet rationem: Itaque vt verbum, hoc eſt corpus meũ maneat, neceſſe eſt ſecundum hoc, ex pane corpus effici: Hoc verò fieri non poteſt, quin panis natura in diuinam ſubſtantiam conuertatur, aut duo veritatis corpora

pora inducamus. Præterea huc incarnationis myſteriũ non ſpectabat, vt in Spiritum caro mutaretur, ſed vt diuina fieret, eadem permanens, atque vt homo in Deum tranſiret, cœlumque conſcenderet: At conſecrationis huc pertinet finis, vt homo diuinæ fiat naturæ conſors, non ſolum Spiritu, ſed carne, quòd ſine diuinæ carnis manducatione conſequi non poteſt. Quamobrem panem & vinum in carnem & ſanguinem tranſire, & conuerti neceſſe eſt, vt per hæc, qui ſe ad manducationem conferunt, fiant vt diximus diuinæ naturæ conſortes.

Quantum ad ſimilitudinis rationem attinet, etſi hac in re non habet locum, vt ita permaneat panis ſubſtantia iuncta diuinæ, vti caro in ſua natura permanſit: hæc tamen hac in re locum habet, quòd vti verbum incarnationem operatum eſt, ſic & conſecrationem inuocatum operetur, & uti Spiritu ſuperueniente caro deificata eſt, ſic eodem ſuperueniente, panis natura in incarnem mutata ſit. Nulla ergo inter actiones differentia, ſed maxima ſimilitudo eſt, nec inter corpus pro nobis paſſum, idque quo in Cœna in remiſſionem peccatorũ paſcimur, diſcrimen vllum interponemus.

Vt ad accidentia ſine ſubiecto reſpondeam. Fateor humano ingenio me tantum miraculum non poſſe conſequi, ſed vbi tu expoſueris, quæ cœli aut ſolis ſubſtantia ſit, me in ſpem coniicies fore, vt hæc tibi explicemus, ac demonſtremus: Primum velim vt ediſſeras, quomodo lux, ſolis corpori inhæreat, per accidens, an per eſſentiam: ſi per accidens eſſe dixeris, quum ante ſolis creationem lux effecta ſit, per ſe ſubſiſtebat: oſtende ergo quare conſtet corporis ſolis ſubſtantia, vt intelligamus, an ei lux adſit per accidens, ſine ſubiecto? ſed ægrè à me obtinebis vt lucem per accidens ſoli coniunctam eſſe fatear, quum ante diem quartum vt diximus, per ſe lux ſubſiſteret. Quòd ſi eſſentiam ſolis lucem eſſe dixeris, ſoli corpus contra ſcripturas eſſe negabimus: Lux enim non eſt corpus: Præterea exprimere, quæ natura

tura eſset ignis in fornace ſeptuplum incenſi, in quem apud Danielem tres pueri coniecti ſunt, ignis natura non erat quæ minime hos læderet, aut vreret, ſed tanquam ros matutinus eorum corpora refrigeraret. Roris ergo erat natura ſub ignis accidentibus: quòd ſi naturam non mutatam eſse dixeris, ſine accidẽtibus ignis ſubſtantiam fuiſse demonſtrabis, quod non minus à natura alienum eſt.

Accidentia ſine ſubiecto in Eucharistia à manna Eucharistiæ figura probari. *Cap. 52.*

DE arcidentibus ſine ſubiecto, deque aliena ſubſtantia, ſub non ſuis accidẽtibus tam illuſtris eſt à manna (quod Euchariſtiæ figura erat) probatio, vt mirari non deſinam, quo modo in Euchariſtia offendatis. Hæc ſunt verba Moſis: Veſpere comedetis carnes, manè ſaturabimini panibus. ſcietiſq; quia ego ſum Dominus Deus veſter: factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix cooperuit caſtra, manè quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Ecce panis, ros propter roris ſimilitudinem vocatur, vti Euchariſtia panis, propter ſimilitudinem: Sequitur, Quumque operuiſset ſuperficiem terræ, apparuit in ſimilitudine minutũ, quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram, quod quum vidiſſent filii Iſrael, dixerunt ad inuicem, quid eſt hoc? Quibus ait Moſes, iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. Non ergo panem ſignificabat, ſed ſubſtantialis erat panis, ſub roris & pruinæ ſimilitudine: Hunc locum nobis non aliter interpretari licet, quem liber Sapientiæ fuerit interpretatus: Hæc ſunt eius verba: Pro quibus Angelorum eſca, nutriuiſti populum tuum, & panem de cœlo præſtitiſti, omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem: ſubſtantiam enim tuã & dulcedinem illis oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur. Audi ſub roris ac pruinæ ſimilitudine, omnis ſapo-

Exod. 16

ris mutationem,& in quod quiſque cuperet, ſubſtantiæ mutationem: Erant ergo ſine ſubiecto accidentia? Hunc tamen locum ſi reieceris, quid aduerſus Moſem obduces? Is atteſtatur tã verum panem, ſub roris ſpecie, pruinæque ſimilitudine, manducatum quàm carnes ſub coturnicum accidentibus ac effigie, manducarentur? Man-
" ducabitis (inquit) carnes veſpere, & manè panes ad ſaturitatem: Si non erat panis ſubſtantia, pruina erat, quæ quidem ab hominis nutrimento alieniſſima eſt: Si verò panes erant, aliena ſpecie, ac accidentibus ſine ſubiecto occultabantur: vt hoc tibi miraculum mirabilius videatur, audi incaleſcente ſole, manna quaſi pruinæ eſſet ſubſtantia, liquefieri, aut vermibus ſcatere, quum tamen panis natura non liqueſiat; ſola ergo accidentia liquefiebant, vt ſola Euchariſtiæ accidentia vermibus eroduntur: crede ergo quanuis nihil omnium quæ pani propria ſunt, in Euchariſtia immutetur, ſubſtantiam eius ineffabiliter, in carnem conuerti: vti in panem ros, ſub pruinæ ſpecie, ſubſtantialiter conuertebatur: aut veritatem cum figura non reſpondere.

Non mirum videri debere finitam corporis diuini ſubſtantiam, plurima vno tempore occupare loca. Cap. 53.

TVi diſcipuli, ab hac euolutum me quæſtione, cœperunt aliis ſtimulis vrgere, *Si (inquiunt) carnem Chriſti ſub ſacramento manduces, falſum eſt ad Dei dexteram Chriſtum ſedere, donec veniat iudicare uiuos & mortuos: aut falſum eſt, eius corpus finitum eſſe: Non enim in cœlis ſimul & in cœna vere eſſe poteſt, ſed alia tibi caro porrigitur alia cœlis eſt.*

Ne rem maieſtate ac miraculo plenam, vano ſermone tereremus, ex illis quæſiui, vt viciſſim mihi exponerent, quomodo quinque exigui panes hordeacei, vno tẽporis momento, in quinque eſſent milibus locis, atque hominũ quinque milia explerent, vt miniſtri, reliquiarum duodecim cophinos exportarent. Infinita ne erat quinque panum ſubſtantia, an ne phantaſtica illa fuerit, vnde

vnde tot milia ſaturarentur? Finitus quinque numerus, finitam materiam oſtendit, eiuſque ipſius in ſe ipſam multiplicationem, vt vno tempore tot loca occupauerit quot eſſent, perſonæ. *Creauit (inquiunt) Deus panes ex aere, aut ex propinqua materia, quibus turba veſcerentur.*

Ergo inquam falſum eſt, ex quinque ordeaceis panibus, quinque hominum milia ſaturata fuiſſe, ſed ex quinque milibus aereis panibus aut ex nihilo creatis: Vbi huius rei exitum inueneris, ex eis, quos mihi tetendiſti, laqueis euademus. *At non videtur (inquiunt) fieri poſſe ut Dominicum corpus tantillo in ſpacio contineatur.* Fieri nec etiam poſſe videtur, vt ianuis clauſis tantæ magnitudinis corpus ad diſcipulos penetrarit: Hoc tamen & ſi humani ingenii aciem obtundit, fide comprehendimus, ac veneramur: rebus (quas nobis occultas eſſe voluit Deus) animam uoſtrum fruſtra vexentes, ne qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimatur à gloria.

Si Gelaſius in ea ſententia fuerit, quàm fingit Caluinus, erraſſe omnes Epiſcopos qui ante illum fuerint. Cap. 54.

HIs demonſtratis rebus, facilè iudicari poteſt, quã malè cum Gelaſio cohæreas, quamque falſa, & iniqua ſit tuæ coniunctionis diuini corporis, ad tuum panem ſimilitudo. Cæterum malè ſubducta ratione eſſe ad perſuadendum videris, qui ex omnium tempeſtatum, omnibus Epiſcopis Romanis, vnum elegeris, cui aſſentias, reliquos omnes improbans. Tertullianus aduerſus hæreticos dicit, Quod ab omnibus inuenitur obſeruatum, non erratum, ſed traditum: Si verò omnes ante & poſt Gelaſium errauerint: qui proximè Apoſtolos ſequuti ſunt erauerunt: Huc igitur vt verbis vtar Tertulliani, viſputationem noſtram dirigamus; Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Apoſtolos miſit ad prædicandum, „ alios ergo non eſſe recipiendos prædicatores fateberis, „ quam quos Dominus Ieſus inſtituit, quia nec alius ſcinit veritatem, niſi cui Filius reuelauit, nec aliis videtur „

" Filius reuelaſſe, quàm iis, quos miſit: Quod autem prædicatum ſit, non aliter ſciri poteſt, quàm per Eccleſias, quas Apoſtoli prædicando condiderunt, tam uiua quod aiunt voce, quàm per ſcripturas. Si hæc ita ſint, conſtat omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus, originalibus fidei conſpiret, veritati deputandum, reliquam omnem doctrinam à mendacio profectam, hæc Tertullianus.

Si hæc quam nos propugnamus religio, è mendatio enata ſit, oſtende quando & quibus matribus enata fuerit, quibus attribus tantas vires ſumpſerit, vt veſtram veritatem profligauerit, & expulerit, hoc non magis latere vos poteſt, quàm quæ, quibuſque temporibus viguerit diſciplina, hoc ſi præſtare non poſſis, teſtatum relinquis, noſtram religionem ab illis Apoſtolis & originalibus eſſe ſuſceptam, & traditam. Vide ergo quid Gelaſio tribuas, dum eum tibi præceptorem, & magiſtrum fuiſſe fingis, ad eam quam eius auſpiciis, & nomine, euulgas opinionem: tu certè hunc alligas, & infamem facis hæreſis, dum à patribus orthodoxis diſcrepare doces: ſed eius conſtitutiones hanc ei maculam facilè eluunt, & abſtergunt: In canone librorum, quos ipſe ab Eccleſia ſuſcipiédos eſſe cenſet, patrum decretales epiſtolas approbat, his, vti ſuperius demonſtrauimus, tranſſubſtantiatio, & Miſsæ ſacrificium approbatur. Cypriani opuſcula recipit, his panem & vinum in carnem & ſanguinem mutari liquet: Baſilii & Gregorii Nazianzeni, hi poſt conſecrationem, antitypa, fieri corpus Domini aſseuerant: Cyrilli & Hyllarii, hi eam quoque ſententiam tuentur, Ioannis Chryſoſto. in ea etiam eſt ſententia: Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini horum authoritate nititur Eccleſia ad te impugnandum: Gelaſ. præterea, Bullingero tuo & Hieronymo Mario teſtibus: collectis, gradualibus & canonis initiò, Miſsam cumulauit: Non ergo negauit quod canone celebratur, prædicatur, & affirmatur, à quo inſana quadam vos animi offenſione abhorretis: Hic, digamos arcet ab Eccleſiæ miniſterio, eo tu illos intrudis,

ſacris

ſacris virginibus velandis, tempus definiuit, has tu voto abſoluis, & matrimonio copulas, eos qui ſe eis coniunxerint, à ſanctorum detrudit communione, tu, præmiis ac pollicitationibus, in id inuitas, & pellicis, Miſsam in virginum conſecratione eo modo celebrari, quo hodie celebratur, eos idololatriç reos facis, qui Miſsç interfuerint: Vide ergo cuius vir ſis iudicii, qui talem teſtem in tuæ ſententiæ confirmationem adhibueris.

Si panis cœnæ, à corpore domini ſit natura diſparatus, an poßit per ſignificationem de hac qualitate neceſſaria, quod pro vobis datur, prædicare. Cap. 55.

Conficiam, concludamque hanc noſtram dimicationem, tormenti huius diſſipatione, quo tui diſcipuli poſt meum reditum, ſententiam noſtram totis viribus incuſserunt. *Senſus inquiunt huius propoſitionis, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur & frangitur, vel eſt literalis, vel tropicus Senſus literalis, quem vnuſquiſque ſenſu cõmuni prætus, ex forma verborum colligit, eſt hic quod panis quem Chriſtus accepit in manus, ſit corpus Chriſti, quod falſum eſt: Nam vnum diſparatum, non prædicatur de altero, niſi per ſignificationẽ vt Petra eſt Chriſtus. Ergo verus ſenſus iſtius eſt tropicus, quod panis quem accepit in manus eſt figura corporis, vel corpus ſignificat.*

Hæc opinio, præcoce ab ingenio profecta eſse, mihi viſa eſt: Si dixiſses panem quem frangimus eſse corpus Domini, falſa non eſset (vel ſecundum literam) propoſitio. Aut ſi dixiſses, quem accepit Ieſus panem, poſt myſticam benedictionem, & ſolennes preces, eſse verum corpus, veriſſima eſset propoſitio. Tum enim quum in manus panem Dominus accepit, erat antitypon, id eſt, exemplar ſimilis formæ: ſed quum frangeretur, poſt quam (ſi Græcè loqui liceat) fuit εὐχαριστηθείς, id eſt, Euchariſtiſatus, corpus erat Domini: Nam Spiritu Sancto in memoriam incarnationis ſuperueniente, panis in carnem mutatus eſt.

Diſparatum, per ſignificationem de altero non prædicare, quin huius neceſſarias qualitates & naturam prædicet. *Cap. 56*

CAeterum te ipſo præceptore, opinionis tuæ vanitas detegitur affirmando, *Vnum diſparatum de altero non prædicari, niſi per ſignificationem: vt Petra erat Chriſtus:* Chriſtum à petra, quæ Iſraelem conſequebatur, diſparatum fuiſse nego: ſed Petram illam cœleſtẽ ac ſpiritualem, affirmò Chriſtum fuiſse, non ſignificaſse Si tamẽ hæc diſparata fuiſse donemus, de ſeque mutuo per ſignificationem prædicaſse, huc corrues, ut Chriſtus tibi dicẽdus ſit, ante incarnationem, Petram immobilem ac inſenſibilem prædicaſse, quis tibi hæc credet?

Præterea tui prædicati natura & qualitas, quam neceſſario hoc relatiuum, quod pro vobis datur, ſubſequens exprimit, manifeſtę ignorantiæ te arguit, Aduerte, non ſolum corpus prędicari oportere, ſed adiecta ea qualitate, quod pro vobis datur: vt ſeorſum ab ea, corpus conſiderari, aut prædicari non debeat: An autem tibi videtur natura panis, & vt ais analogia, neceſſariam hanc corporis qualitatem prædicare, vel figurare, vt corpus pro nobis datum, oblatum, & occiſum, ſignificet? Hoc ſi non habet à natura panis, ſed vt putatis ab inſtitutione, quomodo ab analogia tuam duces ſimilitudinem? Hanc deberes ab inſtitutione potius abripere: quo modo ergo hanc neceſſariam oblationis in ſacraficium pro nobis qualitatem, panis proprietas referet, ac prædicabit? Errabis tamen ſi hac omiſſa ac neglecta qualitate, quam expreſſit verbo Dominus, ad aliam nos adegeris, qua ſola tenus, Dominicum corpus prædicari doceas: Itaque, panis, Chriſtum cum ſuis qualitatibus, expreſſe (ſi te audiamus) ſignificare deberet: non ſolum autem nutrimento tenus, ſed quatenus pro nobis mortuus eſt: hoc tamen nec panis natura, nec inſtitutio Sacramenti patitur: Nam diuerſos effectus ſacrificii, id eſt, Miſſæ, totidem figuræ ſpeciatim adum-

adumbrarunt, quas ſingulas, ab vno Chriſto adimpleri oportuit: Qui ergo harum ſignificationem confuderit, culpa non vacabit: Azymi panes in nutrimenti ſignificationem à Moſe accepti ſunt, nec fruſtra, ſed vt vtraq; Chriſti natura nutrimenti & paſſionis duabus figuris panis & agni exprimeretur. Azymos ergo panes cum propoſitionis panibus, illi tuæ analogicæ ſignificationi, rectiſſime deſtinare potuiſti: egoque agnum tranſitus, (quo aduerſus vaſtantem Spiritum, Hebræi ante maris traiectionem ſeruati ſunt) ei, quam Chriſtus expreſſit qualitati, quæ nobis carnis oblationem, & manducationem, prædicabat, applicare poſſum: Et hircum emiſſarium, poſt pontificis execrationem, coccino circundatum, per hominem paratum in perditionem emiſſum, cum Chriſti purpura induti execratione, & per hominem paratum, ad ſupplicium expulſione conferés, non errabo, Holocauſtumque & animalia quorum ſanguis in Sancta fuit poſt ſolennem oblationem per Pontificem illatus, extra caſtra, ad incendium exportata, paſſioni Chriſti reſpondere poterunt: vt vnicuique figuræ, ſua veritas relinquatur: Si hunc ordinem ac rationem tecum reputes, non vnipani, quod omnium figurarum eſt, aſſignabis, niſi in offenſionis lapidem impingas.

Diuini Euchariſtiæ operis à manna probatio. *Cap. 57.*

PRæterea analogiæ tuæ ſolicitus, manna dignitate ſua exuiſti: Hoc, panem cæleſtem non ſola inſtitutione tenus verum, ſed effectu, ac ſupernaturali prærogatiua figurabat: vitamque æternam, ſpiritualem, cæleſtemque noſtrum myſticæ benedictionis cibum, elementi ſub ſpecie adumbrabat: Et quamquam hunc noſtrum uitæ cibum, mana figuraret Chriſti tamẽ ſacrificium figurare non potuit: hoc ergo multo minus, panis tuus figurabit. Denique mannæ ſignificatio, non ſolis alimenti terminis claudebatur, ſed panis noſtri

ſpiritualis (quoad eius fieri potuit) naturam, ac diuinitatem oſtendebat, ac per ſignificationem tuam prædicabat: Manna enim præter naturam, virtute diuini Spiritus, pruinæ ſub ſpecie, conuerſa eius ſecundum edentium voluntatem ſubſtantia, ac ſapor, populum pleniſſime nutriebat: ſicut ſcriptum eſt. Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam illis oſtendebas, & deſeruiēs vniuſcuiuſq; voluntati ad quod quiſque volebat conuertebatur. Sapien. cap. 16. Sic aqua ex petra præter naturæ vires & ordinem, diuina virtute ſcaturiens, populi ſitim explebat, quæ res noſtram æternæ ſitis extinctionem (diuini opus poculi, aliena ſub ſpecie, guſtuque adumbrat: ac ſignificatione prædicabat: Verbi enim ac ſancti Spiritus vtrumque opus quum fuerit, hac ipſa in re, id eſt, quod ſupernaturale eſſet opus, de ſe mutuo, & ſi ſubſtantia diſparata ſunt) prædicant: Sed quoniam inſtitutione ſola ac ſacramento, & conditione tenus, panis tui naturæ honorem diuinum defers, efficis vt nullo modo, de pane vinoque tuo, illæ vmbræ per ſignificationem prædicent. Vmbræ enim illæ, non ſignificatione, conditione, aut inſtitutione tenus, ſed re vera, & effectu, ſupernaturale vt diximus, diuinumque erant opus: qua in re, de naturali tuo pane, conditione, vt tuis verbis vtar, ac ſignificatione tenus mutato, per ſignificationem prædicare non poſſunt: nec tui naturales cibi, vmbras illas repræſentare, niſi vmbris cœleſtibus, ſuam præſtantiam deneges, ac ad naturæ regulas adigas vt per ſignificationem de tuo pane vere prædicēt, quod ſtultitia non carebit.

Niſi Euchariſtia ſuperſubſtantiale ſit opus, de ea non poſſe manna, per ſignificationem prædicare. Cap. 58.

SI autem Eccleſiæ ex religione non exceſſeris, ſed fatearis ſuperſubſtantialem eſſe noſtram Euchariſtiam, non Sacramento, ac conditione fideque tenus, ſed re vera, efficies vt opinioni tuæ ſubſcribam, diſpa-

diſparata de altero per ſignificationem prædicare, atq; opus mannæ, aquæue, è Petra præter naturam redundantis, (per metonymiam) Euchariſtiam noſtram dici poſſe, ac per ſignificationem natura & ſpecie diſparata de altero prædicare: Agnumque tranſitus typicum, & animalia quorum corpora extra caſtra cremarentur, Chriſtum paſſum dici poſſe. Sed ſi in ſententia manſeris, naturamque panis, non re vera diuinam eſſe dixeris, ſed ſacramento ſolo, ac inſtitutione tenus, de corpore quod pro nobis datur diſparato, prædicare contenderis, huc te præcipitem deturbabis, ut tibi neceſſario patibilis Chriſti qualitas dicenda ſit, per ſignificationē, de impatibili panis tui natura, ſic prędicare, vt à pane viciſſim prædicetur: corpus enim non poteſt, citra expreſſam verbo Dei qualitatem hanc, (quod pro vobis datur) de diſparato prædicare, ſimiliter corpus ipſum ſeorſum à ſua qualitate, à pane prædicari non poteſt, panis ergo ſecundum tuam logices regulam, de corpore holocauſti prædicare non poteſt, quin ſimul de corporis expreſſis, ac proinde indiuiduis qualitatibus, prædicet: nec rurſus holocauſtum prædicatum, citra ſuam neceſſario connexam (propter verbum *Dei*) qualitatem, de altero poterit prædicare: nam ſimilium eadem eſt ratio. Quum igitur hanc prædicationem, nec panis tui natura, nec inſtitutio ferat, falſum eſt corpus, & panē eſſe ſtiſperata, ſed eandem eſſe naturam ac ſubſtantiam, de ſeque mutuo uere prædicare.

Hoc quoque in conſiderationem afferendum eſſe puto, ſi tua ſententia vera ſit, non ſolum Sacramento tenus panem eſſe corpus & corpus panem, ſed Chriſtum Sacramentaliter, paſſum eſſe, non ſubſtantialiter, quoniam nō vere ac ſubſtantialiter hæc qualitas à pane prædicata eſt: manifeſtum enim & liquidum eſt, eo modo expreſſam, ac neceſſario connexam ſubiecti qualitatem prædicari, quo ſubiectum prędicetur.

A pro-

REVERENDO, AC RILIGIOSO IN CHRISTO

Patri, & D. D. Ioanni Snickio, Præpoſito inſignis monaſterij S. Martini apud Hyperas, Ioannes Garetius ordinis S. Auguſtini Canonicus apud Martinianos Louanij, & à confeſsione monialibus in Mishaga prope Antuerpiam.

S. D.

SEMPER *in ea fui ſententia, R. P. ut mihi perſuaſerim nunquã Deum qui clemens, ac miſericors eſt, paſſurum quenquam pertinaciter circa fidem* Euchariſtiæ *errare, niſi prorſus, aut ob manifeſta, magnaq; peccata, aut occulto* Dei *iudicio, ita ſit occæcatus, atq; eius gratia deſtitutus, ut uidens non uideat, aut uidere etiam non uelit.* Et *quo penitius inſpicio argumenta, rationes, libros, conatus, & fraudes horum, qui uel impium hunc errorem orbi primum prodiderunt, uel ſepultum nunc denuo in lucem reuocarunt, eo magis in ſententia confirmor. Siquidem nullus fidei noſtræ articulus nihil eorum quæ præterea à nobis credēda ſunt, tam longo tempore ab omni hæreticorum oppugnatione perſtitit intactum, ut fides huius ſacramenti.* Facile *mihi eſſet oſtendere ſingulas fidei noſtræ partes, qui nam hæretici impugnarunt, niſi hæc omnia tam tota om*

mibus eſſent, ut fruſtra me hanc operam inſumere putarem. Quòd enim nulla ſit tam exigua fidei noſtræ particula, quæ non ſuos habuerit hoſtes, ex Philaſtrio Epiſcopo, Epiphanio, Auguſtino, *atque* Ioanne Damaſceno, *qui hæreticorum catalogos ediderunt, nec non ex* Hiſtorijs Eccleſiaſticis *cognoſcere quiuis facile poteſt. Fides uero ſacramenti* Euchariſtiæ, *uidelicet quod uerum corpus, & uerus ſanguis* Ieſu Chriſti *realiter, & ſubſtantialiter in* Euchariſtia *contineatur, nullum ſenſit unquam hoſtem uſque ad annum milleſimum quadrageſimum: ſed totos mille & quadraginta annos incontaminatam, atque inuiolatam* Deus *ſui ſacramenti fidē ab omni hæreticorum oppugnatione protexit. Tantus, & tam conſtans fuit fidei huius ſacramenti omnium conſenſus: ut ab* Oriente *in* Occidentem, *à* Meridie *ad* Septentrionem *uſque, repertus fuerit nullus, qui de uera præſentia corporis* Chriſti *in* Euchariſtia *uel dubitaſſe legatur, uſque ad annum octingenteſimum, ſed uno omnes ore, pariq; conſenſu fidē hanc profeßi ſunt. Deniq; tam certa hæc erat, ut* Diuus Hilarius, *contra* Arrianos, *&* Epiphanius *contra alios hæreticos, ueritatem corporis* Chriſti *in* Euchariſtia, *tanquam maximam (ut uocant) & rem omnibus confeſſam, ſuorum argumentorum, baſim ac fundamentum conſtituerint.* Hilarius *lib.* 8. *de* Trinitate, *nullo* Arrianos *acrius urget argumento,* Chriſtum *nō ſola concordia uoluntatis (quod ipſi aſſerebant) ſed natura, unum eſſe cum* Patre, *naturaliterq; eſſe in* Patre, *quàm quod in nobis ipſe* Chriſtus *per naturæ ſuæ ueritatem, ſic uidelicet per ueram*

corporis

corporis ſui ſumptionem in Euchariſtia. *Quo etiam loco affirmat de ueritate corporis & ſanguinis* Domini *in* Euchariſtia, *non eſſe relictum ambigendi locum.* Epiphanius *uerò libro* Ancoratus *uolẽs hæreticos quoſdam urgere, æquum eſſe ut credant homines ad imaginem & ſimilitudinem* Dei *factos, propter auctoritatẽ uerborum ſacræ ſcripturæ id aſſerentis, licet illam in ſe imaginem deprehendere non queant: hanc fidem* Euchariſtiæ *tanquam omnibus confeſſam pro argumento & ſimilitudine profert.* Neque *fides hæc indubitata apud ſolos* Catholicos *erat, uerum & apud multos hæreticos, ut de* Marco *impoſtore, & hæretico, cum quo* Irenæus *luctatur, legimus, qui uinum calici infuſum magicis precationibus, in ſpeciem ſanguinis immutabat* Nouatus *quoque corpus* Domini *in* Euchariſtia *agnoſcebat,* Meſſaliani *etiam licet* Euchariſtiam *nec prodeſſe, nec obeſſe ſumenti affirmarent, tamen uerum* Chriſti *corpus in ea contineri nuſquam legimus negaſſe,* Arrianos & Euchariſtia *uſos, & ſacra feciſſe, certum eſt.* Neſtorius *tametſi* Deitatem *ab humana natura impie diſiungeret, nos tamen in* Euchariſtia *ueram* Chriſti *carnem ſumere clare affirmat.* Deniq; *hi omnes, & pleriq; alij, licet non tenuerint ſynceram ueramque fidem, & uarios errorres tuerentur, tamen in hoc cum* Eccleſia *conſenſerunt, uerum corpus, & carnem* Chriſti, *in* Euchariſtia *eſſe.* Poſtremo, *non* Chriſtianis *ſolum, non etiam hæraticis hæc fides nota erat, uerum &* Ethnicis, Gentilibusque. Intellexerant *hi* Chriſtianos Chriſti *carnem edere, ac*

ſanguinem bibere, & cum myſterium iſtud quonam pacto id fieret non intelligerent, putabant illos more Anthropophagorum humana carne ueſci, ideoq; tanquam abominandos, & generi humano infeſtos hoſtes eos deteſtabantur, incredibiliq; odio, & ſæuitia contra illos exardeſcebant. Legimus apud Euſebium lib. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 1. & .4. ſanctos Martyres, Lugduni, de hoc obiecto illis crimine palam ſe purgaſſe: nã ſanctus Attalus cum eſſet ſellæ ferreæ candenti nudo corpore impoſitus, & nidor ambuſtæ ſuæ carnis ad circunſtantis populi nares deferretur, illoſq; cerneret non ingrate id ferre, clara uoce ad Ethnicos in hæc uerba prorupit. Vos (inquit) nobis Chriſtianis quod humana clam carne ueſcamur obijcitis, & tanquam graue ſcelus deteſtamini, erratis, plane erratis, hoc eſt ueſci carne humana, quod uos nunc perpetratis, nidorem uidelicet aduſti corporis mei, naribus non illibenter haurire. Similiter & Tertullianus conqueritur Chriſtianos de infanticidio accuſari. Suſpicabantur Ethnici infantes à Chriſtianis necari, & myſterijs illorum, abſumi. Vt ergo Chriſtianos hac inuidia liberaret, & tam grauem calumniam Sãctus Martyr Iuſtinus ab illis depelleret, coactus eſt apologia ſua ſecundo, Antonino Pio totum Eucbariſtiæ myſterium aperire, remq; omnem palam facere, ac Imperatori nihil cruenti, nihil ſceleris, Chriſtianorum myſterijs ineſſe, demonſtrare. Nullus ueterum, quid Eucbariſtia in ſe contineat, & quomodo conficiatur, tam clare deſcribit ut hic Iuſtinus. Cæteri enim ferè omnes cum tecte, & periphraſi quadam utentes, de Eucbariſtia

ſemper loquantur (ſiquidem margaritæ non ſunt porcis dandæ nec fidei myſteria incredulis & indignis aperienda) hic tamen Iuſtinus *aperte, omne myſterium Imperatori* Ethnico *reuelauit, coactus ſcilicet, ob grauem, qua onerabantur Chriſtiani, de eſu humanæ carnis, calumniam.* Auerrois *ſimiliter & ipſe* Ethnicus, *imo potius, ut quibuſdam uidetur, blaſphemus in Chriſtum, fatuos uocat Chriſtianos, quòd Deum ſuum crederent ſeſe comedere.* Durauit *itaque hæc fides tam integra, apud omnes, non Chriſtianos modo, uerum & hæreticos, &* Ethnicos, *ut ne dubitaſſe leuiter quenquam aliquando legamus, usq; circa annum* Domini. 830. *Quo tempore cœperunt homines quidam, curioſi magis, quàm impij dubitare leuiter, deinde in queſtionem uocare, quale non corpus in* Euchariſtia *haberemus, uerum ne & ſubſtantiale Chriſti corpus, an ſymbolum quoddam corporis, ſiue potius uim quandam atque energiam corporis, datumq; negotium à Carolo rege fuit* Bertramo *cuidam presbytero, qui uir doctus, & alicuius iudicij eo tempore credebatur, ut queſtionem iſtam terminaret & libro edito explicaret, quale corpus in* Euchariſtia *contineretur: uerum is tam infeliciter rem iſtam tractauit, & tam perplexè ſententiam ſuam protulit, ut uix quid ſenſerit intelligi poßit. Sic uerſat & reuerſat, ſic intricat omnia, nunc in hanc, nunc in illam ſententiam inclinans, ut meritò primus ſit, qui de* Euchariſtia *non rectè ſenſiſſe, opinionem de ſe dederit.* Nec *uana illorum eſt opinio, qui hunc* Bertramum *illum eſſe putant, quem* Paſchaſius *grauiter notat, contraq; quem librum ſuum (de uero corpore*

re

re Chriſti in Euchariſtia)ſcripſit. Nullus tamen ante Berengarium(de quo paulo poſt dicturi ſumus) palam, uel publice non eſſe realiter corpus Chriſti in Euchariſtia prefiteri auſus eſt, mußitabant tantum quidam, & inter domeſticos parietes quæſtionem uentilabant, quod ex Paſchaſio Corbeienſi cuius perſpicuum eſſe poteſt. Exponens enim Caput. 26. Matthæi, inſectatur quoſdã ſuæ ætatis, qui interpretantes hæc Chriſti uerba, Hoc eſt corpus meum, extenuantes hoc uerbum corpus, aiebant (ut ille refert) non eſſe ueram Chriſti carnem, quam nũc in ſacramento habet eccleſia Chriſti, neque uerum eius ſanguinem, fingentes uirtutem eſſe quandam carnis & ſanguinis Chriſti, non ueram carnem & ſanguinem, figuram eſſe non ueritatem, non in re ueritatem eſſe carnis Chriſti, ſed in ſacramento uirtutem quandam carnis & ſanguinis eſſe, quos ex ipſius Chriſti uerbis ſolidè conuincit. Hæc non publicè (ut dixi) profitebantur, nec defendebant, ſed tacitè mußitabant, erantq; prælu- dia quædam Berengarianæ impietatis. Mille ergo & quadraginta integros annos ueritatem corporis & ſanguinis Filij ſui ab hæreticorum oppugnatione Deus ſeruauit immunem, cum interim nec minima fidei noſtræ fuerit particula, quæ non impreßionem aliquam ab hæreticis paſſa ſit. Tandem iam emerſit circa annum Domini 1040. Turonenſi quidam Berengarius. Andegauenſis eccleſiæ Diaconus, homo nullius eruditionis, gloriæ tamen auidus, & magni ſupercilij, qui ægreferens ſe nullius eſſe exiſtimationis, & alios ob eruditionem ſibi præferri, ſcelere, quia uirtute nequibat, nomen ſibi & famam

mam comparare decreuit, idq; non callidè minus, quàm impiè. Collectis enim nonnullis frigidis ratiunculis, ad hibitis etiam (ut Guitmundus ſcribit) paucis malè intel lectis à ſe ſacræ ſcripturæ locis per egennos ſcholaſti- cos, quos ob ſuppeditatum à ſe uictum, ſibi habebat ob- ſtrictos, quoſque per blandos ſermones antè corruperat, & per omnes iam Gallias ſparſerat, per hos tales ſuo er rore imbutos, exitiale iſtud uirus expuere cœpit, ſacra- mentum Euchariſtiæ non eſſe uerè & ſubſtãtialiter cor pus & ſanguinem Chriſti, ſed ſola uoce ſic appellari, cũ tantum figura ſit & umbra, ſigno repreſentans corpus & ſanguinem Chriſti. Agnoſcis (opinor) R. P. antiqui huius ſerpentis ſibilum, in noſtri temporis hæreticorũ ore, denuo reſonare. Iſte itaque primus fuit, qui con- tra realem præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia bellum mouit, ac claßicum cecinit, homo indoctus, ſuper bus, gloriæ appetens, ac faſtu intollerabili tumens. Hũc talem habent Zuuingliani, Oecolampadiani, Caluiniſtæ & reliqua ſacramentariorum ſentina ſuæ perfidiæ ducẽ & anteſignanum. Qui cum mirabilia quæ Deus in hoc ſacramento ſupra captum noſtrum operatur, humanis conaretur rationibus metiri, & ingenij ſui imbecillita- te aſſequi, neq; conſilium ſapientis ſequi, qui nos à Dei operibus temerè excutiendis auocat dicens. Altiora te, ne queſieris, & fortiora te, ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus o- peribus eius ne fueris curioſus. Non enim eſt tibi neceſ- ſarium ea, quæ abſcondita ſunt uidere oculis tuis, Et rur ſus. In pluribus operibus eius non eris curioſus. Pluri-

ma enim ſupra ſenſum hominum,oſtenſa ſunt tibi. Mul*tos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum,& in uanitate detinuit ſenſus eorum.* Quia(inquam)ingenium ſuum,omnipotentiæ Dei humiliter ſubdere noluit,ſed inflatus ſenſu carnis ſuæ,opinabatur in Euchariſtia, præter figurã nudam, aut uirtutem quandam corporis & ſanguinis Chriſti eſſe nihil, quando quidem quomodo id fieri poſſet,nullis humanis poterat rationibus, comprehendere, meritò traditus eſt in reprobum ſenſum, & qui ſcrutator curioſus eſſe uoluit maieſtatis Dei, oppreſſus planè eſt à gloria. Siquidem auditores humiles & obſequentes uoluit habere nos Deus ſuæ uoluntatis, nõ tumidos & curioſos diſquiſitores ſuæ potentiæ. Videant iam qui Berengarij iſtius, ueterem & ſepultum errorem, impiè denuò aut renouant, aut etiam ſequuntur, è qua radice peßimus hic error primùm ſuccreuerint,& omnibus diligenter expenſis, non etiam in ſeipſis aliam reperturi ſum cauſſam (ut ut alias prætendant)quæ & ipſos in miſerandam Berengarij cæcitatem coniecit,quam quod humanis ſenſibus humano ingenio, & ratione plus æquo innitentes,uideatur ipſis,uel abſurdum uel impoßibile, ut Chriſti ſubſtantiale corpus realiter contineatur in ſacramento Euchariſtiæ. Meminiſſe hi debent omnia in Dei poſita eſſe uoluntate,nec quicquam eſſe quod illi reſiſtere poßit. Omnia(inquit Propheta)quæcunq; uoluit Dominus fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyßis. Et alius Propheta, *Qui facis magna & inſcrutabilia.* Porrò cum peſtilens hic error ſerpere cœpiſſet, ſtatim Romanus pontifex Leo, ut principijs obſtaret &

ret & hæreſim in ipſa herba opprimeret, cõcilium Romæ indixit, in quo literæ quædã ipſius Berengarij, quibus peſtem iſtam profitebatur, recitatæ ſunt. Diſcuſſa itaque diligenter re tota, promulgata eſt in Berengarium, & eius hæreſim damnationis ſentẽtia. Et quia Berengarius ipſe ſperabatur propediem affuturus, Vercellẽſe eſt eodem anno indictum cõcilium, ad quod ipſe quidem non uenit: duo tamen clerici, qui ſe eius legatos dixere, præſto fuere, qui cum Berengarium defendere, & eius errorem tueri uellent; primo ſtatim cõgreſſu conuicti ſunt. Itaque poſt exactiſsimam de ueritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, diſquiſitionem, Berengarium, & omnes eius in hac hæreſi fautores perpetuo anathemate (niſi reſipiſcerent) dãnarunt. Mortuo uerò Leone, cum nec ſopitum prorſus eſſet iſtud malum, Victor papa, apud Turonem concilium congregari iuſsit, cui & Hildebrandus Archidiaconus, Legatus præſedit. Concilio huic ſe ſiſtere Berẽgarius eſt coactus. Cumq; illi libera à concilio poteſtas eſſet facta ſuum errorem defendendi ſi poſſet, & impietatem ſuam tueri ſe non poſſe uideret, ſiue uerè, ſiue fictè, meliorem ſententiam ſequutus, hæreſim ſuam (dato propriæ manus chirographo) abiurauit. Non diu tamen in recta perſtitit fide: mortuo enim Victore pontifice, denuo priſtinam impietatem ſuam paſſim diſſeminare cœpit. Quapropter accitis Romam ex uniuerſo ferè orbe uiris doctis, Nicolaus. 2. concilium celebrauit, cui & Berengarius interfuit: qui cùm ſua mendacia, ſuos errores, ſuam peſtem,

ipſa ueritate conuinci cerneret, libellos quos ſcripſerat, in preſentia Nicolai *pontificis, coram tota Synodo, propria manu, concremauit, deinde errorem ſuum ipſe anathemate iugulauit, poſtremo* Nicolaum *pontificem, uniuerſumque concilium ſubmiſſe orauit, ut fidem de* Euchariſtia *rectam ſcripto ſibi traderent, quam & publice profiteri uelle ſe dixit, quod & factum eſt.* Tradita *namque eſt illi à ſacro* Concilio*, confeſſionis rectæ fidei formula, quam præſtito identidem iuramento, non diu ſeruaturus, publice eſt profeſſus.* A *morte uero* Nicolai *pontificis tertio* Berengarius *in eundem ſuum errorem recidit, qua propter denuo* Romam *accerſitus eſt.* Contigit *id anno ab incarnatione* Chriſti 1079. *menſe* Februario*, pontificatus* Gregorij 7. *anno ſexto.* Conuenit *itaque tam ex finitimis, quàm longinquis diuerſis prouincijs,* Epiſcoporum *ac doctorum uirorum maxima multitudo.* Duobus *igitur diebus ſummo ſtudio inter partes cauſſa uentilata eſt.* Tertio *demum die non potuit ueritatis pondus ferre factio* Berengarij. Nempe Spiritus *ſancti ignis (ut ille ſcripſit) emolumenta palearum conſumens, & fulgore ſuo falſam lucem diuerberando obtenebrans noctis caliginem uertit in lucem.* Denique Berengarius *huius erroris repertor ac dogmatiſtes, poſtquàm longo tempore hanc hæreſim profeſſus fuiſſet, ſe erraſſe coram* Concilio *confeſſus, & ueniam conſequutus, itèrum palinodiam cecinit.* Permanſerit *ne poſt hanc recantationem in recta fide nec ne, non ſatis mihi conſtat: unum ſatis noui, tanta uidelicet*

execra-

execratione, omnes illius temporis ſanctos uiros, Berengarium *& eius ſacramentariam hæreſim deteſtatos, ut ſanctiſsimus* Carnotenſium Epiſcopus Fulbertus *ne aſpectum quidem* Berengarij *ferre potuerit.* Nã *cum iam eſſet animam* Deo *redditurus, & tanta ad decumbentem religioſorum uirorum confluxiſſet multitudo, ut ædes uix caperent, & ille inter afflantes procul uidiſſet* Berengarium, *uiſu quo potuit, procul expelli iußit, conteſtans immanem dæmonem prope eum conſiſtere, qui manu blandiente, ſuauiq́; anhelitu, ad* Berengarium *ſequendum multos alliceret.* At uero nõ *ſoli* Romani Pontifices *in hac peſte opprimenda ſtrenuam nauerunt operam, uerum & docti omnes illius æui mille librorũ telis hanc beſtiam confoderunt, quorum quidam etiam num leguntur, nonnulli adhuc latent.* Oppugnarunt Berengarium *fortiter, in primis* Lancfrancus *Epiſcopus Canthuarienſi,* Guitmundus *Epiſcopus Auerſanus,* Sanctus Ancelmus *Epiſcopus item Canthuarienſis,* Sanctus Fulbertus *Epiſcopus Carnotenſis,* Hugo *Epiſcopus Lingonenſis,* Adelmannus *Epiſcopus Brixinenſis,* Sanctus Vuolphelmus *Abbas,* Guido *Abbas,* Algerus *Cluniacenſis, & alij nonnulli.* Hi *omnes fere uiuo adhuc* Berengario *eius errorem confutarunt, & multis ad eum datis literis, quàm grauiter erraret fraterne illi demonſtrarunt, orantes ut ad ueram & catholicam fidem uel poſtliminio rediret.* Vides *itaq; nunc* S. P. *errorem illum cum ſuo auctore in ipſa (quod aiunt) adhuc uerba, à tot ſanctis & doctis uiris expugnatum & confutatum,*

à tot Concilijs *& uniuerſa* Eccleſia, *à ſuoipſius poſtremo auctore reiectum ac tanquam impiam hæreſim anathemate confoſſum*. Nullus *præterea poſt* Berengarium *extitit, qui ueram & realem corporis* Chriſti *in* Euchariſtia *præſentiam negare auſus fuit, quin illi co pro impio & pernicioſo hæretico ab uniuerſa* Eccleſia *habitus ſit*. Porrò Zuuinglium, Oecolampadiũ, Caluinum, *Stancharum, & reliquos* Berengarij *ſectatores probe noſſe, nullum extare ueterum alicuius momenti, qui non clare fateatur nos uerum* Chriſti *corpus in* Euchariſtia *habere, nullum extitiſſe unquam negare id conantem, quin ſtatim hæreticus iudicatus ſit*. Hoc *ſatis arguit, quòd nullus ſit libellus alicuius ueteris ſcriptoris, tam exiguus, cuius non omnes angulos, pernicioſa diligentia perluſtrarint ac excuſſerint, uenantes ſi uel ſyllabam unam reperire poſſent, quæ uel in ſpeciẽ pro ſua ipſorum hæreſi facere uideatur. Si quid ambigue, ſi quid obſcure, de præſentia corporis* Chriſti *in* Euchariſtia, *dictum reperiunt, ſtatim id, diſſimulatis interim tot clariſſimis apud eundem auctorem locis, pro ſua hæreſi ſtabilienda adducunt, impudenter admodum mentientes, auctorem illum, ſuarum eſſe partium*. Neq; *hoc ſolum ſine ulla fronte committunt, uerum & furtim quædam uerba ab auctoribus excerpta, ad ueritatem conuellendam, per fraudem proferunt, mali & nequam homines, fide mala, & dolis catholicam Sacramenti fidem adoriuntur ſyncerum nihil afferentes, omnia corrumpunt*. Et *ueteres ſanctos* Auctores *producentes proferunt eos,*

non

non ſuis, ſed alienis uerbis loquentes, & ſi quæ ſint eorum, ita loco motis, & nonnunquàm etiam expunctis, ut ſententiam efficiant ab auctorum mentibus alienã, atq; ita obtorto collo, reclamantes, ad ſuos errores confirmandos, ſacrilige pertrahunt. Mutilant ſententias, præcidunt præcidentia, reſecant quæ ſequuntur, unde mens auctoris deprehendi poſſet, expungant interdum uerbum aliquod, unde tota ſententia dependet, quæ cohærere deberent diſiungunt, perperam diſtingunt, ſtudioſe Græca male uertunt, aut etiam corrumpunt. Et tales impoſtores (ſi Dijs placet) tam mala, imo nulla fide, ſe fidem nobis inſtaurare, inaniter iactitant, quaſi ueritas mendaciorum ope egeret. Huiuſmodi fraudibus impetitur nunc ueritas, quæ cũ à multis frequenter ſint detectæ, argumento eſſe debent ueritatis amplectende auido lumen ueritatis, ipſis hoſtibus ueritatis in ijs locis affulſiſſe, cuius lumen ut obfuſcarent operam omnem adhibẽdam decreuerunt. Si quis mihi hæc dicenti non credit, legat Confutationes cauillorum, Stephani Vuintonienſis Epiſcopi, & ibi oculis ſuis uidebit eorum fraudes, peruerſiones, & corruptelas, quibus ſanctos Patres tractant. Legat item libros Ioannis Roffenſis Epiſcopi contra Oecolampadium, in quibus, uerißima me ſcribere reperiet. Oecolampadius ſiquidem iſte pro ludo habuit, ad ſuam impietatem quoquo modo corroborandam, ueteres auctores corrumpere, mutilare, germana expungere, ſua aſſuere, intexere, & reclamantes, apertéq; ſuæ hæreſi repugnantes, pro ſe ſtare, audacter con-

fingere. Senſit fraudes illius Concilium Nicenum, ſenſit & Epheſinum, ſimiliter & Athanaſius cum Cyrillo, nec non & Theophilactus cum pleriſque alijs. Tanta eſt eius impudentia, ut nihil ſit, mea ſententia, quod hominem cordatum plus poſſet abſterrere à ſacramentaria peſte, quàm lectio illorum librorum, quos ad ſui erroris patrocinium cõſcripſit Oecolampadius, ubi uiderit quibus ſtrophis, fucis, & imposturis negotium ſuum agat, tanquam omnes habuiſſet pro fungis & ſtipitibus, ut qui nunquam eſſent ueteres auctores conſulturi, & deprehenſuri illius peßimam fidem. Ego ſane plerunque admirans dubitaui, fuerit ne Oecolampadius tam cæcus & mente captus, ut non uiderit illos ſibi fortiter reclamare, illiusq; impietatem aperte damnare, quos ſibi aſſentiri fingit: an tam malus & peruerſus, ut modo ſua tueretur, penſi nihil habuerit quidnam diceret. Et ex uno (iuxta prouerbiũ) diſce omnes. Ne uero ſoli ſacramentarij huiuſmodi impoſturis credantur ſuam perfidiam tueri, & non etiam Lutherani, en tibi ex quinto quod hactenus ſub ſcamno delituit Euangelio, alterum non minus perfidum, Hiobum profero Gaſtium. Hic nactus exemplar uetus, Paſchaſij Corbeienſis de ueritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, illud typis excudi Haganoæ curauit. Sed qua putas fide? Tali reuera, quale eſt illorum Euangelium, hoc eſt peßima, imo ſumma perfidia. Nam homo ille ſuauis tam miſeris modis habuit ſuum Paſchaſium, ut nullus auctos unquam magis mutilus ac contaminatus prodierit. Integra capi-

ta è medio libro excidit, abiecit, calcem tibro ademit, eraſit, expunxit, quicquid illi non arridebat, abſurdiſsimis annotationibus margines conſpurcauit, ubicunque Paſchaſius eo libro mentionem ſacri Chriſmatis facit, hoc ille eraſit, pro ſacerdote miniſtrum ubique repoſuit, pro altari menſam ſubſtituit. Nec mirum, nam Gaſtius iuxta ſuum nomen, menſa magis quàm altari delectatur. Vocabulum ſacrificij, quo au ctor frequenter utitur, per alienam interpretationem in contrarium ſenſum detorſit. Si quis ſummam Euangelici huius hominis perfidiam & furta noſſe cupit, legat Mamerani præfationem, quam ille Paſchaſio Coloniæ edito præfixit. Ego nactus ſum tria uetuſta manu ſcripta Paſchaſij exemplaria, quæ contuli cum Haganoenſi editione, unde agnoui Mameranum ueriſſima Hiobo Gaſtio impingere. Sed quid quæſo aliud ex pectandum eſt ob hominibus, quos propria excæcauit malitia, qui ueritatem Dei in mendacio detinentes, traditi ſunt in reprobum ſenſum, quiq; ueritatem uidere nolentes, prudẽtes ſcientesq; illam oppugnant? Et exigunt à nobis tenebricoſi iſti, pauciſsimi illi & ſuo ſcelere clari, uel infames potius, Zuuinglius, Oecolampadius, Caluinus, Vadianus, & reliqui, qui Berengarium, & Vuiclephum ſequuntur, ut ſpretis Apoſtolis ipſis, ſpretis tot ſanctis Martyribus, tam multis eruditis uiris, qui & effuſo ſanguine, & editis ſtupendis miraculis uera ſe Spiritus ſancti organa declarunt, ut contemptis his omnibus, & fide ipſis abrogata, credamus hominibus ſacrilegis, uotifragis,

ſedi-

ſeditioſis, atq; ſanguinolentis tyrannis, quales ſeſe orbi toto re ipſa declararunt. Errorem enim ſuum tueri eos, non quòd recte ſentire ſe credant, ſed ut odium ſuum in Romanum Pontificem *expleant, uel* Lutherus *infeſtißimus nominis pontificij hoſtis abunde teſtatur. Scribit ille epiſtola de* Anabaptiſmo *ad duos plebanos hunc in modum. Audio & uideo rebaptizationem à quibuſdam uſurpari ex eo fundamento, ut in deſpectum* Papæ *faciant, tanquam hi, qui nihil ab* Antichriſto *habere uelint: quemadmodum, & ſacramentarij propterea merum panem & uinum credere uolunt, in deſpectum* Papæ, *arbitrantes ſe hoc pacto recte ſubuertere poſſe* Papatum. Profecto *friuolum eſt hoc fundamentum, ſuper quod nihil boni edificaturi ſunt.* Potuit *uere* Lutherus *hoc dicere, quia iſtius rei à propria conſcientia experimentum cœperat.* Narrat *enim epiſtola ad* Argentinenſes, *ſe grauibus curis anxium, multum ſudaſſe, ut in* Eucharistia *præter panem & uinum, eſſe nihil, ſibi perſuaderet, idq; non quia ueritatem promouere cuperet, ſed per ſpiciebam, inquit, hac re* Papatui *cumprimis me ualde incommodare poſſe.* Vide, *quàm falſo, aſſerendæ ueritatis & gloriæ* Chriſti *titulum, ſuis corruptis affectibus, ficte obtendant. Satis hinc cuique perſpicuum eſſe poteſt, non poſſe quenquam hæc omnia ſcientem, pertinaciter ſectæ huic adhærere, niſi ſit à gratia* Dei *deſtitutus, & ipſius miſericordia prorſus indignus.* Et *quoniam abominandus iſte error latius quotidie ſerpit, & altius radices in multorum animis,*

mis agit, multi uaria huic malo remedia adhibere co=
nati ſunt: inter quæ illud pleriſque utiliſsimum uiſum
eſt, demonſtrare hodiernam Sacramenti fidem, eam eſſe
quæ ab ipſis Apoſtolis ad hodiernum uſque diem, in u=
niuerſo orbe, per omnes temporum gradus, uera et ger
mana habita ſit, uniuerſamque Eccleſiam ita & docuiſ
ſe, & credidiſſe de Euchariſtia, uti nunc docet & cre=
dit. Nullum ego exiſtimo fortius poſſe in ſacramenta=
rios produci argumentum. Quia ſi non eſt uera fides,
quam ab Apoſtolis traditam uidemus Eccleſiam ad hoc
uſque tempus nihil uariatam perpetuo tenuiſſe: ergo
nullam unquam habuit Eccleſia ueram fidem quod quã
abſurdum ſit uel cogitare nemo ignorat. Conati ſunt
fidem hodiernam Euchariſtiæ, Apoſtolicam demonſtra
re Theologi duo Pariſienſes, & in eam rem alter eorũ
318. collegit auctores, quos in ordinem digeſtos ſub
titulo Magni uel uniuerſalis Concilij in lucem emiſit.
Cumq; libellum diligenter perlegerem, comperi illum
auctoritates quorundam patrum, ex Decretis, ubi cor
ruptiſsimè citantur, & non ex ipſis fontibus, in ſuum
libellum tranſcripſiſſe: adhæc unum eundemq; auctorẽ
in duos aut tres diſtractum: prætereà ſeculis aliquot
in temporum computatione erraſſe, tum & canones ali
quot Conciliorum, non ipſis, quorum ſunt, Concilijs,
ſed uni alicui Epiſcoporum, qui illi interfuiſſe legatur
aſſcripſiſſe, cum utique plus auctoritatis & ponderis
ſententiam illam habituram nemo dubitet, ſi commu=
nis ſit alicuius totius Concilij, quam priuati alicuius
Epiſcopi. Hæc cum uidiſſem, tẽtare & ipſe uolui, quid

hac in re præſtare poſſem. Vt uerò ſibi ordo conſtaret, in Claſſes totum opus diſtribui, ne uidelicet carmina cum oratione ſoluta, neue fœminas uiris, aut hæreticos & Iudæos, Catholicis miſcerem, haud ſecus, quàm indice, omnibus oſtendens, hodiernam fidem huius ſacramenti illam eſſe, quam Apoſtoli à Christo acceptam poſteris, & uerbo & ſcripto, tradiderunt. Et quia omnium ſeculorum conſenſus & unitas, quam hic oculis uidendam exhibemus, certiſſima eſt, iuxta Pauli ſententiam, nota ueræ fidei, & hi, qui præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia nũc oppugnant, adeò inter ſe diſſentiant, ut Lutherus ſcripſerit ſe fœdiorẽ ſectam uidiſſe nunquam, quæ in ſui exordio plus quàm in decem ſectas ſit diſſecta. Sunt ſiquidem inter illos Significatiui, Tropiſtæ, Energici, Arabonarij, Stanchariani, Suencfeldiani, & alia nominum portenta, qui omnes in propugnanda hac perfidia adeò ſunt diſcordes, ut uel hoc ſolo argumento, hac ſola nota cuiuis perſpicuum eſſe poſſit, illos à uera, rectaq; fide procul errare. Obiecit hoc illis Lutherus, lib. 1. contra Zuuinglium, dicens. Iſtiuſmodi diſſenſionem & diuiſionem inter ipſos, non eſſe à Spiritu ſancto, ſed à ſathana, quod ſpiritus ille uertiginis contradicit ſibi ipſi, quare & liberè concludendum eſt, diabolum omnis diſſenſionis patrem eſſe eorum doctorem, & cæt. Hæc itaque eorum in doctrina fidei inconſtantia & adeò pugna ueriſſimum eſſe declarat quòd Diuus Hilarius lib. 7. de Trinitate ſcribit. Hæreticorum ſcilicet eſſe incerta omnia & uana, inuicem diſſidere, non eadem de iiſdem dicere, cum

ſint

ſint uel duo,uel tres ſemetipſos arguere,de eiſdem uerbis non conſentientes differentia dicere,in idem tamen blaſphemiæ concurrere propoſitum.Poterit hinc facilè uidere quiſquis uel circa fidem ſacramenti errat,uel de ea dubitat,quàm miſere fallatur, & quòd in clariſſima luce prudens ,ſciens nihil uideat, aut uidere etiam nolit.Videbit hic ex omni natione quæ ſub cælo eſt teſtimonia,uno ore aſſerentia,uerum Chriſti corpus ſubſtantialiter in Euchariſtia contineri.Et licet inter hos teſtes ſint,qui non Chriſti corpus,ſed uel ſancta myſteria,uel arcanum ſacrificium aut huiuſmodi nominibus utantur,tamen cùm eiuſdem fidei cum præcedentibus & ſubſequentibus fuerint,ſatis declarant, quid his nominibus intellexerint . Si quis uero tam obſtinatè in ſuo errore perſiſtat,ut uniuerſam Chriſti Eccleſiam audire nolit, talis, iuxta Chriſti mandatum, pro Ethnico & Publicano à nobis habendus eſt. Et ut ueritas ex ore etiam inimicorum ſuorum demonſtretur, collegi & teſtimonia hæreticorum,& ſchiſmaticorum,denique & Iudæorum:qui,licet fidem Catholicam aut non rectam,aut nullam etiam habeant, tamen in hoc cum Eccleſia rectè conſentiunt, quod Chriſti, ſiue Meſſiæ corpus in Euchariſtia eſſe confiteantur . Eant nunc ſacramentarij & negent ſeſe in reprobum ſenſum à Deo traditos, cum Chriſtum & uniuerſam Eccleſiam mēdacem facere conentur . Et quia impij huius ſectæ homines uniuerſam Eccleſiam idololatriæ , & blaſphemiæ ream faciunt,eò quòd abominabili ſacrilegio, fruſtum panis pro Deo hactenus adorauit, adieci ad calcem,de

*cimam Claſſem, quæ utriuſque teſtamenti teſtimonijs clariſſimè oſtendit,*Eccleſiam *à uera fide nec erraſſe unquam,nec errare poſſe: quia* Chriſtum *habet ſibi aſſiſtentem,* & *Spiritum ſanctum doctorem perpetuum, qui docuit illam omnem ueritatem,nec unquam paſſurus eſt eam circa fidem errare, niſi uelimus* Chriſtum *impoſtorem* & *mendacem dicere, qui* Eccleſiam *decceperit,neque pollicitis ſteterit.* Licet *ergo in toto iſto opere nihil meum ſit,excepta præfatione* & *annotationibus,tamen prudentia tua, facile uidebit abſque magno* & *labore,* & *moleſtia non potuiſſe me tot uolumina,tot codices, tot libellos uoluere* & *reuoluere,ad muſeum noſtrum ferre* & *referre tot libros, tranſcribere omnes,inueſtigare* & *ſupputare tempora,conferre cum antographis.* Fateor *tamen quod in temporum ſupputatione non fuerim anxiè ſcrupuloſus, curaui tamen ne aliquot ſeculis errarem in aſſignanda ætate illorum auctorum,quorum tempora ex hiſtorijs* & *annalibus inueſtigari potuerint.* Porrò *quia prima elabendi ſacramentarijs rima ſolet eſſet,cum autoris alicuius teſtimonio urgentur, negare illud opus,eſſe eiuſdem auctoris cui inſcribitur, dicere nothum ac ſuppoſiticium* & *falſo auctori cuius nomen præfert inſcriptum, icirco ex nullius auctoris ſuſpecto opere,uel de quo eruditi unquam dubitarunt, teſtimonium ullum produximus,exceptis tamen epiſtolis quibuſdam decretalibus, inter quas nonnullas nothas* & *ſuppoſiticias eſſe ueris argumentis docere poſſem.*In *quo propoſito ad ſuperſtitiouem penè ſcrupuloſus fui.*Ob *quam etiam rem de*

creueramus

creueramus ex libris Beati Ambroſii de Sacramentis nullas ſuppetias petere, quia Oecolampadius illos Ambroſii eſſe negarat, niſi planè & Diui Auguſtini teſtimonio & ueterum ferè omnium, ac denique & Melanthonis aſſertione conſtaret Ambroſii germanos libros eſſe. Si quis ergo miretur cur inter certos, operibus Dionyſii Areopagitæ, quæ plerique nunc in quæſtionem uocant, & de quibus nonnulli uehementer ambigunt, locum dederim, is norit neque temere, neque ſine magna ratione me id feciſſe. Nam coæuum fuiſſe Dionyſium illum, qui de Hierarchia Eccleſiaſtica ſcripſit, ipſis Apoſtolis, oſtendunt epiſtolæ ipſius ad Sanctum Ioannem Euangeliſtam, ad Titum Apoſtolum ſcriptæ itemq; liber Thimotheo Apoſtolo inſcriptus, cum & illarum epiſtolarum, & Hierarchiæ Eccleſiaſticæ unus idemq; indubitatus ſit auctor, ut ipſe ſtylus & character aperte declarant. Quòd uerò ſint fictitiæ, aut alicuius, qui ſeſe pro Areopagita Dionyſio uenditare uoluerit, credibile non eſt, cum libris illis in ſit tanta grauitas & maieſtas uerborum, tanta etiam de rebus arcanis & cæleſtibus cognitio, ut ab impoſtore iſta ſcribi nõ poſſent. Habeo præterea noſtræ opinionis tam Græcos quàm Latinos teſtes, qui Dionyſio Areopagitæ illos libros indubitatò aſſcribunt, qui ſub eius nomine leguntur. Ex Græcis habeo Michaëlem Epiſcopũ Hieroſolymitanum, qui nominatim eius libros recenſet: Sophronium itidem Patriarcham Hieroſolymitanum: Sãctum Ioannem Damaſcenum: Andream Cretenſem, qui eum magnum angelum appellat, eiq; nondum parẽ ait

ſucceßiſſe,

ſucceßiſſe, à quo & teſtes citantur Methodius, Atha*naſtus &* Eugenius. Habeo & Ioannem *Scythopolita num*, Maximum Anachoretam, Gregorium Pachyme*rem*, Nicolaum *Cabaſilam, generalem Synodum octa-uam*. Ex Latinis *habeo Sanctum Gregorium* Roma*num*: *Gregorium* Turonenſem: *Martinum*. I. *Marty-rem*, Agathonem, & Eugenium. *Sunt qui &* Tertul*lianum huius opinionis teſtem faciant*. Hæc *me moue-runt cur inter certos auctores*, & Dionyſium *colloca-uerim*. Quia *uerò illi libri, qui hactenus diuerſis aucto ribus attributi fuere, & iã ab eruditis ambigitur ſint ne illorum auctorum gniſti nec ne, multos de ueritate corporis Chriſti in* Euchariſtia *locos lectu dignos cõ tinens, & ego ſemel decreueram ſub nullius nomine quicquam in aciem producere, de cuius parente a do-ctis ſit dubitatum, ideo non inutile mihi uiſum eſt, ſi il-los in claſſem unam ſeparatim reponerẽ, ne eos, de qui-bus ambigitur cum certis miſcerem*. Non quòd *ego ho-mo indoctus & nullius iudicij, tam arrogans ſim ut li-brorum cenſorem agerem, & quid cuique adimendum ſit, pronunciem, ſed ut ſacramentarijs hanc elabendi, ut dixi, feneſtram occluderem, ne perpetuo nobis obijciãt nos ſine ullo delectu, quicquid alicuius auctoris titulũ præfert, hoc tanquam indubitatam illius auctoris ſen-tentiam contra ſe producere*. Qua *in re ſcio à pleriſq; noſtris peccatum inſigniter eſſe, & ideo non immeritò ab hæreticis irriſos*. Et *quia multos, qui ſine iudicio aliquo, quæcunque ſub alicuius auctoris nomine legun tur, illius mordicus eſſe aſſerunt, ſcio hanc ignotorum*

auctorum

auctorum Claſſem grauiter offenſuram, idcirco de paucis mihi eſt reddenda ratio. In primis quod ad ſermones de Cardinalibus operibus Chriſti attinet, hoc ſatis conſtat, quod nec ſolus, nec primus num Cypriani eſſent Eraſmus dubitauit, et quia iudiciũ ipſius multi ſequũtur et maximi apud eos eſt põderis, ideo inter ignotos illos repoſuimus. Libellus de duplici Martyrio tã certo nõ eſt Cypriani, ut multi nõ inepte ipſius Eraſmi num Cypriani phraſim exprimere poſſet experimẽtis eſſe ſuſpicẽtur. Certè cuiuſcunq; ſit, recẽtioris alicuius eſt. Homilias illas Paſchales, è quibus quintã fere totã in iſtã Claſſem coegimus, non poſſe eſſe Euſebij Emiſſeni, cui ante annos 500. in hunc uſque diem attributæ ſunt, ſatis arguit hæreſis Pelagianæ, quam eadem homilia obiter attingit, quod ab Emiſſeno fieri non potuit, quippe qui ſpacio annorum 50. è uita migrarit antequam Pelagius apud Britannos uirus ſuæ hæreſeos euomere cœpiſſet. Præterea manuſcripti codices diuerſos præferunt auctores: ſunt enim qui habeant Euſebij Emiſſeni, ſunt qui Euſebij Cæſarienſis nomen, uidi & uetuſtum codicem, qui Cæſarij Epiſcopi nomen in fronte gereret. Poſtremò ipſe ſtylus atque elocutio auctorem prorſus Latinum produnt, non Græcum: & ſi diuinare licet, arbitrantur quidam non craſſi iudicii, Euſebii eſſe Epiſcopi Mediolanenſis qui eleganti ſcribitur præditus fuiſſe ingenio. De cæteris libris in hac Claſſe repoſitis, non arbitror à me rationem poſcendam, cum cuiuis liquidè conſtet, aut non eſſe eorum auctorum, ſub quorum nominibus leguntur, aut uehementer ſuſpe-

ctos. Per me ſane nullus liber cuiquam auctori detrahitur: captioſis et moroſis hæreticis hanc effugiendi feneſtram obſtruxi. De hæreticorum nunc Claſſe dicendum eſt. Repoſui inter hæreticos Euſtachium Sebaſtianum Armeniorum Epiſcopum, de quo nulla eſt controuerſia, quin Macedonij impietatem amplexus ſit, & ideo optimo iure inter hæreticos cēſendus. Deinde & alias eius ſuperſtitiones & errores Concilium Grangrenſe damnauit. Verum, quòd Regulas illas breuiores, quæ hactenus Baſilij magni fuiſſe creditæ ſunt, illi aſcripſerim, miraturos ſcio multos. Sed quia nihil cuique aſſcribere ſemel ſtatui, de quo dubitatum unquam fuiſſe mihi conſtat, & Nicephorus Caliſtus lib. 9. Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ cap. 16. ſimiliter cap. 29. lib. 13. ſcribit. Aſcetica Baſilij, inter quæ Regulæ iſtæ breuiores habentur, ipſi Euſtachio à plurimis olim tributa, ideo nos propoſiti noſtri tenaces, Regulas has, in iſtā ignotorum parentum fœturam reiecimus. Fruatur quiſq; ſuo iudicio, ego tantum quæ apud Nicephorum reppери iudico. Si quis quærat, qua motus ratione commentarios in priorem Corinthiorū epiſtolam Diuo Hieronimo aſſcriptos, Pelagio Hæreſiarchæ aſſeram, is norit Beatum Auguſtinum me habere huius meæ opinionis certiſſimum teſtem. Siquidem in libris de Peccatorum meritis & remiſſione, ſcribit Pelagium comentarios ſuccinctos ualdè, in aliquot Diui Pauli epiſtolas edidiſſe, in quibus uerba Pauli corruptè interpretabatur, & quia loci ab Auguſtino notati in his commentarijs reperiuntur, & hæreſi Pelagiana aſperſi ſint, non dubiū eſt.

eſt, quin Pelagii ſint, aut certè eius ſectatoris. Hoc etiam intelligendum eſt de reliquis, qui Beati Hieronymi gniſli commentariis adiecti ſunt. Reliqui, quos adducimus, hæretici, licet non omnino rectam & exactam habuerint huius ſacramenti per omnia fidem, tamen in hoc cum uniuerſa Eccleſia conſentiunt, quòd uerum Chriſti corpus & ſanguinem fateantur in Euchariſtia contineri, idcirco pius lector non offendetur, ſpero ſed ſecundum Diui Augiſtini conſilium, ſic carpet botrum ut caueat ſpinam, et ex luto aurum colligt. Quia uerò omnis noſter labor contra eos deſudat, qua corpus Chriſti in Eucrariſtia realiter eſſe pernegant, ſic omnes qui illud profitentur, etiam ſi in aliis, quæ circa Euchariſtiam credenda ſunt, errent, idonei tamen in iſto negotio teſtes mihi ſunt uiſi, ut uideāt & manu palpent huius impiæ hæreſis ſectatores, aduerſum ſe ſtare tam his, qui intus, quam qui foris ſunt, ac uno ore, parique ſententia, tam à Catholicis, quàm hæreticis & Iudæis eorum errorem conuinci & damnari. Omnium horum auctorum ſententias bona fide, ut repperi, tranſcripſi, nec uerbum unum uel addidi, uel dempſi, & omnes cum exemplaribus cōtuli: hoc de his intelligo, quorum mihi copia fieri potuit. Et quia diuerſis exemplaribus & uerſionibus ſum uſus, nemo mirabitur ſi ſecus habeam in Græcis auctoribus, quàm habent uulgata exemplaria, ſiquidē ſeptem diuerſas Areopagitæ Dionyſii uerſiones ſuum nactus, multas etiam Iuſtini Martyris. Quorum copia facta mihi non eſt ſicati ab aliis teſtimonia citata repperi, ita in meū codicem trāſcripſi. Si

ſt. Si mihi ante annum unum ea cõtigiſſet libertas, illud otiũ, quod nunc obtigit, et auctior, & caſtigatior exiiſſet liber in publicum. Cõtraxi pleroſq; Auctores in nõ admodum ingratum compendium, & quæ præcipua de Euchariſtia ſparſim tractabant, ita coniunxi, omiſſis aliis, ut cohæreant omnia, & cõtinua oratio uideri poſſit. Habet pius et Catholicus lector in hoc opere medullam ac florem quingentorum & amplius Auctorum, eorum qui de Euchariſtia ſcripſerũt, neq; apud quenquã horum euolutis etiam et excuſſis omnibus eorum uoluminibus, reperiet quicquam clarius aut magis neceſſariũ, de Euchariſtia, quàm in hoc uolumine habeat. Quoniam Zuuinglius, Oecolampadius, Caluinus, et reliqua ſacramentariorum fex affirmant Diuum Auguſtinum certo ſuum eſſe, id eſt, ſecum ſentire, ut uanos ac mendaces illos demonſtrem octo clariſſimos locos ex eius ueris & gniſiis libris produxi, qui aperte teſtentur corpus Chriſti uere in Euchariſtia nos habere, qui neque aliorſum, quàm ad ueritatem corporis torqueri poſſint, ut deſiſtant poſt hac Auguſtinum ſuæ impietatis patronum dicere. Gloriabatur & olim Berengarius, & iactitabat ſanctum Auguſtinum à ſuis partibus ſtare, corraſiſq; aliquot male intellectis Auguſtini locis, ſuum errorem, illius patrocinio defendere conabatur. Danda erat Berengario uenia, quia ſtupidus ille ex mera errabat inſcitia: non erat enim eo ingenio præditus, ut apud Auguſtinum diſtinguere ſciret, corpus Chriſti myſticum à corpore naturali, & quæ Auguſtinus de myſtico aſſerebat, hæc ille de naturali

turali intelligebat, ſic bona fide credebat Auguſtinum ſuæ opinionis eſſe patronum. N*oſtri temporis ſacramentarij peiores ſunt ipſo* Berengario*: quandoquidem illi nolunt inter duo hæc corpora Chriſti diſtinguere, ſed reclamante ipſorum conſcientia, prudentes, ſcientesq́; mendaciter* Auguſtinū *à ſuis partibus ſtare confingunt.* Audiſti *iam* R. P. *totius operis huius, rationem, quod utinam tam utile ſit uel ad reuocandos eos, qui iam errant, uel confirmandos, qui nutant, quam eſt à me pio animo incœptū abſolutumq́;.* Quòd *uero amplitudini tuæ primitias has qualeſcunque noſtrorum ſtudiorum dicauerim, multæ ſunt cauſſæ.* In *primis mouit me, uetus admodum ille affectus tuorum maiorum in noſtram* Louanienſem Martinianā *domū, quem hac re declararunt, quòd iuuentutem ſuam, quā literis & pietate imbui cupiunt, noſtræ potiſsimum fidei commiſerunt, ut pauci apud uos, opinor, ſint, qui non* Louanij *in noſtris ædibus aliquot annos exegerint, quique non cum bono ſtudiorum ſucceſſu domū redierint, adeo ut prouerbij loco inter noſtros feratur, omnium monaſteriorum, qui ſtudij gratia ad nos mittuntur monachi, ueſtros* Canonicos *& uenire mo deſtiores, & diſcedere doctiores.* Plerunq; *mirari ſoleo qua nam ratione, ut nunc ſunt mores & tempora, fiat, ut ex ueſtro collegio tam multi inſignes, ſiue habitum corporis, ſiue dotes animi ſpectes, tam feliciter in literis inſtituti, & moribus bene culti, prodeant, præ alijs monaſterijs.* Opinor *id fieri prudentia illorum, qui collegio ueſtro hactenus præfuerunt,*

quòd nulli ad illud ingreſſus patuit, de quo non certa ſpes eſſet illum literis & ſacris ſtudijs, quæ ſola hominem & modeſtum efficere & in officio continere queunt, deditum fore. Deinde, *quod nullis parcentes ſumptibus, omnibus neceſſarijs ad ſtudia abunde ſuppeditatis, ſuos in collegia proborum & doctorum uirorum miſerint.* Quam *piam, laudabilemq́; conſuetudinem ſperamus & paternitatem tuam non neglecturam.* Præterea *mouit me magna illa charitas, qua, qui ueſtri ſunt collegij, noſtros* Canonicos *proſequuntur, ut uel ſolus ſæpenumero oſtendit probus ac pius uir* Dominus Gulielmus *de* Mam, *ueſtræ domus fidus œconomus.* Poſtrema, *quæ & maxima eſt cauſſa, mouit me, diuturna illa conſuetudo, quæ mihi cũ tua amplitudine fuit, cuius te non oblitum plerunque ſignificaſti: præcipue tamen tua me mouit pietas, qua functionem tuam tam religioſe adminiſtras.* Duobus *potiſſimum uitijs obnoxij eſſe ſolent, qui ante maturã ætatem ad* Eccleſiaſticas *dignitates proueh untur, uoluptati uidelicet & elationi.* A *quibus tua amplitudo, tam aliena eſt, quàm qui maxime.* Nam *cum in flore ipſo ætatis ad hanc dignitatem euectus ſis, tam caſte tamen uitam tuam & inculpate, inſtituis, ut nec ſiniſtri rumoris ſuſpiciunculam de te præbeas.* Elationis, *uel ſuperbiæ ueſtigium nullum in te conſpicitur.* Cum *ſiquidem in ea ſis functione conſtitutus, quæ principẽ locum in tuã ciuitate obtineat, cum pro tuo unius arbitrio res* Eccleſiaſticæ *omnes fere geruntur, cum ex tua auctoritate omnes pendeant, tu inter hæc omnia*

tam

tam modeſtum ac ſubmiſſum te exhibes, ut uel puero aditus ad te pateat. In Dei *præterea cultu, in ſacris* Hymnis & Pſalmis *canendis, alacriter & religioſe quibus præes, peis.* Faxit Deus, *ut ſanctæ iſtæ uirtutes in* T. P. *quotidie incrementum ſumant.* Hæc & *plæraq; alia me incitarunt, ut hunc ſtudiorum noſtrorum laborē ſub nominis tui auſpicio in publicum emitterem.* Oro A. T. *ut noſtrum in ſe affectum boni con ſulat.* Vale *ex noſtro* Mishagenſi *cœnobiolo iuxta* Antuuerpiam. 20. *menſis* Septembris *die.*An. 1560.

IOANNIS GARETII LOVANIENSIS CLASSIS PRIMA, AB

ipſo Ieſu Chriſto, ad noſtram hanc ætatem uſq; per quadringentos & quadraginta quinque diuerſos Auctores deducta.

Figura.

Gen. 14. AT verò Melchiſedech Rex Salem, proferens panem & uinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit Abrahæ.

Vmbra.

Exod. 16. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs. Audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos. Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus, ſcietiſque quòd ego ſum dominus Deus veſter. Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cúmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cum uidiſſent filii Iſrael, dixerunt ad inuicem Man hu? quod ſignificat, quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes. Iſte eſt panis quem Dominus dedit uobis ad ueſcendum. Hic eſt ſermo, quem pręcepit Dominus. Colligat unuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad ueſcendum: gomor per ſingula capita, iuxta numerum animarum ueſtrarũ quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. Feceruntque ita filii Iſrael, & collegerunt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt ad menſuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, repperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Dixitque Moyſes ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerũt quidam ex eo vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque

que computruit, Et iratus eſt contra eos Moyſes. Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcẽdum: cumque incaluiſſet ſol, liqueſiebat. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt, duo gomor per ſingulos homines: venerũt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis. Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: requies Sabbathi ſanctificata eſt Domino cras, quodcunque operandum eſt, facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite vſque in mane. Feceruntque ita ut præceperat Moyſes, & non computruit neque vermis inuentus eſt in eo. Dixitque Moyſes. Comedite illud hodie, quia Sabbathum eſt Domino, non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo, Sabbathum eſt, idcirco non inuenietur. Venitque ſeptima dies: & egreſſi de populo ut colligerent, non inuenerunt. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Vſquequo non vultis cuſtodire mandatã mea, & legem meam? Videte quod Dominus dederit vobis Sabbathum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. Et Sabbathizauit populus die ſeptimo. Appellauitque domus Iſrael nomen eius Man: quod erat quaſi ſemẽ coriandri album, guſtusque eius quaſi ſimilæ cum melle. Dixit autem Moyſes. Iſte eſt ſermo quẽ præcepit Dominus. Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes: vt nouerint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Aegypti. Dixitque Moyſes ad Aaron. Sume vas unum, & mitte ibi Man, quantum poteſt capere gomor: & repone corã Domino ad ſeruandum in generationes veſtras, ſicut præcepit Dominus Moyſi: Poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſeruandum. Filij autem Iſrael comederunt Man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerẽt fines terræ Chanaan.

Propho-

Prophetia.

Eſa.25. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, cõuiuium vindemiæ, piuguium medullatorum uindemiæ defecatæ.

Vaticinium.

Malach.1 Non eſt mihi uoluntas in uobis dicit Dominus exercituum, & munos non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnũ eſt nomen meũ in Gentibus, & in omni loco ſanctificatur & offertur nomini meo *oblatio munda*: quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

Chriſtus promittens.

Ioan.6. *Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi uita.*

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes. Quomodo poteſt hic nobis *carnem ſuam* dare ad manducãdum? Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen dico uobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat *meam carnem* & bibit *meum ſanguinem*, habet uitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. *Caro* enim *mea* uere eſt cibus, & *Sãguis meus* uerè eſt potus. Qui manducat meam *carnem*, & bibit *meum ſanguinem* in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me uiuens Pater, & ego uiuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.

Chriſtus exhibens.

Matth. 26. Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem; & benedixit ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis, & ait. Accipite & comedite, *Hoc eſt corpus meum*. Et accipiens calicẽ gratias egit, & dedit illis dicẽs. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim *Sanguis meus* noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Marc. 14. Et manducantibus illis accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite. *Hoc eſt corpus meum*. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis, & biberunt

runt ex illo omnes,& ait illis, Hic eſt *ſanguis meus* noui teſtamenti qui pro multis effundetur.

Cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cũ eo,& ait illis. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum,antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non mãducabo illud donec impleatur in regno Dei.Et accepto calice gratias egit & dixit.Accipite,& diuidite inter uos.Dico enim uobis, quod nõ bibam de generatione uitis,donec regnum Dei veniat & accepto pane gratias egit & fregit,& dedit eis dicẽs. Hoc eſt *corpus meum, quod pro uobis datur*. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquàm cœnauit dicens: Hic eſt calix,nouum teſtamentum in *meo ſanguine*,qui pro uobis fundetur. *Luc.22.*

Exhibitionis teſtificatio.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio *ſanguis Chriſti* eſt?Et panis quem frangimus, nonne participatio *corpus Domini* eſt?Quoniam unus panis & vnum corpus multi ſumus:omnes qui de uno pane,& de vno calice participamus. *1.Cor· 10.*

Ego enim accepi à Domino,quod & tradidi vobis: quoniam dominus Ieſus,in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: Accipite & manducate, *eſt Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur.* Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquàm cœnauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in *meo ſanguine.* Hoc facite, quotieſcunque bibetis in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,mortem Domini annuntiabitis,donec ueniat.Itaq; quicunque manducauerit panem hunc,& biberit calicem Domini indignè,reus erit *corporis & ſanguinis* Domini. Probet autem ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat,& de calice bibat.Qui enim manducat & bibit indignè,iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans *corpus* Domini.

1. Cor. 11. Huius Liturgia meminit 6. Synodus Canon. 31. Sanctus Proclus, Nicolaus Methonenſis, Beſſarion cũ Marco Epheſino hanc Liturgiam Beato Iacobo, fratri Domini aſcribunt. Huius meminerũt ante ann. 400

Sanctus

Sanctus Iacobus frater domini noſtri Ieſu Chriſti in Liturgia ſua.

Rogamus vt Spiritus ſanctus tuus adueniens, ſancta bona, atq; glorioſa eius præſentia ſanctificet, & faciat hunc quidem panem *corpus ſancti Chriſti tui*, & calicem hunc pretioſum *ſanguinem Chriſti tui*.

Vvolphelmus, Algerus, Bernardus, & auctor lib. de dupli. mart.

Sanctus Andreas Apoſtolus.

Omnipotenti Deo (qui uiuus & uerus eſt) ego omni die ſacrifico, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatũ *Agnum* quotidie in altari crucis ſacrifico, cuius carnes poſteaquàm omnis populus credentium manducauerit, & eius *ſanguinem* biberit, *agnus* qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus, & cum verè ſacrificatus ſit & verè *carnes eius* manducatæ ſint à populo, & verè *ſanguis eius* ſit bibitus, tamen (vt dixi) integer permanet, & immaculatus & uiuus.

Epiſt. Preſbyterorũ & Diaconorũ Eccleſiarum Achaiæ, quam vniuerſis Eccleſiis per orbẽ conſtitutis, de paßione S. Andreæ miſerunt. Hunc chriſtũ aiũt in corpore ui diſſe.

Sanctus Martialis Chriſti Ieſu Diſcipulus.

Sacrificium Deo creatori offertur in ara, non homini, neque Angelo. Nec ſolum in ara ſanctificata, ſed vbique offertur Deo oblatio munda ſicut teſtatus eſt, cuius *corpus & ſanguinem* in vitam æternam offerimus, dicentes: Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Ipſe enim corpus habens & immaculatum, & ſine peccato, quia conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus eſt ex Maria virgine, in ara crucis ipſum permiſit immolari. Quod autem Iudęi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius à terra abolere, nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitã præſtandam, & mortem effugandam.

Epiſ. ad Burdegalenſes, cap. 3.

Sanctus Abdias Babyloniæ Epiſcopus, Apoſtolorum Diſcipulus.

Hic Chriſtum humana in carne vidit.

Cumq; reſpondiſſent omnes, Amen, & myſteria Domini celebrata, & miſſam ſuſcepiſſet omnis Eccleſia, retinuit

Lib. 7. Hiſtoriæ certa-

tinuit ſe, vt iuxta altare, vbi *corpus* ab eo fuerat *Chriſti* confectum, illic martyrium Apoſtolicum exultaret.

minis Apoſtolici Miſſa.

Sanctus Marcellus martyr.

Veniens ad eam (ſcilicet ſanctam Petronillam) ſanctus Nicomedes presbyter, celebrauit myſteria Chriſti. Virgo auté ſanctiſſima mox vt *corporis Chriſti* ſacramentum accepit, reclinans ſe in lectulo emiſit ſpiritú.

Vixit anno. 70. In vita ſanctæ Petronillæ.

Sanctus Ignatius martyr.

Non comedam eſcam corruptionis, neque voluptates huius mundi deſidero. Panem Dei volo, panem cæleſtem, panem vitæ, qui eſt *caro Ieſu Chriſti* filii Dei viui, qui natus eſt in nouiſſimo ſemine Dauid & Abrahæ. Et potum uolo *ſanguinem eius*, qui eſt dilectio incorruptibilis & uita æterna.

Paſſus anno. 108. Epiſto. ad Romanos.

Euchariſtias & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Euchariſtiam eſſe *carnem ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti*, qui pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitauit.

Idem Epiſt. ad Smyrnéſes. Vide Theodoreti Dialogum impaſsibilem. 3.

Sanctus martyr Dioniſius. Areopagita.

In fine autem omnium, Pontifex ita perfectum ad *ſacratiſsimam Euchariſtiam* uocat, atque conſummantiú illi ſacramentorum *communionem Deificam* tradit.

Paſſus ſub Traiano anno 110. Hierarchia Eccleſiaſtica, cap. 2.

Neque enim ferme fas eſt ſacerdotalis muneris myſterium aliquod peragi, niſi *diuinum iſtud Euchariſtiæ, auguſtiſsimumq; ſacramentum* compleat, quæ ſingula cum peraguntur, & eius qui perficitur collectionem ad unú illud vnicum ſacratius operetur, & diuinitus indulto *Sacramentorum cæleſtium munere* ipſius ad Deum conſortium peragat atque perficiat. At uerò Pontifex cùm diuina munera laude proſecutus fuerit, *ſacroſancta & auguſtiſsima myſteria* conficit, & quæ ante laudauerat venerandis operta atque abdita ſignis: in conſpectum agit, diuinaque munera reuerenter oſtendens, ad ſacrá illorum communionem & ipſe conuertitur, & reliquos, ut communicent, hortatur. Sed ò *diuinum* peni-

Idem cap. 3. Euchariſtia diuinú, auguſtiſsimumque Sacramentum. In Miſſa conficiuntur ſacroſancta & auguſtiſſima myſte-

tus

ria. tus *ſanctumq; myſterium* obducta tibi ſignificantium operimenta ſignorum dignanter aperiens: nobis palam atque aperte luceſce, noſtroſque ſpiritales oculos ſingulari, & aperto tuæ lucis fulgore imple.

Adoratur Euchari- ſtia.

Idem eodem cap.

Enimuero ſanctorum poſt pacem illam nominum prædicatio, eos præconio attollit, qui pie ſanctéque uixerunt, & ad finem vſque, virtutis vitam conſtanter nuſquam ab ea deflectendo tenuerunt. Nos quidem ad imitandum beatiſſimum illorum habitum, atque ad diuina appetéda præmia prouocans ac ducens. Illos autem veluti viuentes prædicans, qui (ut theologia ait) non mortificati, ſed in diuinam penitus uitam ex morte translati ſunt. Inſpice autem ut ſacris quoque memoriis aſſcripti ſunt nempe enim diuina memoria nō humano more (in phantaſia eius partis vbi ſedes eſt memoriæ) inſinuamur, ſed ſacratiore quodam modo iuxta eam, quam in Deo intelligimus, ut ita dixerim pretioſam, & nunquam migrantem ſcientiam, eorum qui in Dei imaginem exceſſere, atque in Deo conſummati ſunt. Nouit enim, ut ait ſcriptura, qui ſunt eius, & prætioſa in conſpectu Domini mors ſanctorū eius. Quæ profecto ſanctorum mors, pro conſummata in ſanctitate dicitur vita. Sed & illud quoq; ſacratius intuere, quod impoſitis ſancto altari venerabilibus ſignis per quæ *chriſtus* & ſignatur *& ſumitur*, adeſt protinus atque incunctãter ſanctorum deſcriptio, coniunctionem eorum indiuiduam, unionemque cum illo altiſſimam & ſacratiſſimam indicas. Hinc iam venerandus Antiſtes diuinis altaribus aſtans, ſancta & diuina laudat Ieſu opera, quæ ineffabilis prouidentiæ ratione in ſalutem generis noſtri, uoluntate ſanctiſſimi patris in Spiritu ſancto, ut eloquia diuina tradunt, conſummauit. Peracta uero laude uenerandaque ipſorum & intelligibili ſpeculatione ſpiritalibus inſpecta luminibus: tum vero etiam ad ſacra myſteria in ſignis celebranda progreditur, idque ex traditione diuina. Quocirca reuerenter ſimul, & ex Pontificali officio poſt ſa-

Sancti, in diuinam penitus uitam ex morte translati ſunt.

Sanctorum memoria in Miſſæ ſacrificio.

Sacrificium Miſſæ, ex diuina tradi.

In Miſſa, litatur Hoſtia ſalutaris.

Miſſæ uenerandiſſima myſter.

cras diuinorum operum laudes, quod *hoſtiam ſalutarem* (quæ ſupra ipſum eſt) litet, ſe excuſat ad ipſum primo decenter exclamans: tu dixiſti, hoc facite in meam commemoratione. Deinde tanto miniſterio ad imitationem Dei inſtituto dignus fieri poſtulat, & ſimilis ipſi Chriſto pro viribus euadere, vt & ſacramenta ſancte conficiat, & caſte diſtribuat, & qui ad communionem acceſſuri ſunt digne participent, ſicq; *uenerandiſſima myſteria* conſummat, & laudata oculis ſubiicit, in ſignis ſancte propoſitis. Sane opertum panem & indiuiduum aperit in fruſta concidens, & ſingularem calicem omnibus impertiens, unitatem ſignanter multiplicat atque diſtribuit, inque his conſummat *celeſte myſterium*.

Miſſa, celeſte myſter. Martyrio coronatus anno 111. Epiſt. 2. Vetuſtiſſimum eſſe hunc Clementis Cano apparet, ex Burchardo qui illum ſub huius nomine ante annos 540. citauit.

Sanctus Clemens Papa & martyr.

Tribus gradibus commiſſa ſunt Sacramenta diuinorum ſecretorum, id eſt, presbytero, diacono, & miniſtro, qui cum timore & tremore reliquias *corporis Domini* debent cuſtodire fragmentorum, ne qua putredo in ſacrario inueniatur, ne cū negligēter agitur, portioni *corporis Domini* grauis inferatur iniuria. Communio .n. *corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ſi negligēter erogetur, & presbyter minora nō curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriat.

Sacerdotes circa erogationem Sacramenti negligentes, graui anathemate feriendi.

Sanctus Anacletus Papa & martyr.

Dominus ſacri *ſui corporis* tractatores, à vilibus & reprobis, ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit, ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes è templo eiecit.

Moritur an. 118. Epiſt. 2. ad Epiſc. Ital.

Sanctus Alexander Papa & martyr.

In ſacramentorum oblationibus, quæ inter Miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domino miſcenda eſt, vt eius *cuius corpus & ſanguis* conficitur, paſſio celebretur, ita ut repulſis opinionibus ſuperſtitionum, panis tantum & uinum aqua myxtum, in ſacrificio offerantur. Non debet enim) vt à patribus & acceptimus & ipſa ratio docet) in calice Domini aut vinum

Præfuit Eccleſiæ anno 121. Epiſt. 1. ad omnes Orthodoxos Hanc eſſe S. huius, Alexan. concil.

Triburienſe cap. 19. affirmat.

num ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permixtum, quia vtrumque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. Ipſa verò ueritas nos inſtruit, calicem & panem in ſacramento offerri, quando ait, Accepit Ieſus panem & benedixit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate, hoc eſt enim *corpus meum*, quod pro vobis tradetur. Similiter poſtquàm cœnauit, accepit calicem, deditque diſcipulis ſuis, dicens. Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic eſt calix *ſanguinis mei*, qui pro uobis fundetur in remiſſionē peccatorum. Crimina enim atque peccata oblatis his Domino ſacrificiis delentur. Idcirco & paſſio eius in his commemoranda eſt, qua redempti ſumus, & ſæpius recitanda atque hæc Domino offerenda. Talibus hoſtiis delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in ſacrificiis maius eſſe poteſt, quam *corpus & ſanguis* Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt, ſed hæc omnes præcellit.

Sacrifi. Miſſa & placatur Deus, et peccata ingentia dimittit.

Sacrifi. Miſſa omnia ſacrificia præcellit.

Sanctus Teleſphorus Papa & martyr.

Vixit anno. 134. Epiſt. ad omnes Epiſc.

Ipſi enim, qui proprio ore *corpus Domini* conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, atque timendi, & non dilacerandi. Quia à quibus ſe Domini populus benedici, & inſtrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi.

Sanctus Pius Papa & martyr.

Vixit anno. 147. In Decretis ſuis.

Si per negligentiam aliquid de *ſanguine chriſti* ſtillauerit in terram, lingua lambetur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corrodatur, & igne conſumatur, & cinis intra altare recondatur, & ſacerdos quadraginta diebus pœnitentiam agat.

Cautela & diligentia circa neglectum Eucharistiæ.

Sanctus Iuſtinus Martyr.

Martyrio coronatus anno. 154

Cibus ille, vocatur à nobis Euchariſtia, cuius participium nulli omnium fas eſt permittere, niſi credenti doctrinam noſtram veram eſſe, & iam lauacro regenerationis in remiſſionem peccatorum loto, & ita ve

ſcitur,

ſcitur, ut Chriſtus tradidit. Non enim ut quemuis panem, neque vt quemuis potum iſta omnia accipimus, ſed quemadmodum per verbum Dei incarnatus eſt Ieſus Chriſtus ſaluator noſter, & carnem & ſanguinem pro noſtra ſalute aſſumpſit: ita quoq; per preces uerbi illius, cibum, ex quo ſanguis & caro noſtra per imitationem aluntur, cum benedictus fuerit *Ieſu ipſius incarnati carnem & ſanguinem* didicimus eſſe. Apoſtoli enim in ſuis commentariis, quæ Euangelia uocantur, ita tradiderunt ſibi mandatum eſſe. Ieſum cum ſumpſiſſet panem & gratias egiſſet, dixiſſe, Hoc facite in meam recordationem, hoc eſt *corpus meum*: atque itidem cum calicem ſumpſiſſet actis gratiis dixiſſe, Hic eſt *ſanguis meus*.

Apolog. 2. Ad Antoninum Pium, interprete Petro Nannio.

Euchariſtia, ipſius Ieſu incarnati caro & ſanguis.

Soter Papa & martyr.

Vixit anno 172.

In Decretis.

A quibuſdam in cœna Domini præceptio Euchariſtiæ negligitur, quę quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit, eccleſiaſticus vſus demonſtrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda *corporis & ſanguinis* Dominici ſacramenta reconcilientur.

Irenæus Epiſcopus & martyr.

Clarus habitus anno 184. Libro Aduerſus Hæreſes Valentini cap. 34

Quomodo autem conſtabit eis, eum panem, in quo gratiæ actæ ſint, *corpus* eſſe *Domini ſui*, & calicem *ſanguinis* eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, uerbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, dat primum quidem fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica. Quomodo autem rurſus dicunt carnem in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à *corpore Domini & ſanguine* alitur? Ergo aut ſententiam mutent, aut abſtineant offerendo, quæ prædicta ſunt.

Idem lib. 5.

Vani autẽ omnino, qui uniuerſam diſpoſitionẽ Dei contemnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationem eius ſpernunt, dicentes non eam capacem eſſe

incorruptibilitatis. Sic autem ſecundum hæc videlicet, nec Dominus ſanguine ſuo redemit nos, neque *calix Euchariſtiæ communicatio ſanguinis eius*, neque *panis quem* frangimus, communicatio *corporis eius eſt*. Sanguis enim non eſt, niſi à uenis & carnibus, & à reliqua, quæ eſt ſecundum hominem, ſubſtantia, qua vere factum verbum Dei, ſanguine ſuo redemit nos, quemadmodũ & Apoſtolus eius ait. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, & remiſſionem peccatorum.

Idem eodem lib.
Miſcetur aqua uino in calice Domini.

Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia *ſanguinis & corporis Chriſti*, ex quibus augetur & conſiſtit noſtræ carnis ſubſtantia, quomodo negant carnem capacem eſſe donationis Dei, qui eſt uita æterna, quæ *ſanguine & corpore Chriſti* nutritur, & membrum eius fit, quemadmodum Apoſtolus ait in ea, quæ eſt ad Epheſios, epiſtola. Quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius, non de ſpiritali aliquo & inuiſibili homine dicens hæc (ſpiritus enim neque carnem neque oſſa habet) ſed de ea diſpoſitione, quæ ſecundum hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit, quæ de calice, qui eſt *ſanguis eius*, nutritur, & de pane, qui eſt *corpus eius*, augetur.

Scripſit an. 210.
Lib. de Reſurrectione carnis.
Idem lib. 4. Contra Marcionem.
Vixit anno 210.
Oratione de Antichriſto.
Oblatio.

Tertullianus.

Sed caro abluitur, ut anima emaculetur: caro vngitur, ut anima conſecretur: caro ſignatur, ut anima muniatur: caro manus impoſitione adumbratur, ut & anima ſpiritu illuminetur: caro *corpore & ſanguine Chriſti* veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.

Profeſſus itaque ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha, ut ſuum (indignum enim, ut quid alienum concupiſceret Deus) acceptum panem & diſtributum diſcipulis, *corpus ſuum* illum fecit, hoc eſt *corpus meum* dicendo.

Sanctus Hyppolitus Epiſcopus & martyr.

Luge-

Lugebunt etiam Eccleſiæ luctum magnum,quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, nec cultus Deo gratus. Sed Eccleſiarum ædes ſacræ tugurii inſtar erunt,*Precioſumq; corpus & ſanguis Chriſti* non extabit in diebus illis, Liturgia extinguetur, Pſalmorum decantatio ceſſabit, Scripturarum recitatio audietur.

ſuffitus, & cultus Deo gratus, in Eccleſia. Liturgia extinguetur circa fidem mundi.

Quum uenerit filius hominis in gloria ſua, & omnes ſancti angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper thronum gloriæ ſuæ, & congregabuntur coram eo omnes gentes,& ſeparabit eos ab inuicem, ueluti paſtor ſeparat oues ab hœdis: & conſtituet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet his qui erũt à dexris eius: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mundi. Venite Prophetæ, propter nomen meum expulſi. Venite Patriarchæ, qui ante aduentum meum obtemperaſtis mihi,regnumque meum deſideraſtis. Venite Apoſtoli mearum afflictionum participes, dum inter homines agerem, propter Euangelium. Venite Martyres, qui confeſſi me coram tyrannis tormenta multa atque ſupplicia pertuliſtis. Venite Pontifices, qui pure mihi ſacrificium die noctuque obtuliſtis,ac prætioſum *corpus & ſanguinem meum* immolaſtis quotidie.

Idem

Eadem ratione.

Pontifices offerunt Deo ſacrificium & quotidie immolant corpus & ſanguinem Chriſti.

Floruit an. 230.

Homil. 7.

In lib. Numerorum.

Origenes Adamantius præsbyter.

Antea in ænigmate fuit baptiſma in nube & in mari: nunc autem in ſpecie regeneratio eſt in aqua & Spiritu ſancto. Tunc in ænigmate erat manna cibus,nunc autem in ſpecie *caro uerbi Dei eſt* verus cibus, ſicut & ipſe dicit: quia caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.

Idem.

Homil. 6.

In diuerſos.

Idem.

In S. Lucã.

Homil. 38.

Quando ſanctum cibum illudque incorruptum accipis epulum, quando uitæ pane & poculo frueris,manducas & bibis *corpus & ſanguinem Domini*: tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humiliãs temetipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum.

Idem.

Lib. 8.

Aduerſus celſum.

Panis oblatus in ſacrificium, per

T 2 Vbi

precem effi-citur corpus ſanctum, ſanctificans digne ſumẽtes. Vbi enim indigne ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur, accipienti.

Si non comedimus panem vitæ, ſi non *carnibus* Chriſti veſcimur,& *cruore* potamur,ſi cõtemnimus dapes Saluatoris noſtri: ſcire debemus,quòd habeat Deus & benignitatem & ſeueritatem.

Vixit anno. 240. Quocirca Celſus vt Dei ignarus, gratias dæmonibus reddat: nos uero conditori omnium Deo gratias agentes,& pro collatis eius in nos beneficiis, actis gratiis, oblatis panibus veſcimur, qui vtique per precem efficiuntur *corpus ſanctum*, & ſanctificans eos qui ſano propoſito & mente ipſa vtantur.

Sanctus Pontianus Papa & martyr.

Epiſt. ad felicem Succeſſonem. De ſacerdotibus uero Domini,quos vos audiuimus contra prauorum hominum inſidias adiuuare, eorumque cauſſas portare: ſcitote uos in eo ualde Deo placere, qui ſibi eos ad ſeruiendum aſciuit, & familiares in tantum ſibi eſſe voluit, vt etiam aliorum hoſtias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, ſibique reconciliaret. Ipſi quoque proprio ore *corpus Domini* conficiunt & populis tradunt.

Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus.

Vixit anno. 250. Epiſt. 5. ad Sixtum Pa. Vide lib. 6. hiſt. Nicephori cap. 9. Conſilio frater indigeo, & ſententiam iudiciumq; tuum requiro, poſteaquàm huiuſmodi quædam apud nos res accidit, uereor enim, ne halluciner. Fratribus quippe congregatis, fidelis quidam iam dudum ante meam etiam, imo quoque (ut opinor) ante beati Heraclæ electionem habitus, quum in cœtum noſtrũ veniſſet,& eos qui tum baptizarentur videret, interrogationesque & reſponſiones eorum audiret, acceſſit ad me flens, ſeipſumque complorans, atque ad pedes meos prouolutus, confitens quidem & abiurans baptiſmum quem ab hæreticis ſuſceperat, nõ talem eum eſſe prorſus,neque quidquam cum hoc habere communionis dixit, quin etiam blaſphemiis illum refertum eſſe aſſeuerauit. Animam uero ſuam admodum compun-

ctam eſſe,ſeque non audere oculos ſuos ad Deum,propter nefariam impuritatem, ſcilicet dictorum factorumque omnium quibus initiatus eſſet,tollere dicens: obteſtabatur vt reciperetur,& ad puriſſimum baptiſmi noſtri lauachrum gratiamque admitteretur. Quod ſane ego facere non auſus, dixi ſufficere etiam diuturnã nobiſcum communionem, qui gratiarum actione exaudita, ſimul nobiſcum Amen accinuerit, quique menſę aſſiſtens manus ad exceptionem ſancti alimenti porrexerit,& id ſuſceperit,*corporiſq; & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti* ſatis longo tempore particeps fuerit. *Amen.*

Sanctus Cyprianus Epiſcopus & martyr.

Vixit anno 260.

At vero nunc non infirmis ſed fortibus pax neceſſaria eſt, nec morientibus, ſed viuentibus communicatio à nobis danda eſt, vt quos excitamus & exhortamur ad prælium non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione *ſanguinis & corporis Chriſti* muniamus, & cum ad hoc fiat Euchariſtia, ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento dominicæ ſaturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confeſſione nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis, *chriſti ſanguinem* denegamus? Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eis ad bibendum prius in Eccleſia poculum Domini, iure communicationis admittimus? *Epiſt. 2. lib. Primi.*

Muniatur os, ut Dominum ſuum Chriſtum victrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio ſpirituali, ut ſacrificia funeſta fortiter reſpuat,vt Euchariſtiæ memor qui *Domini corpus* accipit, *in ipſo Dominum ſuum complectatur*, poſtmodum à Domino ſuo ſumpturus præmium cæleſtium coronarum. *Lib. 4. Epiſt. 6.*

Illuſtres manus, quæ non niſi diuinis operibus aſſueuerant, ſacrificiis ſacrilegis reſtiterunt. Sanctificata ora cæleſtibus cibis, poſt *corpus & ſanguinem Domini* *Sermone 5. de Lapſis.*

mini, prophana contagia & idolorum reliquias reſpuerunt.

Contra Euangelii vigorem, contra Deum ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio. A diaboli aris reuertentes, ad Sanctum Domini ſordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorũ cibos adhuc pene ructantes exhalantibus etiamnum ſcelus ſuum faucibus & contagia funeſta redolentibus *Domini corpus* inuadunt, quando occurrat ſcriptura diuina, & clamet & dicat. Omnis immundus, manducans carnem: & Anima quæcunque manducauerit ex carne ſalutaris ſacrificii, quod eſt Domini, & immunditia ipſius ſuper ipſum eſt, peribit anima illa de populo ſuo. Apoſtolus itẽ teſtetur & dicat: Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum, non poteſtis menſa Domini communicare & menſæ dæmoniorum. Item contumacibus & peruicacibus comminetur & enunciet, dicens: Quicunque ederit panem, & biberit calicem Domini indigne reus erit corporis & ſanguinis Domini. Spretis his omnibus, atque contemptis, ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, ante purgatam conſciẽtiam ſacrificio & manu ſacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, uis infertur *corpori eius & ſanguini*: & plus modo in Dominum manibus atque ore deliquunt, quàm cum Dominum negauerũt. Tumens animus & ſuperbus, nec quia victus eſt, fractus eſt. Iacens ſtantibus, & integris vulneratus minatur, & quod non ſtatim *Domini corpus* inquinatis manibus accipiat, ore polluto *Domini ſanguinem* bibat, ſacerdotibus ſacrilegus iraſcitur.

Ante exomologeſim, non eſt ſumenda ſacra communio.

Sanctus Lucius martyr.

Paſſus circa an. 262. In Decret.

Miniſtri altaris, presbyteri ſiue diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam ſeruent. Si vero poſt ordinationẽ ſuam miniſtros contigerit propriæ uxoris inuadere cubile, ſacrarii non intrent limina,

na, neque ſacrarii portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocauſti oblationem ſuſcipiant, neque ad dominici corporis portionem accedant, neque appropinquent.

Sanctus Laurentius martyr.

Quo progrederis ſine filio pater? Quo ſacerdos ſancte ſine Diacono properas? Nunquam ſine miniſtro ſacrificium offerre conſueueras. Quid ergo in me diſplicuit pater? Num degenerem probaſti? Experire certe idoneum ne miniſtrum elegeris? Cui commiſiſti *dominici ſanguinis* diſpenſationem, cui conſummandorum conſortium ſacramentorum, huic conſortium tui ſanguinis negas?

Paſſus eſt circa annum. 265. Vide librũ 1. Officio. Bea. Amb. cap. 41.

Sanctus Petrus Epiſcopus Alexandrinus & martyr.

Qui traditi exciderunt, deinde autem ſua ſponte redeunt in diſcrimen, confitentes ſe eſſe Chriſtianos, coniectique ſunt in cuſtodiam poſt tormenta, rationabile eſt in exultatione cordis, eorum exemplo roborari, & communicare in omnibus, tam precibus & ſuſceptione *corporis & ſanguinis Chriſti* quam adhortatione verbi vt conſtantius depugnantes, fiant & ipſi digni præmio ſupernæ uocationis. Etenim ſepties (ait ſcriptura) cadit iuſtus & reſurgit. Quod ſi omnes qui exciderunt feciſſent, perfectiſſimam, eque corde manantem oſtendiſſent pœnitentiam.

Martyrio coronatus eſt anno 300. De pœnitentia Canone. 8.

De ſancto Luciano martyre.

De ſancto Luciano martyre illud eſt decantatum, moriturum eum, cum uis tyrannica neque templi neque ſacrarii copiam faceret, & vincula quoque atque plagæ motum prorſus denegarent, in ſuo ipſius pectore diſcumbentem, *horrendo illum operatum eſſe myſterio*, ad eumque modum & ipſum participaſſe de *immaculato ſacrificio*, & aliis ut itidem communicarent ſuaſorem fuiſſe. Sacrum id in carcere perficiebatur, & Eccleſiæ ſpecimen ſacer ille chorus, qui eum velut iam mortuum

Vixit anno 308. Vide cap. 31. lib. 8. Nicephori: Templi atque ſacrarij vſus. Pectore proprio S. Luci

 ſtipabat,

annus dum ſacrificium offerret pro altari uſus. Miſſa, horrendum myſterium. Eucharistia immaculatum ſacrificium. Magna ſollicitudine Chriſtianorum, ſacrificium ethnicis celabatur.

ſtipabat, repreſentabat. Aliam quoque ob cauſſam ita ſacris operabantur, ut ſcilicet quæ à piis peragebãtur, ab iis qui alterius eſſent opinionis, non conſpicerentur.

Amobius presbyter.

Vixit anno 309. In Pſal. 4. S. Chriſma. In Pſalm. 110.

A fructu frumenti, uini & olei multiplicati. Accepimus frumentum in *corpore*, vinum in *ſanguine*, oleum in Chriſmate.

Confeſſio Trinitatis & magnificentia Deitatis opus eius, iuſtitia eius immutabilis perſeuerat in ſæcula ſæculorum: in qua iuſtitia, memoriam fecit mirabilium ſuorum dicens: Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Quando hoc dixit miſericors & miſerator Dominus? Tunc ſine dubio, quando *eſcam dedit corporis ſui* timentibus ſe. Et hoc teſtamentum memor erit Dominus in æternum, per quod virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo.

Sanctus Siluester Papa.

Vixit anno 317. Vide Acta eius.

Si dominicus dies colitur, quia reſurrectionis gloria illuſtratus eſt: cur & quinta feria à Chriſtianorum feſtis putetur excludenda, in qua aſcenſionem Domini conſtat eſſe Apoſtolis reuelatam? In hac etiam die ſacrificium ſacri *corporis Domini & ſanguinis* ab ipſo Domino celebrationis ſumpſit exordium.

Conſtantinus magnus Imperator.

Præfuit orbi an. 318. Epiſt. de Epiſco. Titi collectos. Sacerdotes offerunt pro reliquo populo ſacta myſteria.

Per me fidelem Chriſti ſeruum, feræ nationes, & barbaræ Deum verum timere, & adorare didicerunt. Et vos qui eius diuinitati pro nobis *ſancta debetis offerre myſteria*, nihil niſi quod ad contentiones inducat, & odia, & vt verius dicam, ad humani generis interitũ operamini & conamini.

Sanctus Macharius Patriarcha Hieroſolimitanus.

Vixit anno. 319.

Cũ vero ingreſſus fuerit Epiſcopus aut Presbyter ad miſſarum ſolennia celebrãda, niſi paſſio aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, vt ab

altero

altero Epiſcopo vel Presbytero miſſarium ſolẽnia ſuppleantur. Sed qui initium ponit, ſuppleat vſque in finem. Si quis verò præſumpſerit præter quod ſtatuimus agere, à ſacro *corpore & ſanguine* Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus.

In Decretis De conſecratione. Diſti. 1. Vixit anno 320.

Lactantius Firmianus.

Item Hieremias. Domine ſignifica mihi, & cognoſcam tunc. Vide meditationes eorum, Ego ſicut agnus ſine macula perductus ſum ad victimam, in me cogitauerunt cogitationem dicentes. Venite mittamus lignũ in panem eius, & eradamus è terra uitam eius, & nomẽ eius non erit in memoria amplius. Lignum autem crucem ſignificat, & panem corpus eius, quia ipſe eſt *cibus* & uita hominum qui credent in carnem quam portauit, & in crucem in qua pependit.

Libro. 4. de Vera ſapientia, cap. 18. Vixit anno 329.

Euſebius Pamphili Epiſcopus.
Cæſarienſis.

Quando huius ſacrificii memoriam ſignis quibuſdã in menſam celebrandam, *corpuſq; item illius, ſalutaremq; ſanguinem*, (ut noui teſtamenti inſtitutum habet) accepimus, rurſus à Propheta Dauid inſtruimur ad dicendum: Paraſti in conſpectu meo menſam, contra eos qui affligunt me. Pingue feciſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quàm præſtantiſſimus. Palam in his myſticam ſignificat vnctionem, & honorem afferentia *menſa Chriſti ſacrificia*, quibus operantes incruentas & rationales, eique ſuaues victimas, in tota uita ſupremo Deo offerre per eminentiſſimum omniũ ipſius Pontificem, edocti ſumus.

Ab ortu Solis vſque ad occaſum, nomen meum glorificatum eſt in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & hoſtia munda. Sacrificamus igitur Deo altiſſimo ſacrificium laudis: *Sacrificamus Deo plenum, & horrorem afferens: & ſacroſanctum ſacrificium:* ſacrificamus nouo more, ſecundum nouum teſtamentum, hoſtiam mundam.

Lib. 1. Demonſtra. Euangelicæ cap. 10. Horro: ẽ afferentia mẽſæ Chriſti ſacrificia. S. Chriſma. Incruentas ſuaueſq; victimas offerimus Deo in miſſæ ſacrificio. Eodẽ libro. Vaticinium Malachiæ Prophetæ, de ſacrificio mundo à gẽtibus offerẽdo, De Eccleſiæ ſacrificio intelligẽdum. Sacrificatur in miſſa Deo

plenū, ethorrorē afferēs & ſacroſanctū ſacrific. Quæſt. 2. de uarijs quæſtionibus.

Feſti dies in Eccleſia.

Sanctus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus. Vixiranno. 334.

Hoc pariter & animus veri Chriſtiani, non tam ob verba parentum, ſed ab operibus & exultatione cordis tum maxime cum ſtata feſtiuitatum tempora ingruunt ut illuminationum, quàm natiuatem Chriſti: & Epiphaniæ, quem trium Regum appellamus diem. Communionis deniq; quam ſanctiſſimi *corporis & ſanguinis Chriſti* ſumptionem, aut vt alii non pauci, tranſitum ſiue Paſcha vocant, ſatis compertum habet ſingulari tū gaudio, tum lætitia, quod Spiritum ſanctum cum baptiſmate accepit.

Oratione de Fide. Vide Theodoreti Dialogum 3.

Corpus eſt ergo cui dicit, Sed à dextris meis, cuius etiam fuit inimicus diabolus cum malis poteſtatibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus Pontifex & Apoſtolus & fuit, & dictus eſt, per id quod nobis tradidit myſterium, dicens, *Hoc eſt corpus meum*, quod pro vobis frangitur, & *ſanguis* noui teſtamenti non ueteris, qui pro uobis effunditur. Diuinitas enim neque corpus habet, neque ſanguinem, ſed homo quem ex Maria portauit.

Tractatu de verbis Euangelij, Quicunque dixerit uerbum aduerſus filiū hominis & cetera.

Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquā: verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus ſunt & uita. Et hic ſiquidem vtrumque de ſe prædicauit carnem & ſpiritum, ac carnem à ſpiritu diſtinxit, ut non tantum quod videbatur, ſed hoc etiam, quod in illo erat inuiſibile credentes, diſcederent, quod ea quoque quæ loquebatur non eſſent carnalia, ſed ſpiritualia. Quot enim hominibus ſuffeciſſet corpus ad eſum, ut hoc totius mundi fieret alimentum? Sed hac de cauſſa meminit aſcenſus in cælum filii hominis, ut corporalem cogitationem ab eis auelleret, & poſt hac diſcerent, *carnem* de qua fuerat locutus, cibum è ſupernis cœleſtem, ſpiritualem alimoniam ab ipſo dari: Quæ enim dixi uobis, inquit, ſpiritus ſunt & uita, Quod idem ualet ac ſi diceret: Quod quidem oſtenditur ac datur pro mundo, dabitur *alimonia*, ut ſpiritualiter hæc in unoquoque digeratur,

geratur, fiatque omnibus conſeruatorium ad reſurrectionem uitæ æternæ. *Vixit anno. 338.*

Iulius Papa.

Cum magiſter ueritatis uerum ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commendaret diſcipulis, non illis lac ſed panem tantum & calicem ſub hoc Sacramento cognoſcimus dediſſe. Legitur enim in Euangelica ueritate. Accepit Ieſus panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Ceſſet ergo lac in ſacrificio offerri, quia manifeſtum & euidens exemplum veritatis Euangelicæ illuxit, quod præter panem & uinum aliud offerri non licet. Illud verò quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis: nec hoc prolatum ex Euangelio teſtimonium repererunt, vbi Apoſtolis *corpus ſuum* commendauit *&* *ſanguinem*. Seorſum enim panis & ſeorſum calicis commendatio memoratur. *Habetur in Decretis*

Ioannes Clymacus.

Sancta Eccleſia recipiens hæreticos poſt integram & puram abrenuntiationem ſuæ hæreſis, facit eos dignos *corpore & ſanguine Chriſti*, fornicatores verò poſt confeſſionem facit ceſſare per aliquod tempus à myſteriis immaculatis, ſicut habetur, in Canone Apoſtolorum. Quia hæreticus renuntians ſuo errori, ſtatim totus mundatur ipſa renunciatione: Qui verò fornicatur, etiam contaminat corpus, & eget tempore pœnitentiæ & lacrymis, ad delendam concupiſcentiam carnis quæ occupauit animam. Sed ſi vterque moreretur in ſuo peccato, grauius iudicium portaret hæreticus quàm fornicator. *Putatur uixiſſe circa annum 346 Gradu. 15*

Sanctus Liberius Papa.

Bonas filia nuptias deſideraſti. Vides quantus ad natalem ſponſi tui populus conuenerit, & nemo impaſtus recedit? Hic eſt, qui rogatus ad nuptias aquam in vinum conuertit, in te quoque ſyncerum Sacramentum confe ret virginitatis, quæ prius eras obnoxia vilibus naturæ materia- *Vixit anno. 354. Lege Ambroſi. lib 3. de virg.*

materialis elemẽtis. Hic eſt, qui quinq; panibus & duobus piſcibus quatuor millia populi in deſerto pauit. Plures potuit, ſi plures iam tunc, qui paſcerentur, fuiſſent. Deniq; ad tuas nuptias plures vocauit. Sed iam nõ panis ex hordeo, ſed *corpus miniſtratur* è cælo.

Vixit anno. 360.

Lib. 8. de Trinitate.

Sanctus Hilarius Epiſcopus Pictauorum.

In Euchariſtia verè uerbum carnẽ factum ſumimus.

Eos nunc qui inter patrem & filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo vtrum ne per naturæ veritatem hodie Chriſtus in nobis ſit, an per concordiã voluntatis? Si enim verè verbum caro factum eſt, & nos *verè uerbum carnem cibo Dominico ſumimus*: quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturã carnis noſtræ iã inſeparabilẽ ſibi homo natus aſſũpſit, & naturã carnis ſuæ ad naturã æternitatis ſub Sacramẽto nobis *cõmunicanda carnis admiſcuit*? Ita.n. omnes vnum ſumus, quia & in Chriſto pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Quiſquis ergo naturaliter patrem in Chriſto negabit, neget prius, non naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe, quia in Chriſto pater, & Chriſtus in nobis, vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & uerè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt: noſque verè ſub myſterio *carnem corporis ſui ſumimus*, & per hoc vnum erimus, quia pater in eo eſt, & ille in nobis: quomodo volũtatis vnitas aſſeritur, cum naturalis per Sacramentum proprietas, perfectum Sacramentum ſit vnitatis? Non eſt humano aut ſæculi ſenſu in Dei rebus loquendum, neque per violentam atque impudentem prædicationem cæleſtium dictorum ſanitati, alienæ atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruerſitas eſt. Quæ ſcripta ſunt, legamus, & quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Chriſti veritate, quæ dicimus niſi ab eo diſcimus, ſtultè atque impiè dicimus. Ipſe enim ait: *Caro mea* verè eſt eſca, & *ſanguis meus* verè eſt potus. Qui edit *carnem meam*, & bibit *ſanguinem meum*, in me manet, & ego in eo. De veritate *carnis & ſanguinis* non

In Euchariſtia uere carnem corporis Chriſti ſumimus.

De ueritate carnis &

non relictus eſt ambigendi locus: nunc enim & ipſius Domini profeſſione & fide noſtra *verè caro eſt & uerè ſanguis eſt.* Et hæc *accepta atq; hauſta* id efficiũt, vt & nos i Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit. An ne hoc veritas non eſt? Cõtingat plane his uerum non eſſe, qui Chriſtum Ieſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per *carnem* & ſumus in eo: dum ſecum hoc quod nos ſumus in Deo eſt. Quod autem in eo per Sacramentum communicatæ *carnis & ſanguinis* ſimus, ipſe teſtatur dicens: Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis, qnoniam ego uiuo, & vos viuetis, quoniam & ego in patre meo, & uos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum vnitatem intelligi ueller, cur gradum quendam atque ordinem conſummandæ vnitatis expoſuit: niſi vt cum ille in patre per naturam diuinitatis eſſet, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſum in nobis per Sacramentorum ineſſe myſterium crederetur. Ac ſic perfecta per mediatorẽ vnitas doceretur, cum nobis in ſe manentibus ipſe maneret in patre, & in patre manens, maneret in nobis, & ita ad vnitatem patris proficeremus, cum qui in eo naturaliter ſecundũ uatiuitatem ineſt, nos quoq; in eo naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente? Quod autem in nobis naturalis hæc vnitas ſit, ipſe ita teſtatus eſt. Qui edit *carnem meam* & bibit *ſanguinem meũ* in me manet & ego in eo, Nõ enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit: eius tantum in ſe aſſumptam habens carnẽ, qui ſuam ſumpſerit. Perfectè autem huius unitatis Sacramentum ſuperius iam docuerat dicẽs: ſicut miſit me viuens pater & ego uiuo per patrem: & qui manducauerit *meam carnem*, & ipſe uiuet per me. Viuit ergo per patrem: & quomodo per patrem viuit, eodem modo nos per *carnem* eius uiuemus. Hæc autem idcirco à nobis commemorata ſunt, quia uoluntatis tantum inter patrem & filium vnitatem hæretici mentientes, unitatis noſtræ ad Deum vtebantur exemplo, tanquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obſequio tantum ac voluntate religionis unitis, nulla per Sacramentum *car*

ſanguinis Chriſti in Euchariſtia non eſt relictus ambigẽdi locus.

Tam Chriſti profeſſione, quàm noſtra fide, uere in Euchariſtia caro & ſanguis Domini.

Vixit anno. 366.

Lib. 6. con-

tra Donatiſtas.

In altari, offertur ſacriſi um, uota populi & membra Chriſti portantur, Spiritus ſãctus deſcendit, pignus ſalutis æternæ & tutela fidei ex eodem accipitur.

Altare, ſedes corporis & ſanguinis Chriſti.

nis & ſanguinis naturalis comunionis proprietas indulgeretur, cum & per honorem nobis datum Dei filii, & *permanentem in nobis carnaliter filium*, & in eo nobis corporaliter & inſeparabiliter unitis, myſterium veræ ac naturalis vnitatis ſit prædicandum.

Sanctus Optatus Epiſcopus Mileuitanus.

Quid eſt tam ſacrilegũ, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtuliſtis) frangere, radere, remouere in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt, quo Deus omnipotens inuocatus ſit: quo poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus: vnde à multis pignus ſalutis æternæ & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt. Altaria inquam, in quibus fraternitatis munera nõ iuſſit Saluator poni, niſi quæ eſſent de pace condita. Depone, inquit, munus tuum ante altare, & redi prius, cõcorda cũ fratre tuo, vt poſſit pro te ſacerdos offerre. Quid enim eſt altare, niſi ſedes & *corporis & ſanguinis Chriſti*? Quid uobis fecerat Deus, qui illic inuocari conſueuerat? Quid vos oſtenderat Chriſtus, cuius illic per certa momenta *corpus & ſanguis* habitat?

Idem eodem lib.

Ergo & fregiſſe uos & raſiſſe cõſtat altaria. Quid eſt quod in hac re ſubitò ueſter quaſi languere uiſus eſt furor? Videmus enim uos poſtea mutaſſe conſilium, & altaria à uobis iam non frangi, ſed radi tantummodo aut remoueri. Si hoc ſufficiebat, illa quæ prius facta ſunt, ex his iudicatis, quia fieri minimè debuerunt à vobis: Hoc tamen immane facinus geminatum eſt, dum fregiſtis etiam calices, *Chriſti ſanguinis* portatores. Quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas, mercedem nefariis nundinis prouocantes, ad quam nec emptores eligere voluiſtis ſacrilegi, dum inconſideratè uendidiſtis. Paſſi etiam eſtis cõburi manus veſtras, quibus ante nos eoſdem calices tractabatis. Eam rem iam paſſim vendidiſtis ære. Emerunt forſitan in vſus ſuos ſordidæ mulieres. Emerunt Pagani facturi uaſa, in quibus incenderent idolis ſuis. O ſcelus nefarium, ò facinus inauditũ,

Calices portatores ſanguinis Chriſti.

auferre

auferre Deo quod idolis præſtes, ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio. *Vixit anno.*

Sanctus Felix Papa & martyr. 371.

Non decuerat vt hi, qui *corpus Chriſti* quotidie proprio conficiunt ore tantam paterentur perſecutionem. *Epiſt. ad Epiſc. Aegip.*

Sanctus Baſilius Epiſcopus Cæſarienſis. *Vixit anno, 371.*

Debemus itaque attendere quod ſit iudicium eius, qui indignè edit & bibit. Nam ſi qui fratrem quoque, per cibum contriſtat à caritate excidit, ſine qua magna quoque chariſmata & iuſtificationes quoque operãtia nihil proſunt, quid de eo dicendum eſt, qui otioſe & inutiliter edere audet *corpus* & bibere *ſanguinem Domini noſtri Ieſu chriſti*, & hæc ratione plus aliquanto contriſtat & infeſtat Spiritum ſanctum, dum ſine ſocia caritate veſcitur, Iudicemus itaque hoc, ne nobis ipſis viuamus, ſed ei, qui pro nobis eſt mortuus & reſurrexit, Chriſto Ieſu Domino noſtro edamus ac bibamus. Oportet igitur accedentem *ad corpus & ſanguinem* Domini, ad rememorationem eius, qui pro nobis eſt mortuus ac reſurrexit, non ſolum purũ eſſe à quouis inquinamento carnis ac ſpiritus, ne ad iudicium edat & bibat, ſed & euidenter oſtẽdere & exprimere memoriam eius, qui pro nobis mortuus eſt ac reſurrexit. *Tractatu de Baptiſmo.*

Si tales minæ aduerſum eos poſitæ ſunt, qui temerè ad ea ſacra accedunt, quæ ab hominibus ſanctificantur, quid dicendum eſt de eo, qui in tantum ac tale myſterium temerarius eſt? Quantò enim maius aliquid is eſt templo, ſecundum Domini vocem, tanto grauius & terribilius eſt in animæ impuritate conſtitutũ *corpus Chriſti temerè contingere*, quam ſit accedere ad arietes vel tauros, dicente Apoſtolo, Itaque qui edit panem aut bibit poculum Domini indignè reus erit corporis & ſanguinis Domini, imò vehementius ac terribilius iudicium per repetitionem exprimente, cum dicit. Probet autẽ quiſque ſeipſum, & ſic de pane hoc edat, & de poculo bibat. *Idem Sermone 2. de Baptiſmo, ca. 3*

bibat. Qui namque manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi manducat & bibit, nõ diiudicans corpus Domini. Quòd ſi in immunditia tantum conſtitutus (immunditiæ verò proprietatem typice ex lege diſcimus) tã terribile iudicium habet, quantò magis, qui cum in peccato ſit *corpus Domini contingere audet*, grauius ſibi accerſit iudicium? Mundemus itaque nos ab omni inquinamẽto, (differentia verò inquinamenti & immunditiei, ſapientibus eſt manifeſta) atque ita ad ſancta accedamus vt iudicium eorum, qui Dominum occiderunt effugiamus: propterea quòd quiſquis ederit panem, & biberit poculum Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Idem ad Cæſariam Patritiam. Et communicare per ſingulos dies & participare de *ſacro corpore & ſanguine Chriſti* pulchrum eſt & valde vtile, ipſo manifeſte dicente. Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitã æternam. Quis enim ambigit, quin frequens vitæ participatio nihil aliud ſit, quàm pluribus modis uiuere? Nos idcirco quater in ſingulis hebdomadis communicamus, in die Dominico, in quarto die hebdomadæ, in paraſceue, & in ſabbatho, ac in aliis diebus, ſi qua memoria fuerit Sancti alicuius.

Vixit anno. 372.

Sanctus Damaſus Papa.

Epiſt. ad Proſperum Epiſc. Numidiæ. Coepiſcopi inter Sacerdotes locum habeant, & miniſterio preſbyterorum contenti ſint. Quòd verò eis non liceat Epiſcopo præſente, niſi illo iubente, *ſacramẽtum corporis & ſanguinis Chriſti* conficere, nec eo coram poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari (quæ omnia ſolis Pontificibus deberi, tam ex ſuperioribus, quam ex aliis patrum conſtitutis, aut ſacris Canonibus edocti eſtis.

Sanctus Gregorius Nyſſenus. Epiſcopus.

Vixit anno. 347. Illud verò prætermittendum nullo pacto eſt, quod poſteaquàm mare tranſierunt, poſteaquàm amaritudo

aquarum

aquarum ſitienti, virtute ligni in dulcedinem conuerſa eſt, poſteaquàm delitioſe apud fontes & palmas fuerūt poſtea denique quàm ex lapide biberunt, tunc quæ ab Aegypto viatica & cibos ſibi aſſumpſerūt, penitus eis defecerunt, tunc omni nutrimento, quòd ab Aegypto ferebant adſumpto, deſuper ſibi fluit cibus varius ſimul & ſimplex. Simplex viſu atque vnicus. Qualiter uarius? ad ſingulorum cupiditates ſe vertens. Quid igitur hinc diſcimus? Quod oporteat videlicet fide, baptiſmate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina, mundos puroſque animos noſtros facere, ita vt omnino alienigeni mores, & Aegyptiaca vita, vitiorum ſcilicet omnium turba nos deficiat, & demum depurato, defæcatoque animo *cæleſtem cibum* eſſe ſuſcipiendum, quem nulla nobis ſatio agriculturæ artibus produxit. Sed panis eſt abſque ſemine, abſque aratione, abſque alio humano opere nobis paratus. Is deſuper defluens in terris inuenitur. Panis enim, qui de cælo deſcēdit, qui verus cibus eſt, qui ænigmaticè hac hyſtoria ſignificatur, non incorporea quædam res eſt. Quo enim pacto res incorporea corpori cibus fiet? Res verò, quæ incorporea non eſt, corpus omnino eſt. Huius corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus effecit, ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes, myſterium virginis perdocti facilè ſaturantur. Is igitur mirabilis ſine agricultura panis varietate qualitatis ad ſuſcipientium habitudinem virtutem ſuam cōmutat. Nam cum ſit panis ignorat labefieri, ſic in carnem verti, nouit olus imitari: quidquid denique aſſumenti conueniens & expetitum ſit, vt Apoſtolus vult, *qui hanc nobis menſam præparauit, in id commutatur*. Sic enim diuinus ille vir perfectioribus ſolidum, & in carnis ſpeciem hunc cibum fieri docet, infirmioribus olus, infantibus lac.

In uita Moſeos.

Tranſubſtantiatio.

Quemadmodum qui per inſidias venenum hauſerunt, alio medicamenno vim illius exitialem extinguunt: oportet autem, vt ad veneni ſimilitudinem me-

Idem Sermone Cathacherico de

Diuinis Sacrament.

Huius ſermonis meminit Euthimius in Panoplia ſua, ſimiliter & Beſſarion libro de uerbis, quibus conſecratio per agitur.

dicamentum in viſcera ingrediatur, vt per illa totum in corpus auxilium diffundatur: ita nobis faciẽdum eſt, vt cum venenum, quo natura noſtra diſſoluitur, guſtaue rimus, medicamentum, quo illa contrahitur ſuſpiciamus, vt virus illius, contraria & opportuna huius vi repellatur. Quodnam eſt hoc medicamentum? nullum aliud, ſi corpus illud, quod morte præſtantius declaratum eſt, & noſtræ eſt ſalutis cauſſa. Quemadmodum enim parum fermenti, vt inquit Apoſtolus, totam maſſam ſibi ſimilem reddit, ſic & corpus illud quod à Deo factum eſt immortale, in noſtrum corpus ingrediens, totum in ſe transfert, atque commutat. Nam vt peſtiferum cum ſalubri commiſtum, illud efficit pernicioſum, ſic & corpus immortale reddit totum illud, in quo ſuſceptum eſt, naturæ ſimile immortali. In corpus autem ingredi non poteſt, niſi per cibum & potum viſceribus immiſceatur. Itaque neceſſarium eſt, ut natura noſtra, quoad eius fieri poteſt, vim ſalutarem intra corpus admittat. Cum autem nullum aliud niſi diuinum illud corpus eam gratiam ſuſceperit, demonſtratumque ſit, fieri non poſſe, vt noſtra corpora conſequantur immortalitatem, niſi cum immortali corpore coniungantur, atque ita incorruptionem acquirant, conſiderandũ eſt, quomodo fieri queat, vt cum vnum illud corpus aſſidue per totum orbem terrarum tot fidelium millibus impertiatur, totum cuiuſque per partem euadat, & in ſeipſo totum permaneat. Verum, vt fides noſtra recto progrediens ordine, nullam ex quæſtione propoſita dubitationem relinquat, operæpretium eſt, vt corporis naturam parum conſideremus. Natura igitur corporis noſtri non ita per ſe conſiſtit, vt proprio quodam in ſtatu vitam habeat, ſed per affluentem ad ſe facultatem ſeſe conſeruat, perpetuoq; motu in eſſentia ſua perſeuerat, tum ad ſe trahens id quod deficit, tum id expellẽs quod ſuperuacaneum eſt. Atque hæc quidem potentia, & eſt, & appellatur nutritiua. Nec eadem tamen eſt omnibus corporibus quæ nutriuntur, ſed congrua cuiq; tributa

buta eſt ab eo qui naturā moderatur & regit. Eorū autē quæ viuunt, partim radicibus nutriuntur, partim herba veſcuntur, nõnulla carnibus, homo autem pane potiſſimum. Et ad humidi conſeruationem non modo aquam bibit, ſed eam quo calidū in nobis inſitū tueatur, vino miſcet, ſuauioremq; reddit. Quid igitur ad hæc reſpicit potentia, reſpicit ad molem noſtri corporis. Cum enim in nobis ſunt, ſanguis & corpus euadunt, nutrimẽto per potentiam alteratiuam in corporis ſpeciem congruenter immutato. His ita conſideratis, ad propoſitum reuertamur. Quærebatur, quomodo vnum illud Chriſti corpus, omnem hominum in quibus eſt fides, naturam viuificaret, & in omnes ita diſtribueretur, ut nullam imminutionẽ ſubiret. Haud procul fortaſſe erimus ab huius rei intelligentia. Nam omne corpus ex nutrimento ſubſiſtit & confirmatur, quod quidẽ nutrimentum ex cibo conſtat & potu. Cibus autem eſt panis, & potus eſt aqua vino miſta. Porro Dei uerbum ita naturæ humanæ coniunctum eſt, & corpus noſtrum aſſumpſit, vt eius naturæ, non aliam nouam conſtitutionem adhiberet, ſed ſolitis ipſum rebus aleret & ſuſtentaret, nẽpe cibo & potu. Cibus vero erat panis, quemadmodum & noſter, vt iam dictum eſt. Sicut autem qui panem videt, quodammodo corpus videt humanum, quoniam panis in corpore exiſtens, corpus euadit: ita diuinum illud corpus panis nutrimentum accipiens, idem quodammodo erat cum illo cibo, ut diximus, in eius corporis naturam immutato. Quod enim carnis cuiuſque proprium eſt, id etiam illi conueniſſe confitemur. Nam & corpus illud pane ſuſtentabatur. Corpus autem propterea quod Deus verbum in illo habitauit, diuinam obtinuit dignitatem. Quamobrem recte nunc etiam Dei verbo ſanctificatū panem, in Dei verbi corpus credimus immutari. Etenim corpus illud, † panis erat potentia: ſanctificatum eſt autem habitatione uerbi, quod in carne habitauit. Itaq; qua ex cauſſa panis in eo corpore mutatus in diuinam virtu-

Panis verbo Dei ſanctificatus in verbi Dei corpus mutatur.

*Id eſt, pane conſtabat.
Panis, per uerba conſecrationis, & non per comeſtionem, fit corpus Chriſti. Tranſubſtantiatio.*

tem tranſiit, eadem de cauſſa nunc etiam idem fit. Vt enim illic verbi Dei gratia ſanctum effecit illud corpus, cuius firmamentum ex pane conſtabat, & ipſum etiam quodammodo panis erat: ſic etiam hic panis, ut ait Apoſtolus, per uerbum Dei & orationem ſanctifica tur: non quia comeditur, eo progrediens, ut verbi corpus euadat, ſed ſtatim per verbum in corpus mutatur, vt dictum eſt à Verbo. Hoc eſt corpus meum. Cæterũ cum omnis caro etiam per humidum nutriatur (neque enim ſine humidi coniunctione quod in nobis humidum eſt, in uita poteſt permanere) quemadmodum per ſolidum firmumque cibum, corporis ſoliditatem confirmamus: ſic etiam humidum ex natura ſimili adaugemus. quæ cum in nobis eſt, à facultate alteratiua ſanguis efficitur, præſertim ſi per vinum eam accipiat vim vt in calidum conuertatur. Quare cum diuina illa caro partem etiam hanc ad ſe ſuſtentandam acceperit: Deus autem, qui nobis ſe patefecit, idcirco naturæ mortali ſeipſum coniunxerit, ut eam coniunctione ſua diuinam redderet, ideo cunctis credentibus gratiæ diſpenſatione ſeipſum impertit per carnem, quæ ex uino & pane conſtituitur, fideliumque corporibus coniungitur, vt ea coniunctione cum immortali, homo etiam immortalitatis particeps fiat. Hæc autem tribuit virtute benedictionis, in illud, rerum quæ videntur naturam mutans.

Vixit anno 378.

Sanctus Gregorius Epiſcopus Nazianzenus.

*Orat. in S. Paſcha.
Idem Orat. 1. in Iulian. apoſtatam. Oblati. incruenti ſacrificij, chriſto unimur*

Abſque confuſione, & dubio, comede *corpus & ſanguinem* bibe, ſi ſaltem vitæ deſiderio teneris neque ſermonibus, qui de carne habentur, fidem deneges, neque ob paſſionem offendaris: conſtans eſto, firmus, ſtabilis in nulla re propter aduerſariorum ſermones fluctues.

Mox incruenti ſacrificii oblatione manus commaculat, *per quod nos Chriſto unimur*, nec non *paſſionis ac diuinitatis eius participes reddimur*, ſectionibus & victimis res

ſtabiliens

ſtabiliens regias malis conſiliariis in malo vtens principatu. Tu ne contra Chriſti ſacrificium tuis ſpurcitiis? Tu ne contra ſanguinem, per quem expiatus eſt mundus, tuis ſanguinis effuſionibus?

& paſſionis ac diuinitatis eius participes reddimur.

Sanctus Amphilochius Epiſcopus Iconii. Vixit anno 380.

In uita S. Baſily. Euchariſtia, immortale ac uiuificum myſterium.

Iniquo ergo coniugio facto, & diabolica facinoroſitate completa ac modico tranſeunte tempore, notatus eſt à quibuſdam puer non introire Eccleſiam, neq; appropinquare *immortalibus ac uiuificis myſteriis*, & dicunt miſeræ coniugi eius: Scis quia vir tuus quem elegiſti, non eſt Chriſtianus: ſed peregrinus fidei & alienus?

Idem in eadem vita. Euchariſt. viuificum & incontaminatum myſterium.

Impoſſibile eſt ergo, ſicut dictum eſt, omnem hominem in regnum Dei introire, niſi per aquam, & ſpiritum, & participationem uiuificorum & incontaminatorum myſteriorum *corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti*.

Sanctus Onuphrius.

Creditur vixiſſe circa annum 382. Ex uitis S. Patrum.

Omni die Dominico & ſabbato, Angelum Domini paratum inuenio *ſacroſanctum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti* ſecum deferentem: de cuius manu mihi pretioſiſſima donantur munera, vitæque meæ ſalus perpetua.

Sanctus Effrem Archidiaconus Edelſenus. Vixit anno 383.

Tractat. de die iudicij cap. 3. Idem lib. de Natura dei minime ſcrutanda cap. 5. Qui Euchariſtiam ſumunt agnũ Dei integrum come

Si procul eſt à nobis Siloe, quo miſſus eſt cæcus, ſed pretioſus calix *ſanguinis tui* plenus uita & lumine nobis in proximo eſt, tanto propinquior, quanto, qui acceſſerit, fuerit purior. Hoc ergo nobis reſtat, miſericors Chriſte, ut pleni gratia & illuminatione ſcientiæ tuæ, cum fide & ſanctificatione accedamus ad calicem tuũ, vt proficiat nobis ad remiſſionem peccatorum, non ad confuſionem in die iudicii. Quia quicunque myſteriis tuis indignus acceſſerit, ſuam animam ipſe condemnat, non ſe caſtificans vt cæleſtem Regem, atque immortalem ſponſum in ſui pectoris puriſſimum ſuſci

dunt. piat thalamum. Nam anima noſtra ſponſa eſt immortalis ſponſi. Copula autem nuptiarum cæleſtia Sacramenta ſunt, quia cum manducamus *corpus eius, & ſanguinem* bibimus, & ipſe in nobis eſt,& nos in eo. Attende ergo tibimetipſi, frater, feſtina thalamū cordis tui iugiter virtutibus exornare, vt manſionem cum benedicto Patre ſuo faciat apud te. Et tunc coram Angelis & Archangelis erit tibi laus, & gloria, & gloriatio,& cum magna exultatione & gaudio ingredieris in paradiſum.

Myſteria chriſti perſcrutanda temere non ſunt.

Manducandum corpus ſuum & ſanguinem bibendum chriſtus dedit.

Eſto fidelis atque innocens, participa *immaculato corpori Domini tui*, fide pleniſſima, certus, quòd *agnum ipſum integrum comedis*: ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti,noli temere ea perſcrutari, ne in ipſorum perſcrutatione comburaris. Hoc ſane excedit omnem admirationem,omnem mentem,omnemque ſermonem, quod fecit nobis vnigenitus filius Chriſtus ſaluator noſter,ignem & ſpiritum manducandum ac bibendum præſtitit nobis, carne veſtitis, *corpus* ſcilicet *& ſanguinem ſuum*.

Vide cap. 2. *Palla Epiſ.*

Punitur quæ quinque heb domadis à ſumptione ſacramentorum abſtinuerat. conſule, 75. cap. lib. Palladij.

Sanctus Macharius Eremita Aegyptius. Vixit anno 384.

Eam autem(mulierem videlicet à ſe curatam)admonuit vir Dei, ſic dicens: Nunquam Eccleſiam deſeras: nunquam abſtineas à *communione Chriſti ſacramentorum*: Hæc enim tibi acciderunt, quòd iam quinque hebdomadis non acceſſiſti ad *intemerata* noſtri ſeruatoris *Sacramenta*.

Plurimum refert Peccator ne, an iuſtus, corpus chriſti ſumat.

S. Eulogius Presbyter. Vixit an. 386.

Indignus ſumptionem corporis chriſti qui de ſacramēto dubitat.

Quomodo audetis ad ſancta accedere Sacramenta, cum habeatis malas cogitationes? Et tu quidem hac nocte animo uerſaſti turpem fornicationis cogitationē. Alius autem in animo ſuo reputauit, dicens: nihil referre an peccator, an iuſtus accedat ad Dei gratiam. Alius autem dubitauit de dono, dicens: nunquid me acce-

accedentem ſanctificabit? Parum ergo ſecedite à ſanctis Sacramentis,& ex animo agite pœnitentiam,ut ſit vobis remiſſio peccatorum, & ſitis digni *chriſti communione*. Niſi enim primum mundaueritis cogitationes, non poteritis ad Chriſti gratiam accedere.

Abſtinere iubentur à ſacra communione, prauis tantum cogitationibus inquinati.

Palladius Epiſcopus Capadociæ.

Viris magnis mos eſt,nihil carnis admittere, priuſquam ſpiritale alimentum animæ tradiderint. Hæc autem eſt *chriſti communio*.

Vixit anno 389.

Monachos (ait) oportere ſi fieri poteſt, quotidie communicare Sacramentis, Qui enim ſe ab eis procul amouet,Deus quoque procul ab eo recedit: qui autem hoc facit aſſidue, aſſidue ſuſcipit *ſeruatorem*. Eſt enim uox ſalutaris: Qui comedit carnem meam,& bibit ſanguinem meum, manet in me, & ego in eo. Hoc confert monachis ſalutaris paſſionis commemorationem, continenter facientibus,quotidie etiam ſe præparare, vt omni ex parte digni ſint, qui ſuſcipiant *cæleſtia ſacramenta*: quandoquidem ſic quoque conſequimur remiſſionem peccatorum.

In Hiſt. S. patrum ca. 9. Idem cap. 53. Procul recedit Deus ab his, qui ab Eucha. diu abſtinet. Præparandi cæleſtia ſacramenta ſumpturi.

Sanctus Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis Celeberrimus, fuit anno 390.

Potior eſt enim lux quam vmbra, ueritas quàm figura,corpus auctoris quàm manna de cælo forte dicas? Aliud video,quomodo tu mihi aſſeris quod *Chriſti corpus* accipiam? Et hoc nobis ſupereſt, ut probemus. Quantis igitur vtimur exemplis, ut probemus hoc nõ eſſe,quod natura formauit,ſed quod benedictio conſecrauit, maioremque vim eſſe benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur. Virgam tenebat Moyſes,proiecit eam, & facta eſt ſerpens.Rurſus apprehendit caudam ſerpentis,& in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam eſſe naturam ſerpentis & virgæ? Currebant Aegypti flumina puro aquarum meatu, ſubito de fon-

Lib. de iis, qui myſteriis initiantur cap. 9. Mutatio panis in corpus Chriſti, exemplis ueteris Teſtamenti probatur.

tium venis ſanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuiis. Rurſus ad Prophetæ preces cruor ceſſauit flumi num, aquarum natura remeauit. Circumcluſus vndique erat populus Hebræorũ, hinc Aegyptiis vallatus, inde mari clauſus: virgam leuauit Moyſes, ſeparauit ſe aqua & in murorum ſpeciem congelauit, atque inter vndas via pedeſtris apparuit. Iordanis retrorſum conuerſus cõtra naturã in ſui fontis reuertitur exordiũ. Nõne da ret naturã uel maritimorũ fluctuũ, vel fluuialis curſus eſſe mutatã. Aduertimus igitur maioris eſſe uirtutis gratiã, quã naturam, & adhuc tñ propheticę benedictionis numeramus gratiam? ꝙ ſi tantũ valuit humana benedictio vt naturã cõuerteret: quid dicimus de ipſa cõſecratione diuina, vbi verba ipſa Domini ſaluatoris operantur? Nã Sacramẽtum iſtud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. ꝙ ſi tantũ valuit ſermo Aeliæ, vt ignẽ de cælo deponeret: non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum? De totius mundi operibus legiſti: Quia ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Sermo ergo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat: non poteſt ea quæ ſunt in id mutare, quod non erant? Non enim minus eſt nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Sed quid argumentis vtimur? Suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo aſtruamus myſterij veritatem. Nunquid naturæ vſus præceſſit cum Ieſus Dominus ex Maria naſceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare conſueuit. Liquet igitur quod præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc quod conficimus *corpus* ex uirgine eſt. Quid hic quæris naturæ ordinem in *Chriſti corpore*, cum præter naturam ſit ipſe Dominus Ieſus partus ex uirgine? Vera vtique caro Chriſti, quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt, uerè ergo *carnis illius* Sacramentum eſt. Ipſe clamat Dominus Ieſus, Hoc eſt corpus meum.

Corpus Chriſti, quod ſacerdotes. Chriſti verbis conficiũt idem corpus quod ex virgine natum eſt. Idem. lib. 4. de Sacrã. cap. 4. & 5.

Tu forte dicis. Meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte eſt ante verba Sacramentorum: ubi acceſſerit conſecratio

Peracta con

tio, de pane fit *caro Chriſti*. Hoc igiť aſtruamus. Qũo pót, qui panis eſt, *corpus eſſe Chriſti*? Cõſecratiõe. Conſecratio igiť quib' verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. Nam per reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur: oratio præmittitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris: vbi venitur, vt conficiatur venerabile Sacramentum, iam non ſuis ſermonibus Sacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergo ſermo Chriſti hoc conficit Sacramẽtum. Quis ſermo Chriſti? Nempe is, quo facta ſunt omnia. Iuſſit Dominus, & factum eſt cælum. Iuſſit Dominus, & facta eſt terra. Iuſſit Dominus, & facta ſunt maria. Iuſſit Dominus, & omnis creatura generata eſt. Vides ergo quàm operatorius ſit ſermo Chriſti? Si ergo tanta vis eſt in ſermone Domini Ieſu, vt inciperent eſſe quæ non erant: quanto magis operatorius eſt, vt ſint quæ erãt, & in aliud commutentur? Cælum non erat, mare non erat, terra nõ erat. Sed audi dicentem. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Ergo tibi vt reſpondeam, nõ erat corpus Chriſti ante cõſecrationem, ſed poſt conſecrationem, dico tibi: quòd iam *corpus eſt Chriſti*. Ipſe dixit, & factum eſt: ipſe mandauit, & creatum eſt. Tu ipſe eras, ſed eras vetus creatura: poſtea quam conſecratus es, noua creatura eſſe cœpiſti. Vis ſcire quã noua creatura? Omnis, inquit, in Chriſto noua creatura. Accipe ergo quemadmodum ſermo Chriſti creaturam omnẽ mutare conſueuerit, & mutat quando vult inſtituta naturæ. Quomodo requiris? Accipe & primo omnium de generatione eius ſumamus exemplum. Conſuetudo eſt, vt non generetur homo, niſi ex viro & muliere, & conſuetudine coniugali. Sed quia voluit Dominus, qui hoc elegit Sacramentum, & de Spiritu ſancto, & virgine natus eſt Chriſtus, hoc eſt mediator Dei & hominum, hõ Chriſtus Ieſus. Vides ergo, quia cõtra inſtituta & ordinem homo eſt natus ex virgine? Accipe aliud.
Vrgebatur populus Iudæorum ab Aegyptiis, intercluſus erat mari diuino imperio, virga Moyſes tetigit a- II

quas

ſecratione de pane fit caro Chriſti.

Poſt conſecrationem in altari eſt corpus Chriſti.

Sermo Chriſti mutat omnem creaturam.

Exemplum. 1

quas,& ſe vnda diuiſit,non vtique ſecundum ſuæ natu-
ræ conſuetudinem, ſed ſecundum gratiam cæleſtis im-
III perii. Accipe aliud. Sitiebat populus, venit ad fontem, amarus erat fons, miſit lignum ſanctus Moyſes in fontem,& factus eſt dulcis fons, qui amarus erat, hoc eſt, mutauit conſuetudinem naturæ ſuæ, accepit dulcedinē
IIII gratię. Accipe & quartum exemplum. Ceciderat ferrum ſecuris in aquas, quaſi ferrum, ſua conſuetudine demerſum eſt: miſit lignum Eliſeus, ſtatim ferrum eleuatum eſt,& aquis ſupernatauit, vtique contra conſuetudinem ferri. Eſt enim materies grauior, quàm aquarū elementum. Ex his igitur omnibus non intelligis, quātum operetur ſermo cæleſtis. Si operatus eſt in fonte terreno, ſi operatus eſt ſermo cæleſtis in aliis rebus, nō operatur in cæleſtibus Sacramentis? Ergo didiciſti qđ ex pane *corpus fiat Chriſti*, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, ſed *fit ſanguis* conſecratione verbi cæleſtis. Sed forte dicis. Speciem ſanguinis non video. Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinem ſumpſiſti, ita etiam ſimilitudinem pretioſi ſanguinis bibis, ut nullus horror cruoris ſit,& pretium tamen operetur redemptionis. Didiciſti ergo, quia, quod accipis *corpus eſt Chriſti*. Vis ſcire quia verbis cæleſtibus conſecratur. Accipe quæ ſunt verba. Dicit Sacerdos. Fac nobis inquit, hanc oblationem aſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui pridie, quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens, benedixit, fregit, fractumque Apoſtolis ſuis & diſcipulis ſuis tradidit dicens. Accipite, & edite ex hoc omnes. Hoc eſt enim corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter etiam calicē poſtquàm cœnatū eſt, pridie quàm pateretur accepit, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens, benedixit, Apoſtolis & diſcipulis ſuis tradidit dicens. Accipite, bibite ex eo omnes:

Ex pane fit corpus Chriſti.

Ex uino fit ſāguis Chriſti.

Attēde Canonis Miſſæ uetuſtatem.

Quia ipſe Dominus Ie

hic eſt enim ſanguis meus. Vide, omnia illa uerba Euãgeliſtæ ſunt vſque ad accipite, ſiue corpus, ſiue ſanguinem. Inde verba ſunt Chriſti: Accipite, bibite ex eo omnes: hic eſt enim ſanguis meus. Vide ſingula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem. Antequàm conſecretur, panis eſt: vbi autem verba Chriſti acceſſerint, *corpus eſt Chriſti.* Denique audi dicentem. Accipite, & edite ex eo omnes, hoc eſt corpus meum. Et ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquę plenus. Vbi verba Chriſti operata fuerint: ibi *ſanguis* efficitur, qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti vniuerſa conuertere. Denique ipſe Dominus Ieſus teſtificatur nobis, quòd *corpus ſuum* accipiamus & *ſanguinem.* Nunquid debemus de eius fide & teſtificatione dubitare?

ſus teſtificatur, quòd ſuum corpus & ſanguinem in Euchariſtia accipiamus, nõ eſt de eius fide dubitãdum.

Idem Sermone 8. In *Pſal.* 118.

Non epulæ paratæ extorqueant, vt cæleſtibus ſis vacuus ſacramentis. Differ aliquantulum, non longe finis eſt diei, imo plerique ſunt eiuſmodi dies, vt ſtatim meridianis horis adueniendum ſit in Eccleſiam, canendi hymni, celebranda oblatio. Tunc itaque paratus aſſiſte, vt accipias tibi munimentum, vt *corpus edas Domini Ieſu*: in quo remiſſio peccatorum eſt, poſtulatio diuina reconciliationis, & protectionis æternæ. Suſcipe ante Dominum Ieſum tuæ mentis hoſpitio. Vbi *corpus eius*, ibi Chriſtus eſt. Cum hoſpitium tuum aduerſarius viderit occupatum cæleſtis fulgore præſentiæ, intelligens locum tentamẽtis ſuis interclуſum eſſe per Chriſtum, fugiet, ac recedet, & tu mediam noctem ſine vlla offenſione tranſibis. Admonet etiam ſacrificiũ veſpertinum, vt nunquam Chriſtum obliuiſcaris. Nõ poteſt obliuiſci, cum lectum aſcendes eius Domini, cui in occaſum precem fuderis diei, qui eſurientem te *ſui corporis* epulis expleuerit.

Corpus Chriſti ſumptum nobis aduerſus ſathanam munimentum.

Nobis autem non Caiphas, non Pilatus Chriſtum abſtulit, nec poſſumus ieiunare, quia Chriſtum habemus, & Chriſti carnem epulamur & ſanguinem.

Idem lib. 5. Comentariorum in Lucam.

Sanctus

Vixit anno 400.

Sanctus Heſychius presbyter.

Lib. 2. in Leuit. cap. 8.

In altari, ſanctus ſanctorum requieſcit.

Præcepit Dominus eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Et ſicut addunt Septuaginta in loco ſancto. Eſt autem locus ſanctus altare, ibi enim *ſanctus ſanctorum* requieſcit. Sed quid addidit? Et ibi comedetis eas. Panes quoque conſecrationis, ſiue (vt ſeptuaginta edunt) & panes, qui ſunt in caniſtro conſummationis edite, ſicut præcepit mihi Dominus. Aaron & filij eius comedent eos. Quomodo ergo in his non admiranda ſit ſapientia Spiritus? Nullam quippe dubietatem huiuſmodi intellectui dereliquit: propterea carnes cũ panibus comedi præcipiẽs, vt nos intelligeremus, illud ab eo myſteriũ dici, quod ſimul *panis & caro eſt*, ſicut *corpus Chriſti* panis viui, qui de cælo deſcendit. Propter quod Eliæ ſecundum Septuaginta editionem, carnes mane, panes autem veſperi deferebant corui ſuperne, præfigurare hoc myſteriũ Domino volente: quod intus oportet in Eccleſia, in loco ſancto, id eſt, ad altare coqui, & comedi, alibi vero nequaquam. Propter quod Paulus Corinthijs præcipiebat. Conuenientibus autem vobis in vnum, iam nõ eſt Dominicam cœnam mãducare: vnuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nunquid domos nõ habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei deſpicitis? Et hoc ideo, vt illic abſolute myſtica cœna deberet celebrari. Aarõ & filii eius illud recte comedunt: *niſi enim Chriſtus rogatus ore Sacerdotum, ipſe venerit*, & cœnam ſanctificauerit, & initiauerit ea quæ aguntur, nullatenus ſacrificium Dominicum fiunt. Sed hoc quod reliquum eſt de carnibus, & panibus, in igne incendi præcepit. Quod nunc videmus etiam ſenſibiliter in Eccleſia fieri, ignique tradi, quæcunque remanere contigerit inconſumpta, non omnino ea quæ vno die, vel duobus, aut multis ſeruata ſunt: ſicut enim apparet, non hoc legislator præcepit: ſed quod reliquũ

Solus ſacerdos, miniſter Euchariſtiæ ſacrificij.

eſt, incendi iubet. Dies autem non commemorauit, ut quæcunq; cuiuſcunq; rei cauſſa emergente remanſerint inconſumpta, ſiue tempus in cauſſa ſit, ſiue quid aliud fuerit, ignis opus & conſumptio fiat. Ergo ex hoc quod agitur ſenſibiliter, ſignificatio cuiuſdam intelligibilis rei, eis qui intendunt prouenit: vt quando ad comeſtionem ſacrificii deficimus, & comedere illud integre non poſſumus, mente forſan laceſſente, ſiue deficiente, vtrum ea quæ videntur, *corpus* oporteat intelligi *Domini*, in quod oculis nec Angeli poſſunt proſpicere, non relinqui, ſed etiam tradi ea igni oportet ſpiritus, vt ea comedat, quæ nobis ſunt ex infirmitate ineſibilia. Quomodo autẽ comedat quum cogitauerimus, virtuti ſpiritus eſſe poſſibilia ea quę nobis impoſſibilia videntur.

Quomodo corpus Domini in Sacramento Euchariſtiæ, Spiritui ſancto relinquendum.

Sancta ſanctorum ſunt proprie Chriſti myſteria, quia *ipſius eſt corpus*, de quo Gabriel ad virginem dicebat: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, ideo quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Sed & Iſaias. Sanctus Dominus, & in altis habitat, in ſinu videlicet Patris. Ab hoc .n. non ſolum alienigenas, & inquilinos, & mercenarios ſacrificio prohibuit, ſed nec per ignorantiam percipere præcepit. Per ignorantiam autem percipit, qui uirtutem eius, & dignitatem ignorat, qui neſcit *quia corpus hoc & ſanguis eſt ſecundum ueritatem*, ſed myſteria quidem percipit, neſcit autem myſteriorum virtutem. Ad quem Solomon dicit, vel magis ſpiritus qui in eo eſt: Quando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante te. Aperte & ipſe compellens & cogens eum, qui ignorat addere quintam partem: hæc enim quinta addita intelligere nos intelligibiliter diuina & myſtica facit. Quid ſit autem quinta, ipſa te verba legiſlatoris docere poſſunt, ait enim. Addet quintam partem cum eo quod comedit. Et quomodo eius quod iam comedit & cõſumpſit, addere quis quintam poteſt: Neque enim

Idem lib. 6. cap. 22.

In Euchariſtia corpus & ſanguis Chriſti ſecundum ueritatem.

aliud

aliud, aut aliunde, ſed de ipſo, & cum eo; vel ſicut Septuaginta ſuper ipſum, iubet addi quintam. Ergo quinta eius ſuper ipſũ, ſermo eſt, qui prolatus eſt ab ipſo Chriſto, ſuper Dominicum myſteriũ. Ipſe enim liberat nos ab ignorantia, remouetque nos additus, carnale quippiam, & terrenum de ſanctis arbitrari, ſed diuine ea, & ſpiritualiter accipi ſancit, quod quinta proprie nomitur: quia qui in nobis eſt diuinus. Spiritus, & ſermo quẽ tradidit, qui in nobis ſunt, componit ſenſus, & non ſolum noſtrum guſtum producit ad myſterium, ſed & auditum, & viſum & tactum, & odoratum, ita vt nil in eis minori rationi, & infirmæ menti proximum, de his videlicet, quæ valde ſuperna ſunt, ſuſpicemur. Quicunq; ergo ſanctificata per ignorantiam comederit, ignorans eorum virtutem, ſicut diximus, Addet quintam eius ſuper eo, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium. Sanctificationem enim myſtici ſacrificii, & à ſenſibilibus ad intelligibilia, *tranſlationem, ſiue commutationem*, ei, qui verus eſt ſacerdos, videlicet Chriſto, oportet dari, id eſt, ipſi de eis miraculum cedere & imputare: quia per eius virtutem, & prolatum ab eo verbum, quæ videntur, tam *ſanctificata ſunt*, quàm cunctum carnis excedunt ſenſum.

Trãſubſtantiatio, uirtute verborum Chriſti. Idem lib. 7. cap. 16. In Sacr. Euchariſtiæ ſumimus corpus Chriſti. Pœnitentia commnioni pramittẽda.

Propter quod ſanctuariũ eius paueamus, vt nec corpus noſtrum polluamus, neque ad *corpus Chriſti*, in quo eſt omnis ſanctificatio, in ipſo enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis, ſine ſubtili diiudicatione noſtri, temere accedamus, ſed prius noſmetipſos probemus, reminiſcentes eius, qui dixit. Quicunque comederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane comedat, & de calice bibat. Qualem probationem dicit? Id eſt, vt in corde mundo, atque conſcientia, & pœnitentiam eorum quæ olim deliquit intendenti, participetur ſanctis, ad ablutionem peccatorum ſuorum.

Apolo. pro libris aduer-

S. Hieronymus Presby. ſcripſit an. 410.

Quale illud bonum eſt, quod *corpus Chriſti* accipere non

non permittit? Ad hoc breuiter reſpondebo. Quid eſt maius, orare an *corpus Chriſti* accipere? Vtique accipere *corpus Chriſti*. Si per coitum quod minus eſt impeditur, multò magis quod maius eſt. Diximus in eodem volumine, panes propoſitionis ex lege non potuiſſe comedere Dauid & ſocios eius: niſi ſe triduo mundos à mulieribus reſpōdiſſent: non vtique à meretricibus, quod damnabatur à lege: ſed ab vxoribus, quibus licitè iungebantur. Populum quoque quando accepturus erat legem in monte Sina: tribus diebus iuſſum eſſe ab vxoribus abſtinere. Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper *chriſti corpus* accipiant: quod nec reprehendo, nec probo. Vnuſquiſque enim in ſuo ſenſu abūdat. Sed ipſorum conſcientias cōuenio: qui eodem die poſt coitum communicant: & iuxta Perſium, noctem flumine purgant: quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur Eccleſias? An alius in publico, alius in domo Chriſtus eſt? Quod in Eccleſia non licet, nec domi licet. Nihil Deo clauſum eſt, & tenebræ quoque lucent apud Deum. Probet ſe vnuſquiſque: & ſic ad *corpus Chriſti* accedat: non quod dilatæ cōmunionis vnus dies, aut biduum ſanctiorem efficiat Chriſtianum, vt quod hodie non meruit, cras vel perendie mereat: ſed quod dum doleo me non communicaſſe *corpori Chriſti*, abſtineam me pauliſper ab vxoris amplexu, vt amori coniugis amorem Chriſti præferam.

ſus Ioninianum.

Et afferte vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quoniam hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt. Vitulus ſaginatus, qui ad pœnitentiæ immolatur ſalutem, *ipſe Saluator eſt*, cuius quotidie *carne veſcimur, cruore potamur*. Fidelis mecum lector intelligis, quia pinguedine ſaturati, in ructum laudis eius erumpimus, dicentes: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: licet quidam ſuperſtitioſe magis, quàm verè, non cōſiderātes textum Pſalmi, ex patris perſona arbitrētur hoc intelligi. Et cœperunt epulari. Hoc conuiuium quoti-

Idem ad Damaſum, de prodigo filio.

Carne ſaluatoris quotidie ueſcimur & cruore eius potamur.

dic

die celebratur, quotidie Pater Filium recipit, ſemper *Chriſtus credentibus, immolatur.*

Idem ad Hedibiam Queſtione. 2.

Nos autem audiamus panem, quem fregit Dominus deditque diſcipulis ſuis, eſſe *corpus Domini ſaluatoris*, ipſo dicente ad eos. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. Et calicem illum eſſe, de quo item locutus eſt: Bibite ex hoc omnes: hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundetur. Iſte eſt calix de quo in Propheta legimus: Calicem ſalutaris accipiam. Et alibi: Calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt. Si ergo panis qui de cœlo deſcendit, corpus eſt Domini: & vinum, quòd Diſcipulis dedit, ſanguis illius eſt noui teſtamenti, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionē peccatorum. Iudaicas fabulas repellamus, & aſcendamus cū Domino cœnaculum magnum, ſtratum, atque mundatum: & accipiamus ab eo ſurſum calicem noui teſtamenti: ibique cum eo Paſcha celebrantes, inebriemur ab eo vino ſobrietatis. Non enim eſt regnum Dei cibus & potus, ſed iuſtitia, & gaudium, & pax in Spiritu ſancto. Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed *Dominus Ieſus*: ipſe conuiua, & *conuiuium*: ipſe comedens & *qui comeditur*. Illius *bibimus ſanguinem*, & ſine ipſo potare non poſſumus: & quotidie in ſacrificiis eius de genimine vitis veræ, & vineæ Sorec, quæ interpretatur electa, rubentia multa calcamus.

Dominus Ieſus ipſe conuiua & cōuiuium: ipſe comedens & qui comeditur.

Sanctus Chromatius Epiſcopus.

Vixit anno. 412.

Hoc autem ſpiritaliter nobis præceptum eſſe debemus aduertere, ut panem quotidianum petamus, id eſt panem illum cæleſtem & ſpiritalem, quem quotidie ad medelam animæ, & ſpem æternæ ſalutis accipimus. De quo ait Dominus in Euangelio: panis cœleſtis, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Et hunc ergo panem quotidie poſtulare iubemur, id eſt, vt præſtante Domini miſericordia, quotidie panem *corporis* Domini accipere mereamur. Ait enim ſanctus Apoſtolus: Probet ſe homo, & ſic de pane Domini māducet, & de

In caput. 6. Matthei.

calice

calice bibat. Et iterum. Qui manducat panem Domini indignus, & calicem bibit: reus erit corporis & ſanguinis Domini. Vnde non immeritò ſemper orrare debemus, vt hunc panem cæleſtem quotidie mereamur accipere: ne aliquo interueniente peccato à *corpore Domini* ſeparemur.

Sanctus Epiphanius Epiſcopus.

Vixit anno, 413.

Libro Ancheratus.

Videmus enim quod accepit Saluator in manus ſuas veluti Euangelium habet, quod ſurrexit in cœna, & accepit hæc, & vbi gratias egiſſet, dixit, *hoc meum eſt, hoc & hoc.* Et videmus quod non æquale eſt, neque ſimile, non imagini in carne, non inuiſibili Deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim eſt rotundæ formæ, & inſenſibile, quantum ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere, *hoc meum eſt, hoc & hoc.* & nemo non fidem habet ſermoni. Qui enim non credit eſſe ipſum verum, ſicut dixit, is excidit à gratia & ſalute. Quod autem audiuimus, *id credimus quod eſt ipſius.* Dominum verò noſtrum nouimus totum ſenſum, totum ſenſitiuum, totum Deū, totum mouentem, totum operantem, totum lucem, totum incomprehenſibilem, ſed qui cum gratia *hoc* nobis largitus eſt.

S. Ioannes Chryſoſtomus Archiepiſcopus, Conſtantinopolitanus.

Vixit anno. 414.

Homil. 83. in Matth.

Credendum verbis chriſti, etiam ſi ſenſui abſurdū videatur

Credamus vbique Deo, nec repugnemus ei, etiam ſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe uideatur quod dicit: ſuperet & ſenſum & rationem noſtram ſermo quæſo ipſius, quod in omnibus & præcipuè in myſterijs faciamus, non illa, quæ ante nos iacent, ſolummodo aſpicientes, ſed verba quoque eius tenentes. Nā verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus uerò noſter deceptu facillimus eſt: illa falſa eſſe non poſſunt, hic ſæpius atque ſæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit. Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & oculis intellectus id perficiamus. O quot modò dicunt, uellem formam & ſpeciem eiūs, vel

Chriſtum ip

ſum tangimus et comedimus.

lem veſtimenta ipſa, uellem calceaméta uidere. Ipſum igitur uides, ipſum tangis, *ipſum comedis.* Veſtimenta eius deſideras videre, ipſe uero ſeipſum tibi tradidit, nó ut videas ſolum, verum etiam vt tágas, & in te habeas. Nemo igitur nauſeans accedat, nemo remiſſus, omnes accenſi, omnes feruentes, omnes ardentes accedamus. Non enim ſufficit ipſi hominem fieri, flagellis interim cædi, ſed nos ſecum in vnam (vt ita dicam) maſſam redu cit, neque id fide ſolum, ſed re ipſa nos corpus ſuum efficit. Qua igitur re mundiorem eſſe non oportet eú, qui hoc ſacrificio participaturus eſt? quos radios ſolares non deberet excedere manus illa, quæ *hanc carnem* pertractat, os quod igne impletur ſpirituali, lingua quę cruentatur hoc admirabili ſanguine? Veniat in menté tibi, quo ſis honore honoratus, qua menſa fruaris. Ea nanque re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, nec abſque pauore ptopter fulgorem, qui inde reſilit aſpicere poſſunt, & nos in vnam cum illo maſſam redu cimur. Chriſti corpus vnum & caro vna. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? quis paſtor vnquam membris ſuis, oues ſuas nutriuit? Multæ matres poſt partum aliis nutricibus infantes dederunt, quod ipſe facere noluit, ſed *proprio corpore nos alit*, & ſibi coniungit atque conglutinat. Conſideremus autem hoc modo, natus eſt ex noſtra ſubſtantia. Sed nihil hoc forſan ad omnes inquies: licet apertè ad omnes pertineat. Nam ſi ad naturam noſtram deſcendit: patet quoniam ad omnes: quod ſi ad omnes, & ad vnumquéque profecto. Sed quomodo nó omne inde lucrú cóſecuti ſunt inquies? Id certè non illius cauſſa, qui maximè hoc optat, accidit: ſed eorum culpa, qui eum ſuſcipere nolunt. Singulis enim fidelibus per hoc myſterium ſe coniungit: & quos peperit, non alii nutriendos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſſimè alit, hac etiam re tibi perſuadens carnem illum tuam aſſumpſiſſe. Tanta igitur charitate, atque honore affecti non torpeamus. Non videtis quá ta infantes animi alacritate mamillas arripiunt? Qua

Radijs ſolaribus mundiorem eſſe oportet manum illam, quæ Chriſti carnem tractat.

Proprio corpore alit nos Chriſtus.

præſſione papillis inſigunt labia? Non minori cupiditate nos quoque ad hanc menſam, & ad huius calicis ſpiritualem accedamus papillam:imò verò maiore deſiderio quaſi lactẽtes pueri,gratiam Spiritus ſugamus. vnus ſit nobis dolor,vna mœſtitia, ſi hoc alimento ſpirituali priuamur. Non ſunt humanæ uirtutis hæc opera:qui tunc iſta in illa cœna confecit, ipſe nunc quoq; operatur,ipſe perficit,miniſtrorum nos ordinem tenemus:qui verò *hæc ſanctificat & tranſmutat* ipſe eſt. Nullus adſit hic Iudas,nullus auarus, non recipit huiuſmodi homines hæc menſa.Si quis diſcipulus eſt, læto animo accedat.Cum Diſcipulis ĩquit meis facio Paſcha: hæc enim illa non alia menſa eſt, hæc nulla re minor, quã illa eſt.Non enim illam Chriſtus, hanc homo quiſpiam facit:ſed vtranque ipſe. Nullus ergo inhumanus adeat,nullus crudelis, nullus immiſericors, nullus impurus quouis modo:hæc tam ad uos, qui communicatis,quàm ad vos,qui miniſtratis dicta eſſe uolo. Oportet enim etiam eadem ad uos dicere, vt magno ſtudio & diligenti cura dona hæc diſtribuatis. Non parua vobis imminet pœna,ſi aliquem aliqua improbitate teneri ſcientes,ei huius menſæ participationem permittatis.*Sanguis enim eius* ex manibus requiretur veſtris.Si igitur Dux quiſpiam,ſi conſul, ſi ipſe denique qui diademate ornatur,indignè adeat,cohibe ac coherce: maiorem tu illo habes poteſtatem. Quòd ſi ipſe pellere non audes,mihi dicas,nõ permittam iſta fieri: animã prius tradã meam,quàm *Dominicum* alicui *corpus* indignè:ſanguinemque meum effundi potius patiar,quàm *ſacratiſſimum illum ſanguinem* præterquàm digno cõcedam: quòd ſi quis venientem cum ſordibus ignorauerit, nulla veſtra culpa eſt.

Eadem quæ Chriſtus in cœna fecit, & nunc quoque in Miſſa operatur.

Sacerdos miniſter tãtum ſacramenti, Chriſtus verò tranſubſtantiationẽ peragit.

Nota.

Neceſſario dicendum quàm admiranda myſteria, & cur data ſint,& quænam eorum vtilitas. Vnum corpus ſumus,& membra ex carne,& oſſibus eius. Quare initiari eius præceptis parere debent? vt autem non ſolũ per dilectionem,ſed re ipſa in illam carnem conuerta-

Idem Homilia. 45. In Ioannem.

mur,per cibum id efficitur,quem nobis largitus eſt.Cũ enim ſuum in nos amorem indicare vellet,*per corpus ſuũ* ſe nobis commiſcuit,& in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur.Hoc enim amantium maximè eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis,à quibus maximè amabatur,qui ſuum amorem præ ſe ferentes dicebant. Quis daret nobis, ut eius carnibus impleremur. Quod Chriſtus fecit, ut maiori hos caritate aſtringeret,& ut ſuum in nos oſtenderet deſiderium,non ſe tantum uideri permittens deſiderantibus, ſed & *tangi, & manducari, & dentes carni ſuæ infigi*, & deſiderio ſui omnes impleri. Ab illa igitur menſa tanquam leones ignẽ ſpirantes ſurgamus, diabolo formidoloſi, & caput noſtrum intelligamus,& quam in nos præ ſe tulit caritatem. Parentes ſepenumero liberos ſuos aliis alendos dederunt,ego autem *mea carne* alo,me his exhibeo,omnibus faueo, omnibus optimam de futuris ſpem præbeo.Qui enim in hac uita ſe nobis exhibet,multo magis in futuro.Veſter ego frater eſſe uolui,& communicaui carnem propter uos & ſanguinem : & per quæ uobis coniunctus ſum,ea rurſus vobis exhibui. *Hic ſanguis* facit vt imago in nobis regia floreat:*hic ſanguis* pulchritudinem,atque nobilitatem animæ,quam ſemper irrigat & nutrit,langueſcere non ſinit. *Hic myſticus ſanguis* dæmones procul pellit, Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit. Dæmones enim cum *Dominicum ſanguinem* in nobis uident,in fugam uertuntur,Angeli autem procurrunt. *Hic ſanguis* effuſus, vniuerſum abluit orbem terrarum. Hic noſtrarum animarum ſalus eſt: hoc lauatur anima,hoc ornatur,hoc incẽditur:hic igne clariorem noſtram mentem reddit, & auro ſplendidiorem. *Huius ſanguinis* effuſio, cælum peruium fecit. Admiranda ſanè Eccleſiæ myſteria, admirabile ſacrarium.Ex paradiſo fons ſcaturiit, à quo ſenſibile fluuii emanarent.A menſa hac prodiit fons, qui fluuios ſpirituales diffundit. Hic fons lucis, diffundens radios veritatis,huic ſupernę aſtiterunt virtutes,fluctuum eius pulcritudinem

Sua nos carne, Chriſtus alit.

Nota.

critudinem inſpicientes. Nam manifeſtius, quàm nos ille propoſitorum uirtutem & fulgorem inacceſibilem intuentur. Quemadmodum enim, ſi quis liquefacto auro manum, uel linguam iniiciat, quàm primum deauratur: ita hæc nobis propoſita animam auream reddunt. Hic ſangnis præfiguratus eſt ſemper in altaribus, in iuſtorũ cædib. *hic* orbis terrarũ decus eſt: *hic eſt*, quo Chriſtus emit, quo vniuerſam ornauit Eccleſiam. Vt enim homo auro ſeruos emit, & ornat: ita nos ſanguine ſuo Chriſtus. *Qui huius ſanguinis* ſunt participes, cum Angelis & Archangelis, & ſupernis uirtutibus commorantur: ipſam regiam Chriſti ſtolam induti, ſpiritualibus armis muniti. Sed nihil dixit, imò ipſum induti ſunt Regem. Sed ſicut magnum eſt & admirabile: ita ſi purè acceſſeris, ad ſalutem acceſſiſti: ſin praua conſcientia, ad pœnam & ſupplicium. Qui enim manducat & bibit indignè ſanguinem Domini, iudicium ſibi manducat & bibit. Nam ſi qui regiam purpuram coinquinant, haud ſecus, quàm qui ſcindunt, puniuntur: quid mirũ, ſi qui immunda conſcientia *Chriſti corpus* accipiunt, idem ſupplicium ſubeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt?

Sanguinem (quo Chriſtus Eccleſiam emit) in Miſſa bibimus.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Quid dicis, beate Paule, cum vis auditorem confundere, & horrendorum myſteriorũ meminiſſe, calicem benedictionis appellas, calicem illum formidoloſum & horroris plenum? Sane quidem. Non enim paruum eſt, quod dicitur. Siquidem cum benedictionem dico, Euchariſtiam dico: & dicendo euchariſtiam, omnem benignitatis Dei theſaurum aperio, & magna illa munera commemoro. Etenim nos quoque, recenſitis ſupra calicem inenarrabilibus Dei beneficiis, & quæcunque conſecuti ſumus, ita demum accedimus, & communicamus, gratias agentes quòd humanum genus errore liberauit, quòd cum ſpē nullam haberemus, & impii in hoc mundo eſſemus, fratres & conſortes ſuos aſcripſit: cum his & cæteris

Idem Homil. 24. in Epiſt. ad Corin. priorem

Horrēda miſteria.

huiuſmodi gratiarum actionibus accedimus. Quomodo igitur contraria non facitis ò Corinthii, inquit, cũ Deo benedicitis, quod ab idolis uos liberauit, & iterũ ad eorum menſas curritis? Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Maximè his ſibi verbis & fidem facit & horrorem. Eorum autem eiuſmodi eſt ſententia. Quod eſt in calice, *id eſt, quod à latere fluxit*, & illius ſumus participes. Calicem autem benedictionis appellauit, quoniã cum præ manibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodam inenarrabilis doni laudamus, benedicentes, quòd ſanguinem effudit, ne in errore permaneremus, neque tantum effudit, ſed nos omnes *eius* participes effecit. Quid hoc admirabilius, dic quæſo, quid amabilius? Et in veteri quidem Teſtamento, cum imperfectiores eſſent, quem idolis offerebant ſanguinem, eum ipſe accipere uoluit, vt ab idolis eos auerteret, quod etiam inenarrabilis amoris ſignum erat. Hic autem multò admirabilius & magnificentius ſacrificium præparauit, quum ſacrificium ipſum commutaret, & pro brutorum *cæde ſeipſum* offerendum præciperet. Et panem, quẽ frangimus, nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Quare non dixit participatio? Quia amplius quiddam ſignificare uoluit, & multam inter hæc conuenientiam oſtendere. Non enim participatione tantum & acceptione, ſed unitate communicamus. Quemadmodum enim corpus illud vnitum eſt Chriſto, ita & nos per hunc panem vnione coniungimur. Sed quare addit, quẽ frangimus? Hoc in Euchariſtia videre licet, in cruce autem minime, ſed omnino contra. Os enim eius, inquit, non conteretur. Sed quod in cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur, & propter te frangi ſuſtinet vt omnes ſatiet. Quando id propoſitum uideris, dic tecum, propter *hoc corpus* non amplius terra & cinis ego ſum: non amplius captiuus, ſed liber: *propter hoc*, cælum, & ea quæ in eo bona ſunt, me accepturum ſpero, propterea immortalem vitam Angelorum ſedem, Chriſti cõſuetudinem.

Id quòd è chriſti latere profluxit, calice ſacro continetur.

Miſſa admirabile et magnificum ſacrificium. Chriſtus ſeipſum offerendum præcepit.

Fractio Euchariſtiæ in Miſſæ oblatione.

ſuetudinem. *Hoc corpus* affixum, verberatum, morte uictum non eſt: *hoc corpus* ſol crucifixum uidens, radios auertit: *propter hoc* & uelum templi ſciſſum eſt, & petræ, & terra uniuerſa tremuit. *Hoc idem corpus* cruentatum, lancea uulneratum, fontes ſanguinis & aquæ uniuerſo orbi ſalutares ſcaturiuit. Vis & aliunde uires eius intelligere? Interroga quæ ſanguinis fluxum paſſa eſt, quæ non Ieſum, ſed eius ueſtimentum, nec totum, ſed eius fimbriam tetigit: interroga mare, quod dorſo ſuo id pertulit: interroga ipſum diabolum, & dicito. Vnde inſanabile uulnus accepiſti? vnde uires amiſiſti? vnde captus? à quo detineris? à quo fugis? Nihil aliud reſpondebit, quàm à *corpore crucifixo.* Et quod in Babylonico dracone factum eſt, quando accepto cibo crepuit medius, idem hic uſu uenit. Non enim per os mortis Chriſtus rurſus erupit, ſed medio draconis uentre rupto, atque diſcerpto, ex adytis clariſſimus euaſit, & radios non ad hoc uſque cælum, ſed ad ipſum ſupernum thronum dimiſit. Illuc namque corpus ſuum extulit, quod etiam nobis exhibuit, ut *teneremus, & manducaremus,* quod maximum dilectionis ſignum eſt. Quos enim amamus, nonnunquam etiam morſu petimus. Quare Iob, ut ſeruorũ in ſe amorem oſtenderet, dicebat, illos ſæpenumero nimio in ſe amore dixiſſe, quis det de carnibus eius, ut ſaturemur? Ita & Chriſtus *ſuam carnem* dedit nobis ut ea ſaturemur, quo nos in plurimum ſui amorem allexit.. Ad eum igitur cum feruore accedamus & dilectione quàm uehementiſſima, ne grauius ſubeamus ſupplicium. Quanto enim maius beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. *Hoc corpus* in præſepe reueriti ſunt Magi, & uiri impii, & Barbari longo itinere cõfecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur igitur ſaltem Barbaros nos, qui cælorum ciues ſumus. Illi enim cum id præſepe & tugurium tantum, neque eorum quicquam, quæ tu nunc intueris, ſumma acceſſerunt reuerentia & horrore. Tu verò nõ in præſepe id, ſed in altari: non mulie-

Corpus Chriſti, quod cruci affixũ in Euchariſtia.

Corpus Chriſti quod in cælo eſt, tenemus & manducamus.

Corpus Chriſti, quod Magi in præſepe reueriti ſunt in altari.

rem quæ in ulnis teneat, ſed Sacerdotem præſentem & ſpiritum perabūde ſuper propoſito diffuſum ſacrificio vides. Nec ſimplex, ut illi, *corpus* intueris, ſed & eius potentiam, & omnem cognoſcis adminiſtrationem, & nihil eorum quæ per ipſum facta ſunt, ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horreſcamusque, & maiorem quàm Barbari illi præ nobis feramus pietatem, ut non ſimpliciter, neque frigide accedētes, uehementiori igni caput obiiciamus. Hæc autem non dico, ut non accedamus, ſed ne temerè accedamus. Quemadmodum enim frigida acceſſio periculoſa eſt, ita nulla myſticæ illius cœnæ participatio, peſtis eſt & interitus. Ipſa nanque menſa animæ noſtræ uis eſt, ner ui mentis, fiduciæ uinculum, fundamentum, ſpes, ſalus, lux, uita noſtra. Si hinc hoc ſacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia ſanctum aſcendemus ueſtibulum, tanquam aureis ueſtibus undique contecti. Et quid futura cōmemoro? Nam dum in hac uita ſumus, ut terra nobis cælum ſit, facit hoc myſterium. Aſcende igitur ad cæli portas, & diligenter attende, imò non cæli, ſed cæli cęlorum, & tunc, quod dicimus intueberis. Etenim quod ſummo honore dignum eſt, id tibi in terra oſtendam. Nam quemadmodum in regiis, non parietes, non tectum aureum, ſed regium corpus in throno ſedēs omnium præſtantiſſimum eſt: ita quoque in cælis regium corpus, quod nunc in terra tibi uidendum proponitur. Neque Angelos, neque Archangelos, non cælos, non cælos cælorum, ſed ipſum horum omnium tibi Dominum oſtendo. Animaduertis quonam pacto, quod omnium maximum eſt, atque præcipuum in terra non conſpicaris tantum, ſed tangis neque ſolum tangis, ſed *comedis*, & eo accepto domum redis. Abſterge igitur ab omni ſorde animam tuam. Præpara mentem ad horum myſteriorum ſuſceptionem. Etenim ſi puer regius purpura & diademate ornatus tibi ferendus traderetur, nōne omnibus humi abiectis eum ſuſciperes? Verum nūc cum non hominis regium puerum, ſed *unigenitum Dei filium*

Sacrificium corporis Cristi, munimētum hinc migrantibus.

Idē Homil. 3. In Epiſtō. Ad Epheſ. Illius corpus

lium

lium accipias,dic quæſo,non horreſcis,& omnium ſecularium rerum amorem abiicis, & eo te ſolo ornatú reddis,ſed adhuc humum reſpicis,pecuniæ incumbis, terræ deditus es? Et quam nam ueniam conſequeris, quã excuſationem?

& ſanguinem in Euchariſt. ſumimus, qui ſupra cælos reſidens ab Angelis adoratur.

De corpore Chriſti nobis ſermo eſt.Quotquot *iſtius corporis* efficimur participes, quotquot eius guſtamus *ſanguinẽ*.Recolite,q̃a illius *corpus eſt & ſanguis*:qui ſupra cælos reſidet, qui ab Angelis ſuppliciter adoratur, illius, inquã, qui proximè conſiſtit immortali Dei potẽtiæ.*Huius* delibamus *ſanguinem*.

Idem lib. 3. Dialog. ex uerſione Germani Brixij

Sacerdota. ordo à Spiritu paracleto inſtitutus.

Sacerdotium ipſum in terra quidem peragitur,ſed in rerum cæleſtium claſſem,ordinemq́ue referendum eſt. Atque id perquàm merito: quippe non mortalis quiſquam,non Angelus,non Archangelus,non alia quæuis creata potentia,ſed ipſe Paracletus ordinem huiuſmodi diſpoſuit: qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus auctor fuit, ut Angelorum miniſterium animo conciperent.Idcirco neceſſe eſt ſacerdotẽ ſic eſſe purum,ut ſi in ipſis cælis collocatus, inter cæleſtes illas uirtutes medius ſtaret.Terribilia nanque atq; horrifica fuiſſe ferunt,quæ gratiæ tempus præceſſerũt, quod genus fuere tintinnabula,mala punica,lapides pectori ſacerdotis, itemq́ue alii humeris eiuſdem ſuperpoſiti,mitra,ſtrophium, veſtis ad pedes uſque demiſſa, lamina aurea,ſancta ſanctorum, ingens intus quies atque ſilẽtium. At uerò ſi quis ea,quæ gratiæ tempus nobis aduexit,examinet,terribilia atque horrifica quæ dixi,iudicabit eſſe admodũ leuia, ac quod de lege à Paulo dictum eſt,hic demum uerum eſſe comperiet: quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum eſt in hac parte,propter eminentem gloriam. Nã dum conſpicis *Dominum immolatum*,Sacerdotem ſacrificio incumbentem,ac preces fundentem,tum uero turbam circumfuſam *pretioſo illo ſanguine* intingi ac rubeſieri,etiam ne te inter mortales uerſari,atque in terra cõſiſtere cenſes? an non potius eueſtigio in cælos transferris?

Chriſtus in altari immolatur.

ferris? An non carnis cogitationem omnem abiicies, nudo animo, mẽte pura circumſpicis quæ in cælo ſunt? O miraculum, ò Dei benignitatem: *qui cum Patre ſurſum ſedet,* in illo ipſo temporis articulo *omnium manibus pertractatur: ac ſe ipſe tradit* volentibus ipſum excipere ac complecti. Fit id nullius præſtigiis, ſed apertis & circumſpicientibus circumſiſtentium omnium oculis. Num tibi iſta contemptu ac deſpectu digna eſſe videntur? aut eiuſmodi, ut poſſit quis contra ea attolli atque inſurgere?

Nota.

Qui ad patris dexterã in cælis ſedet tempore ſacrificij miſſa manibus pertractatur.

Theophilus Archiepiſ. Alexandrinus.

Vixit anno. 815.

Dicit enim nempe Origenes Spiritum ſanctum nõ operari ea quę in anima ſunt, nec ad irrationabilia peruenire. Quod aſſerens non recogitat aquas in baptiſmate myſticas, aduentu ſancti Spiritus conſecrari, panemque Dominicum, quo *Saluatoris corpus* oſtenditur; & quem frangimus in ſanctificationem noſtri, & ſacrũ calicem, quæ in menſa Eccleſiæ collocantur, & vtique in anima ſunt, per inuocationem & aduentum ſancti Spiritus ſanctificari.

Li. Paſcha. 1 Aqua baptiſmi à ſpiritu ſancto conſecratur. Idẽ li. Paſcha. 2

Conſequens enim eſt, vt qui priora ſuſceperit, ſuſcipiat & quæ ſequuntur, & qui pro dæmonibus Chriſtũ dixerit crucifigi, ad ipſos quoque dicendum eſſe ſuſcipiat: Hoc eſt corpus meum: &, Accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus. Si enim & pro dæmonibus crucifigitur, (vt nouorum dogmatum aſſertor affirmat) quod erit priuilegium, aut quæ ratio, ut ſoli homines *corpori eius, ſanguiniq́;* communicent, & non Demones quoque, pro quibus in paſſione ſanguinem fuderit: Homines duntaxat participant *corpus, & ſanguinem Chriſti,* & non dæmones. Chriſtus enim hominibus dixit. Accipite, & manducate, & bibite, hoc eſt corpus meum & cætera.

Palladius Epiſcop. Helenopolitanus.

Vixit anno. 417.

Aiunt presbytero Eccleſiæ prius apparuiſſe martyrẽ (Baſiliſcum) ac dixiſſe: præpara Ioanni fratri locum: uentu-

venturus eſt enim. Ille nihil de oraculo dubitans, in craſtinum orabat milites, vt illic vſque ad quintam horam permanerēt: qui minimè acquieſcentes iter perurgebant. profecti verò queſi ſtadia triginta, rurſum ad memoratum templum, unde exierant, redierunt, ipſo iam febribus laborāte. Illuc vbi rediit, vitæ ſuæ candida digna ueſtimenta queſiuit. Exutusque prioribus, ea ſe induit, omnibus vſque ad calceamenta mutatis, reliqua præſentibus ipſe diſtribuit, ſumptiſque *cæleſtibus Sacramentis* coram aſtantibus, extremam orationem fudit dicens more ſuo, gloria ſit Deo omnium cauſſa, conſignans ſe in fine orationis. *In Dialogo ſuo.*

Theodorus diaconus Roma. Eccleſiæ.

Vixit anno. 418. Vide Palladij Dialogū.

Praclare tu quidem, atque ſapientiſſimè occurriſti, pater, præſentium illuminans animos, qui per ſcripturarum imperitiam in his ſemper offendunt. Profectò enim gymnaſium per longa tempora Eccleſia fuit, uictores ſuos, uiros ac mulieres oſtēdens, non fruſtra *Chriſti carnem* eatenus comediſſe.

S. Seuerins Sulpicius Archiepiſcopus Bituricenſis. Vixit anno. 419.

Teſtatur Arborius ex præfecto, uidiſſe ſe Martini manum *ſacrificium offerentis* (veſtitam quodammodo nobiliſſimis gemmis, luce micare purpurea, & ad motum dexteræ colliſarum inter ſe fragorem audiſſe gemmarum. *Libro Dialogorum. 3. cap. 14. Martinus offert ſacrificium.*

S. Maximus Epiſcopus Taurinenſis. Vixit anno 420.

Legimus in libris Moyſi de manna vermiculos procreatos, digna planè & iuſta comparatio. Siquidem de manna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de virgine procreatur, quin potius ipſam Mariam manna dixerim, quia eſt ſubtilis, ſplēdida, ſuauis, & virgo, quæ velut cælitus ueniens cunctis Eccleſiarum populis *cibum dulciorem melle defluxit, quem qui edere ac manducare* neglexerit, uitam in ſemetipſo habere non poterit, ſicut *In Pſal. 21.*

ipſe

ipſe Dominus ait. Niſi quis manducauerit meam carnem,& biberit meum ſanguinem, non habebit vitam in ſemetipſo,ſed potius ipſe cibus in iudicium conuertitur,ſicut Apoſtolus dicit. Qui manducat & bibit indignè,iudicium ſibi manducat.Quod filiis Iſrael ſubtiliter prophetatum eſt in veteri teſtamento. Manna enim illis contra diuina præcepta tractantibus, vermes effecti ſunt,id eſt,contumaciæ vltores & iudices. Quæ ſimilitudo Chriſtum indicat Dominum, *quem* qui *ſuauem cibum & dulcem potum* haurire neglexerit, iudicem patietur.

S. Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis. Vixit anno 415.

In Pſal. 33.

Et ferebatur in manibus ſuis. Hoc uerò, fratres,quo modo poſſet fieri in homine quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis?Manibus aliorum poteſt portari homo,manibus ſuis nemo portatur.Quomodo intelligatur in ipſo Dauid ſecundum literam non inuenimus,in Chriſto autem inuenimus.*Ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis*: quando commendans ipſum corpus ſuum,ait.Hoc eſt corpus meum. *Ferebat enim illud corpus manibus ſuis.* Et ferebatur in manibus ſuis.Quomodo ferebatur in manibus ſuis? Quia cum commendaret ipſum corpus ſuum, & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas quod norunt fideles:& ipſe ſe portabat quodã modo cum diceret.Hoc eſt corpus meum. Accedite ad eum & illuminamini.Dicit enim quod ipſe probauit. Spiritalis enim quidam in corpore Chriſti, uel etiam ipſe Dominus Ieſus Chriſtus ſecundum carnem, caput exhortans membra cætera, quid dicit? Accedite ad eũ & illuminamini. Aut potius Chriſtianus aliquis ſpiritalis ad ipſũ Dominũ noſtrũ Ieſũ Criſtũ inuitat, ut accedamus ad eũ,ſed accedamus ad eũ & illuminemur nõ quo acceſſerunt ad eum Iudæi, ut tenebrarentur. Acceſſerunt enim illi ad illum,ut crucifigerent: nos ad eũ

Ferebat Chriſtus manib. ſuis proprium corpus in cœna.

acceda-

accedamus, ut *corpus & ſanguinem eius* accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati ſunt: nos *manducando crucifixum, & bibendo* illuminamur.

Chriſtũ crucifixum in Eucha. edimus.

Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Sed uidete fratres quid nos iubeat adorare. Alio loco ſcriptura dicit, Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellũ pedũ meorum. Ergo terrã nos iubet adorare, quia dixit alio loco, quod ſit ſcabellũ pedũ Dei? Et quõ adorabimus terrã, cum dicat aperte ſcriptura. Dominũ Deum tuum adorabis: & hic dicit: Adorate ſcabellum eius? Exponens autem mihi quid ſit ſcabellum pedum eius, dicit: Terra autem ſcabellum pedum meorum. Anceps factus ſum: timeo adorare terram, ne damnet me qui fecit cælum & terram. Rurſum timeo non adorare ſcabellum pedum Domini mei, quia Pſalmus mihi dicit: Adorate ſcabellum pedum eius. Quæro quid ſit ſcabellum pedum eius, & dicit mihi ſcriptura. Terra ſcabellum pedum meorum. Fluctuans conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hic, & inuenio quomodo ſine impietate adoretur terra, ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt. & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit, & *ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit:* Nemo autem *illam carnem* manducat, niſi prius adorauerit: inuentum eſt quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolum non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando.

Idem in Pſal. 98.

Ipſam eandem carnem quam Chriſtus ex uirgine aſſumpſit nobis in Eucha. ſumendã reliquit.

Hoc eſt quod legitur in prouerbiis Salomonis, Si ſederis cœnare ad menſam potentis, conſiderans intellige quæ apponuntur tibi: & ſic mitte manum tuam, ſciẽs quia te talia oportet præparare. Nam quæ eſt menſa potentis, niſi vnde ſumitur *corpus & ſanguis eius*, qui animam ſuam poſuit pro nobis? Et quid eſt eam ſedere, niſi humiliter accedere? Et quid eſt conſiderare & intelligere quæ apponuntur tibi? niſi dignè tantam gratiam cogitare?

Adorandum corpus chriſti in Eucha.

Idem tract. 84. in Ioan.

Idem lib.

Illud

de irremiſſibili peccato in Spiritum ſanctum. uide Enchi. cap.83.

Illud etiam quod ait: Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo: quomodo intellecturi ſumus? Nunquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apoſtolus, quod iudicium ſibi manducant & bibant, cum ipſam *carnem* mãducent, & *ipſum ſanguinem* bibant? Nunquid & Iudas magiſtri uenditor & traditor impius, quamuis primum ipſum manibus eius confectum Sacramentum *carnis & ſanguinis* eius cum cæteris Diſcipulis, ſicut apertius Lucas Euãgeliſta declarat, mãducaret & biberet, mãſit in Chriſto, aut Chriſtus in eo? Multi deniq; qui uel corde ficto *carnẽ illã* mãducant & *ſanguinẽ* bibunt, uel cũ manducauerint & biberint apoſtatæ fiunt, nũquid manẽt in Chriſto, aut Chriſtus in eis? Sed profectò eſt quidã modus mãducandi *illã carnẽ*, & bibendi *illũ ſanguinẽ* quomodo qui manducauerit & biberit, in Chriſto manet, & Chriſtus in eo. Non ergo quocũque modo quiſquam manducauerit *carnem Chriſti*, & biberit *ſanguinem Chriſti*, manet in Chriſto, & in illo Chriſtus, ſed certo quodam modo, quem modum utique ipſe uidebat quando iſta dicebat.

Idem lib. de S. Trinitat. 3. cap. 4

Potuit (Paulus) ſignificando prædicare Dominum Ieſum Chriſtum, aliter per linguam ſuam, aliter per epiſtolam, aliter per Sacramentum corporis & ſanguinis eius. Nec linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna literarũm conſcripta pelliculis, *corpus Chriſti & ſanguinem* dicimus, ſed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritalem in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis. Quod cum per manus hominum ad illam uiſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur, ut ſit tam magnum Sacramentum, *niſi operante inuiſibiliter Spiritu Dei.*

Spiritus ſanctus inuiſibiliter operatur in ſacramento Euchar. Idem lib. 17. de

Venite, mãducate de panibus meis, & bibite uinum quod miſcui uobis. Hic certè agnoſcimus Dei ſapientiam, hoc eſt, uerbum patri coæternum, in utero uirginali

nali domum ſibi ædificaſſe corpus humanum,& huic tã quam capiti membra Eccleſiam ſubiunxiſſe,martyrum uictimas immolaſſe,menſam in uino & panibus præpa raſſe,ubi apparet etiam ſacerdotium ſecundum ordinẽ Melchiſedec,inſipientes & inopes ſenſu uocaſſe,quia ſi cut dicit Apoſtolus. Infirma huius mundi elegit Deus, vt confunderet fortia. Quibus tamen infirmis, quod ſequitur dicit: Derelinquite inſipientiam, ut uiuatis, & quærite prudentiam,ut habeatis uitam. Participem autem fieri menſæ illius,ipſum eſt, incipere habere uitam.Nam & in alio libro, qui uocatur Eccleſiaſtes, ubi ait.Non eſt bonum homini,niſi quod manducabit & bibet:quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem mẽſæ huius pertinet, quam Sacerdos ipſe mediator teſtamenti noui exhibet ſecundum ordinem Melchiſedec de *corpore & ſanguine ſuo?* Id enim ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificiis ueteris Teſtamenti, quæ immolabantur in umbra futuri,propter quod etiam uocem illam in Pſalmo triceſimo & nono eiuſdem mediatoris per Prophetiam loquentis agnoſcimus.Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi, quia pro illis omnibus ſacrificii s & oblationibus *corpus eius offertur,& participantibus miniſtratur.*

Ciuitate dei cap.20.

Chriſtus ipſe exhibet menſam de corpore & ſanguine ſuo Euchariſtiæ ſacrificiũ ſucceſſit omnibus ſacrificij ueteris teſtamenti. Corpus Chriſti offertur.

Eat planè iſte retro cum ſui ſimilibus ſociis qui dixerunt.Durus eſt hic ſermo,quis eum poteſt audire? Nos autem audiamus & intelligamus duo teſtamẽta in duobus filiis Abrahæ,duabuſque mulieribus eius commixtione fœtatis:ſicut duos in carne una, Chriſtum & Eccleſiam,iſtis nolẽtibus, ſine ulla obſcœnitate cognoſcimus:ſicut mediatorem Dei & hominum,hominẽ Chriſtum Ieſum, *carnem ſuam nobis manducandum, bibendumq́; ſanguinem dantem*, fideli corde atque ore ſuſcipimus, quamuis horribilius uideatur humanam carnem manducare,quàm perimere,& humanum ſanguinem potare,quàm fundere.

Idem lib.2 contra Adver. Leg. & Proph.ca.9.

Liquido apparet,quando primum acceperunt Diſcipuli

Idem ad Ia-

nuarium. puli *corpus & ſanguinem Domini* non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quòd à ieiunis ſemper accipitur? Et hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti Sacramenti, in os Chriſtiani prius *Dominicum corpus* intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neque enim quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud Sacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit & emendat menſis ſuis iſta miſcere. Nanque Saluator quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, ultimũ hoc voluit infigere cordibus & memoriæ Diſcipulorũ, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat.

Epiſt. 118.

Inſtitut.

S. Pontius Paulinus Epiſcopus Nolanus.

Vixit anno. 427.

Epiſt. de Pœnitentia.

Monachus factus, & ſi fidelis peccauit in ſeculo: poſt abrenuntiationem ſuam iterum factam, *Dominicum corpus* non dubitet accipere, ne occaſione humilitatis nimiæ, prolongetur à *corpore & ſanguine*, cui ſe iunxit vt vnum corpus efficeretur. Communicare non deſinat, quia peccare quieuit, tantum ne de reliquo peccet. Nã ſicut ignis iſte uiſibilis duas in ſe quaſdam efficacias habet, id eſt, comburere frigida, & illuminare tenebroſa: ita & ignitum illud *Dominicum corpus*, quando cum metu & reuerentia magna fuerit ſumptum, corporis quidẽ delicta conſumit, animæ uerò ſenſum illuminat, & idcirco maximè communicare debet.

Corpus Criſti ſumptum peccata noſtra cõſumit.

S. Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus.

Vixit circa annum 428.

Tractatu de traditione diuinæ Liturgiæ.

Multi quidem & alii diuini paſtores, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, ac Eccleſiæ doctores, ſacrorum illius diuinæ Liturgiæ myſteriorum rationem explicantes, ſcriptis mandatam Eccleſiæ tradiderunt. In quibus primi & clariſſimi ſunt, Beatus Clemens ſummi illius Apoſtolorum diſcipulus ac ſucceſſor; qui ſacroſancta illa myſte-

Iacobus, Clemens, Ba-

myſteria à ſanctis Apoſtolis ſibi reuelata, in lucem edidit: & Diuus Iacobus, qui in ſortem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ adminiſtrandę vocatus fuit, quique huius primus Epiſcopus à primo illo & ſummo Pontifice Chriſto Deo noſtro conſtitutus eſt. Magnus porrò poſtea Baſilius hominum ſocordiam & ignauiam conſpiciens eoſque nihil aliud, quàm terrena & abiecta cogitantes & ob id longitudinis Liturgiæ pertæſos, non quod ſuperuacaneum aliquid aut nimis longum continere eã arbitraretur, ſed vt ſimul orantium atque audientium ignauiam atque pigritiam præcideret, propterea quòd multum in ea temporis poneretur, breuiorem recitandam dedit. Etenim poſtquam Seruator noſter in cælũ aſſumptus eſt. Apoſtoli prius quàm per orbem terrarũ diſpergerentur, conſpirantibus animis cõuenientes ad toto die orandum conuertebantur: & cum multam conſolationem in myſtico illo Dominici corporis ſacrificio poſitam inueniſſent, fuſiſſimè & longa oratione Liturgiam decantabant. Hæc enim diuina ſacra vna cum docendi ratione coniuncta, cæteris rebus anteponenda exiſtimabant. Atque maiori & alacriori rerum diuinarum & ſacrificij ſacro ſancti ſtudio & deſiderio flagrabant, & illud obnixè amplectebantur, quod in memoria ſemper haberẽt verbum illud Domini dicentis Hoc eſt corpus meum. &, Hoc facite in meam commemorationem. &, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Quare & contrito ſpiritu multas preces decantabant, diuinum numen impenſe orantes: quin etiam eos, qui ex Iudæis & Gentilibus recenter illuſtrati erant, ad religionem Dei, & pietatem erudiebant, docebãtque veteri doctrina relicta, ſacris illis & pietate plenis Liturgiæ myſteriis ſenſus ſuos & mentem imbuerent. Per has igitur preces Spiritus ſancti aduentum expectabant, vt eius diuina præſentia propoſitum in ſacrificium panem & vinum aquæ permixtum, ipſum illud corpus & ſanguinem ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti efficiat. Qui quidẽ

ſilius, Miſſarum, ſcripto poſteris tradiderunt

Miſſa ſacrificium.

Panis & vinum, Spiritus ſancti aduentu corpus & ſan-

guis Chriſti efficitur.

Miſſæ ritus, in finē uſq; mundi duraturus.

religioſus ritus obſeruatur ad hoc vſque tempus, & ad finem uſque ſeculi florebit. At poſteri abiecta fidei firmitate & feruore, negotiis huiuſce ſeculi & curis mundi mancipati & immerſi, Liturgiæ longitudinem (vt dixi) pertæſi, uix conueniebant ad audienda Domini verba. Quare Diuus Baſilius medica quadam ratione vſus breuiorem eam ac conciſiorem reddidit. Haud multo poſt pater noſter Ioannes, cui aurea lingua cognomen dedit, curam ouium, ut paſtorem decet, magna alacritate animi ſuſcipiens, ac hominum naturæ ſocordiam atque ignauiam proſpiciens, fibras omnes, & radices huius prætextus ſathanici prorſus auellere voluit. Quare multa præcidit, & ut breuior eſſet conſtituit: ne ſenſim homines libertatem & otium maximè amplectētes, fallacibus & furioſis aduerſarij ſermonibus decepti, ab hac Apoſtolica & diuina traditione deficerent: quod multis ſæpè accidiſſe varijs in locis ad hunc vſq; diem deprehendimus.

Miſſa diuina & Apoſtolica traditio.

Paulinus Presbyter Mediolanenſis.

Vixit anno. 429.

In uita Ambroſii.

Corpus Chriſti morientibus uiaticū.

Honoratus Sacerdos Eccleſiæ Vercellenſis, quum in ſuperiori domo ſe ad quieſcendum compoſuiſſet: tertio uocem vocantis ſe audiuit, dicentiſq; ſibi: Surge, feſtina, quia modò receſſurus eſt Ambroſius. Qui deſcendens obtulit illi ſancto, *Domini corpus*: quod vbi accepit, emiſit ſpiritum, bonum ſecum uiaticū ferens, vt in virtute eſcæ eſſet animæ refectio.

Philippus Presbyter. Vixit an. 430

Lib. 1. in Iob. cap. 9.

Quod manna ſermo doctrinæ diuinæ ſit, Moyſes nobis maniſeſtiſſimè declarauit, qui ait ad populū Iſrael in eremo conſtitutum, dicens. Dedit tibi manna cibum Dominus Deus tuus, quem ignorabas tu & patres tui vt oſtenderet tibi, quod non in pane ſolo viuat homo, ſed in omni verbo, quod egreditur ex ore Dei. Quanquam de ſacro pane *Dominici corporis Chriſti*, quem nos accipimus Apoſtolus dicat, quod eum illo tempore mā na præfigurauerit, ſicut ait: Et omnes eandem eſcam, ſpirita-

ſpiritalem manducauerunt. Eandem quidem eſcam, vt verum eſt, illi ſumebant, ſed in myſterio quod eſt in ſignificatione, non in ſpecie: quia ipſe Chriſtus illis erat in cibo illo figuratus, qui iam nobis eſt in carne manifeſtatus.

Ioannes Caſſianus. Vixit an. 434

Tanta autem cor noſtrum humilitatis debemus vallare cuſtodia, vt hanc definitionem perpetua ſenſuum ſtabilitate teneamus. Nequaquam nos poſſe ad tantũ purificationis meritum peruenire: ut licet hæc quæ ſupra dixi per Dei gratiam omnia fecimus, indignos tamen nos communione *ſacri corporis Chriſti* eſſe credamus, quia cæleſtis illius mannæ tanta maieſtas eſt: vt nemo hac lutea carne circundatus pro ſuo merito, eius edulium & nõ ex gratuita Domini largitare percipiat. *Cap. 7. Collationis. 22.*

Mercurius Sozomenus. Vixit. an. 437

Marcum in Scethi degentem ferunt, etiam in iuuentute valde fuiſſe manſuetum & ſapientem, memoriaq; ſcripturarum diuinarum ſatis idoneum, & adeo Deo amabilem, ut cum ad *Dominicum corpus* accederet, Angelus ei ſacramenta prębéret, cuius manum vſq; ad iunꝯturam brachii tantummodo ſe dicebat inſpicere. *Lib. 6. Eccl. Hiſt. ca. 29*

D. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus.

Vixit anno. 438.

Conquirés quære, & apud me habita. Quærendum enim uita ſemper eſt, vt apud eum habitemus, & ad alienas ſententias non deferamur. Sed non ita facit animus malignus. Nam quæcunque non intelligit, ſtatim tanquam friuola falſaque per arrogantiam eiicit, nulli credens, nec aliquid ſupra ipſum eſſe exiſtimás: quales Iudæos fuiſſe comperimus. Nam cum oporteret eos, qui diuinam virtutem Saluatoris, ac poteſtatẽ ſignorum miraculo perceperunt, ſermonem eius libenter ſuſcipere & ſi quæ difficilia uidebantur, eorum ſolutionem quærere: contra omnino faciunt, & quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare? De Deo non ſine *Lib. 4. Euange. Ioan. ca. 13. 14. 15 17*

Hoc & ſacramentarijs noſtri tẽporis uidetur

magna impietate conclamant, nec in mentem venit, nihil eſſe impoſſibile apud Deum. Nam cum animales eſſent (vt ait Paulus) ſpiritalia intelligere non poterant. Sed fatuitas quædam tam magnum ſibi videtur myſterium: ſed nos magnum quæſo à peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem myſteriis adhibentes, nunquam in tam ſublimibus rebus, illud *quomodo* aut cogitemus, aut proferamus. Judaicum enim hoc verbum eſt, & extremi ſupplicii cauſſa. Ideo Nicodemus etiam cum diceret. Quomodo hæc fieri poſſunt meritò audiuit. Tu es magiſter in Iſrael & hæc ignoras? Aliorum igitur, vt diximus, culpa perdocti, cum Deus operetur non quæramus *quomodo*, ſed operis ſui uiam atque ſciẽtiam illi ſoli concedamus. Nam quemadmodum, quamuis nullus nouit quidnam ſecundum naturam Deus ſit, iuſtificatur tamen per fidem, cum credat præmia illum redditurum quærentibus eum: ſic & ſi operum eius rationem ignorat, cum tamen fide omnia illum poſſe nõ dubitat, non contemnenda probitatis huius præmia cõſequetur. Ita profectò nos affici per Prophetam Eſaiã Dominus ipſe hortatur: Non enim ſunt conſilia mea, inquit, vt conſilia veſtra, nec ſicut viæ veſtræ, viæ meæ ſunt, dicit Dominus: ſed ſicut exaltatur cælum à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a viis ueſtris, & cogitationibus veſtris. Qui autem ſapientia ac virtute adeò excellit, quomodo non operabitur ita miraculoſe, ut operum ſuorum ratio mentem noſtram effugiat? Nonne vides quid ſæpenumero mechanici faciunt? Incredibilia videntur nobis nonnunquam enarrare: ſed tamen quia ſimilia ipſos feciſſe vidimus, poſſe peragi ab ipſis facile credimus. Quomodo igitur ſummis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt, ut *quomodo* in operibus ſuis dicere audeãt quem totius ſapientiæ largitorem eſſe non ignorant, quem omnia poſſe ſcriptura nos docet. Si uerò tu o Iudæe, *quomodo* etiam nunc clamas, hãc tuam imperitiam ego quoque ſecutus, libenter quomodo ex Aegypto

In promiſſis Dei, non eſt quærendum Quomodo.

exiuiſti

exiuiſti rogabo: quomodo in ſerpentem Moſaica fuit virga conuerſa? quomodo in naturam ſanguinis aquæ tranſierunt? quomodo patres tui per media maria, vt per aridam effugerunt? innumerabilia ſunt, in quibus ſi *quomodo* quæris, vniuerſam euertere tibi ſcripturam neceſſe erit, Prophetarum doctrinam, & ipſius Moſis ſcripta contemnenti. Quare credidiſſe Chriſto potius vos oportuit, & ſi quid arduum videbatur, ab eo humiliter petere, *quàm veluti* temulentos exclamare, quomodo poteſt hic nobis ſuam carnẽ dare? Amen amen dico uobis, niſi manducaueritis carnẽ Filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Miſericors certe, ac mitis Chriſtus eſt, vt à rebus ipſis videre licet, non enim aſpere ad incredulitatem eorum reſpondit, nec vllo modo contendit: ſed viuificantem huius myſterii cognitionem iterum atque iterum in mentibus eorum imprimere ſtudet, & quomodo quidẽ carnem ſuam dabit ad manducandum, non docet, quia intelligere illi non potuerunt: quàm magna verò bona, ſi eum fide manducabunt, adipiſcentur, id iterum atque iterum aperit, vt æternæ deſiderio vitæ ad fidem compellantur, per quam etiam doceri facilius poterint. ſic enim Eſaias dixit: Si enim, inquit, non credideritis, nec intelligetis. Oportebat igitur fidei primum radices in animo iacere, deinde illa querere, quæ hominĩ quærenda ſunt. Illi verò antequam crederent, importunè quærebãt. Hac igitur de cauſſa Dominus, quomodo id fieri poſſit non enodauit, ſed fide id quærendum hortatur: ſic credentibus Diſcipulis fragmenta panis dedit dicens. Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum. Calicem etiam ſimiliter circuntulit, dicens. Bibite ex hoc omnes, hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Perſpicis, quia ſine fide quærentibus, myſterii modum nequaquam explicauit, credentibus autem etiam, non quærentibus expoſuit. Audiant hæc, qui ex arrogantia nõdum Chriſti fidem ſuſcipere volunt. Niſi manducaueritis, inquit, carnem

Nemo beatæ vitæ particeps, qui le-

ſum in Euchari. non ſuſcipit.

Comedimus in Euchar. carnem ſaluatoris verbo Dei coniunctam.

carnem filii hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Non enim poſſũt cum ſanctificatione beatæ vitæ fieri participes, qui per myſticam benedictionem *Ieſum non ſuſceperunt.* Vita enim ſecundum naturam ille eſt,qui ex viuo Patre genitus eſt: ſed non minus corpus quoque ſuum viuificat.Coniunctum enim ineffabiliter eſt Filio Dei, à quo uniuerſa viuificãtur.Idcirco corpus ſuum dicitur, & unus cum eo eſt. Quoniam igitur Saluatoris *caro* verbo Dei, quod naturaliter vita eſt,coniuncta eſt,viuifica effecta eſt: quãdo *eam comedimus,*tunc vitam habemus in nobis, illi coniũcti, quæ vita effecta eſt.Hac de cauſſa, in exuſcitandis mortuis,non ſolummodo verbo atq; imperio, vt Deus vtebatur,verum etiam carnem ſuam quaſi cooperatricem nonnunquam adhibebat:vt re ipſa oſtenderet,carnem quoque ſuam(quoniam ſibi coniuncta eſt) viuificam eſſe. Non ergo verbo ſolum ſemper (vt diximus) verum etiam tactu mortuos excitabat, vt oſtẽderet corpus quoq; ſuum viuificare poſſe. Quòd ſi ſolo tactũ ſuo corrupta redintegrantur:quomodo non viuemus, qui *carnem illam* & guſtamus & manducamus? reformabit enim omnino ad immortalitatem ſuam *participes ſui.* Nec velis Iudaicè *quomodo* quærere ſed recordare, quãuis naturaliter aqua frigidior ſit, aduentu tamen ignis frigiditatis ſuæ oblita, æſtuat. Nec putet ex tarditate mentis ſuæ Iudæus inaudita nobis excogitata eſſe myſteria: videbit enim ſi attẽtius quærit, hoc ipſum à Moſis temporibus per figuram ſemper factitatum fuiſſe. Quid enim maiores eorum ab ira Aegyptiorum liberauit,quando mors in primogenita Aegypti ſæuiebat? Nõne omnibus palam eſt, quia diuina inſtitutione per docti,agni carnes manducarunt,& poſtes ac ſuperliminaria ſanguine perunxerunt, propterea mortem ab eis diuertiſſe.Qui *carnem Chriſti* manducat, vitam habet æternam:habet enim *hæc caro* Dei verbum, quod naturaliter vita eſt,propterea dicit. Quia reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.Ego enim dixit (id eſt *corpus meum, quod*

comedetur) reſuſcitabo eum. Nō enim alius ipſe eſt, quā caro ſua. Qui manducat, inquit, carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Sicuti enim, ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat neceſſe eſt: ita ſi quis *carnem & ſanguinem* *Domini* recipit, cum ipſo ita cōiungitur, ut Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur. Simile quodammodo apud Matthæum comperies. Simile eſt, inquit, regnum cælorum fermēto, quod acceptum abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus. Sicut parum (vt Paulus ait) fermenti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio totum hominem in ſeipſum attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo ī nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto. Verè enim totum fermētum in totam maſſam pertranſit. Nos verò, ſi vitam æternam conſequi volumus, ſi largitorem immortalitatis habere in nobis deſideramus, ad recipiendam benedictionem libenter concurramus, caueamuſque, ne loco laquei damnoſam religionem diabolus nobis prætēdat. Recte, inquit, dicis: ſcriptum tamen eſſe non ignoramus: iudicium ſibi comedere atque bibere illum, qui de pane comedit, & de calice bibit indignè. Ego igitur probo meipſum, & indignum inuenio. Quando igitur quicunq;, tu es qui iſta dicis, dignus eris? Quādo Chriſto teipſum offeres? Nam ſi peccando indignus es, & peccare non deſinis, Quis enim delicta intelligit ſecundum Pſalmiſtam) expers omnino eris huius viuificæ ſanctificationis. Quare pias quæſo cogitationes ſuſcipias, ſtudioſe ſancteque viuas, & benedictione particeps, quæ (mihi crede) non mortem ſolum, uerumetiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cum in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatē corroborat: perturbationes animi extinguit, nec in quibus ſumus peccatis conſiderat: ſed ægrotos curat, colliſos redintegrat, & ſicut paſtor bonus, qui animam ſuam pro ouibus poſuit, ab omni nos erigit caſu.

Idem li.10. cap.13. Quoniam nulla nos ratione humanitati Chriſti poſſe iſta attribuere arbitratur, quoniam fide, atq; dilectione, non carne illi coniũgimur, agè pauca de hoc dicamus, ac peruerſe ab eo ſacrarum literarum ſenſum exponi oſtendamus. Non tamen negamus recta nos fide, charitateque ſyncera Chriſto ſpiritaliter coniungi. Sed nullam uobis coniunctionis rationem ſecundũ carnem cum illo eſſe, id profecto pernegamus, idque à diuinis ſcripturis omnino alienum dicimus. Quis enim dubitauit, Chriſtum etiam ſic vitem eſſe, nos verò palmites, qui vitam inde nobis acquirimus? Audi Paulum dicentem. Quia omnes vnum corpus ſumus in Chriſto. Quia etſi multi ſumus, unum tamen in eo ſumus. Omnes enim vno pane participamus. An fortaſſis putat ignotam nobis myſticæ benedictionis virtutem eſſe? Quæ cum in nobis fiat, nonne corporaliter quoque, facit *communicatione carnis Chriſti*, Chriſtum in nobis habitare? Cur enim membra fidelium Chriſti membra ſunt? Neſcitis, inquit, quia membra veſtra, membra ſunt Chriſti? Membra igitur Chriſti meretricis faciam membra? Abſit. Saluator etiam: Qui manducat carnem meam, ait, & bibit ſanguinem meum, in me manet & ego in eo. Vnde conſiderandum eſt, non habitudine ſolum, quæ per charitatem intelligitur, Chriſtum in nobis eſſe, verumetiam & participatione naturali. Nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram, alii ceræ ſimiliter liquefactæ ita miſcuerit, ut vnum quid ex vtriſque factum videatur: ſic communicatione *corporis & ſanguinis Chriſti* ipſe in nobis eſt, & nos in ipſo. Non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & uitam traduci, niſi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Non credis mihi hæc dicenti? Chriſto (te obſecro) fidem præbe. Amen amen, inquit. dico vobis: niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitã in uobis. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego ſuſcitabo

Chriſtus corporaliter per Eucha. in nobis habitat.

eum

eum in nouiſſimo die. Audis apertè clamantem non habituros nos vitam, *niſi ſanguinem eius biberimus, & carnem manducauerimus*. In uobis autem ipſis dicit, id eſt, in corpore veſtro.

Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicē: Non ſcindamus eām, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. In quatuor partes veſtimenta diuiſa ſunt, & tunica ſola indiuiſa remanſit: quod myſtice cuiuſdam rei ſignum fuiſſe dixerim. Nam quatuor orbis partes ad ſalutem reductæ, indumentum verbi, id eſt *carnem eius* impartibiliter inter ſe partitæ ſunt. In ſingulos enim partibiliter trāſiens vnigenitus, & animam atque corpus eorum per *carnem ſuam* ſanctificans, impartibiliter atque integre in omnibus eſt, cum vnus vbiq; ſit, nullo modo diuiſus. *Idem li. 12. cap. 32.*

Nec dubites an hoc uerum ſit, eo manifeſtè dicente. Hoc eſt corpus meum: ſed potius ſuſcipe verba Saluatoris in fide: cum enim ſit veritas, non mentitur. Inſaniunt igitur dicentes myſticam benedictionem à ſanctificatione ceſſare, ſi quæ reliquiæ remanſerint eius in diem ſubſequentem: Non enim mutabitur *ſacroſanctum corpus Chriſti* ſed virtus benedictionis & viuificatiua gratia iugis in eo eſt. Virtus enim viuificatiua Dei patris, unigenitum uerbum eſt, quod caro factum eſt, non deſineus eſſe verbum, ſed efficiens carnem viuificatiua. Si enim in aliquo liquore modicum panis immiſeris, reperies hunc imbibitum qualitate illius. Igitur uiuificatiuum Dei uerbum vniens ſeipſum propriæ carni, fecit eam viuificatiuam. Nunquid ergo & quoniam in nobis uita Dei eſt, Dei verbo exiſtente in nobis, viuificatiuum erit noſtrum corpus? Sed aliud eſt ſecundum participationis habitudinem nos habere in nobis Dei filiū: aliud ipſum fuiſſe factum carnem, id eſt, corpus ſumptū ex alma virgine, proprium corpus effeciſſe. Decebat ergo eum noſtris quodammodo vniri corporibus, per ſacram

Epiſt. ad Caloſirium Epiſc.

Inſaniunt qui affirmāt Euchariſtiā extra vſum non eſſe verum corpus Ieſu.

Panis ſemel conſecratus manet perpetuo corpus Chriſti.

Chriſti carnem & ſanguinem in ſpecie panis

cram

& uiniſu-mimus. *crâ eius carnem & pretioſum ſanguinem*, quæ accipimus in benedictione viuificatiua, in pane & vino. Ne enim horreremus carnem & ſanguinem appoſita ſacris altaribus, cõdeſcendens Deus noſtris fragilitatibus, influit oblatis vim vitæ, *conuertẽs ea in ueritatem propria carnis*, vt corpus vitæ quaſi quoddam ſemen viuificatiuum inueniatur in nobis, vnde ſubdit: Hoc facite in meam commemorationem.

Tranſuſtantiatio.

S. Eucherius Archiepiſcopus Lugdunenſis.

Vixit anno 440.

Lib. 2. com ment. in li. Reg. ca. 4.

Offert Dauid holocauſta & pacifica coram Domino, fidem deuotionemque Eccleſiæ commendat patri Chriſtus, qui eſt ad Dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, qui in exemplum Dauid fideles humilesque benedicens, ſalubris myſterii paſcit alimentis, partitur ſingulis collyridam panis vnam, illius vtique, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo. Et aſſaturam bubalæ carnis vnam, illius ſcilicet vituli ſaginati, qui pro reuertẽte ad patrem filio iuniore mactatus, & igne paſſionis aſſatus eſt dicens: Exaruit velut teſta virtus mea. Et ſimilam frixam oleo, *carnem videlicet à peccati labe mũdiſſimam*, ſed ob humanæ ſalutis vberrimam dilectionẽ, crucis ſartagine tortam. Et meritò una panis collyrida, & vna carnis aſſatura datur, qui vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium.

Primaſius Epiſcopus Iuſtinopolitanus.

Vixit anno 441.

Comment. lib. in Apocal.

Chriſma.

Bilibris tritici denario vno, vinũ & oleum ne læſeris.) In uino itaque, & oleo, vim Sacramentorum prohibet uiolari, vtputa vnctionem, *pretioſumq; cruorem*. Hinc legimus. Quid bonum eius, & quid pulcrũ eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines. Et in Pſalmo: Vinum lætificat cor hominis, vt exhilaratur facies in oleo. Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & ſtolas ſuas candidas fecerunt in ſanguine agni.) Quòd ſi ad omnes generaliter fideles hæc redigenda

genda eſt gratia,concludendum ad ſummã, quia ſi quis Domini ſui fonte mundatur,*carne paſcitur*,claſſico ſpiritali ſuccenditur:ſic iuuatur. Niſi tantum homines qui non habent ſignum Dei,in frontibus ſuis.) Illo hic loquutionis genere vti voluit, quod multis locis Diuina ſcriptura frequentat,quo dicit: Qui edit carnem meã, & bibit meum ſanguinem,in me manet, & ego in eo: pro eo, ac ſi diceret. Qui ſic edent,ut edenda eſt,& ſic bibant,ut *bibendus eſt ſanguis meus*. Multi enim cum hoc videantur accipere, in Deo non manent, nec Deus in ipſis:quia iudicium ſibi manducare & bibere perhibentur. Et animæ occiſorum propter teſtimonium Ieſu & propter verbum Dei) Animæ martyrum, nondum ſibi corporibus ſuis redditis. Neque enim piorum animæ mortuorum, ſeparantur ab Eccleſia; quæ nunc etiã eſt regnum Chriſti:alioquin nec ad altare Dei fieret eorũ memoria in *communicaticone corporis Chriſti*. *Memoria mortuorum in ſacrificio Miſſæ.*

S.Iunilius Epiſcopus. Vixit an.442

Ad conſummanda Paſchæ legalis Sacramenta, Dominus noſter poſt eſum agni typici,myſteria nobis *ſui corporis & ſanguinis* celebranda denuntiauit. Secundus Adam,mediator videlicet Dei & hominum,in quo tanta plenitudo erat imaginis Dei,in mundo apparuit, & de latere eius dormiẽtis exiuit ſanguis & aqua. De quibus Sacramentis naſcitur,*ac nutritur Eccleſia*:quæ eſt mater omnium per orbem vera vita viuentium,quod Euæ nomen ſonat. Vnde de eiſdem Sacramentis, dicit ipſe Dominus.Qui manducat carnem meam, & bibit meũ ſanguinem,habet vitam æternam. *In Cõment. in Geneſim.*

Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis.
Vixit anno 443.

Denuntio igitur omnibus & priuatis, & magiſtratibus,ne cum illo aut tecto aut menſa coniungantur,præcipue autem ſacerdotibus, qui nec ipſos viuos alloquẽtur,nec mortuorum funus deducent. Quòd ſi quis, vt paruulæ ciuitatis Eccleſiam contemnat, quaſi non neceſſe *Epiſt.ad Epiſc. Libyæ.*

ceſſe ſit pauperculæ obtemperare, ſciat ſe Eccleſiã ſcindere,quam unam Chriſtus eſſe voluit. Ille autem quiſquis fuerit leuita,ſiue Presbyter, ſiue Epiſcopus, in eo nobis ordine, quo Andronicus habebitur, neque illi dexteram porrecturi ſumus, neque de eadem menſa veſcemur. Longiſſimè autem abeſt,vt ad comniunionem *arcani ſacri* admittamus eos.qui partem cum Andronico & Thoante voluerint habere.

Iacobus Archidiaconus Edeſſenus.

Vixit anno 446.

In uita Pelagiæ.

Sanctus Nonnus Epiſcopus Exorcizauit eam (Pelagiam ſcilicet)& baptizauit,& impoſuit ei ſignum Domini,tradiditq; illi *corpus Chriſti*,fuitq; illi mater ſpiritalis. ſancta Romana prima diaconiſſarum.

S.Euthymius eremita. Vix. an. 448.

In Matth. cap.64

Noui teſtamenti hoſtia corpus & ſanguis Chriſti.

Non dixit Chriſtus hoc eſt ſignum corporis mei ſed hoc eſt corpus meũ.

Tranſubſtãtiatio.

Itaque ſicut vetus Teſtamentum hoſtias & ſanguinẽ habebat:ita ſanè & nouum *corpus* videlicet *& ſanguinem Domini.* Non dixit autem, hæc ſunt ſigna corporis mei & ſanguinis mei, ſed hæc ſunt *corpus* meum, *& ſanguis meus.* Oportet ergo non ad naturam eorum quæ proponuntur aſpicere,ſed ad virtutem eorum. Quemadmodum enim ſupernaturaliter aſſumptam carnem deificauit(ſi ita loqui liceat) ita & hæc *ineffabiliter tranſmutat in ipſum uiuificum corpus ſuum, & in ipſum pretioſum ſanguinẽ ſuum*, & in gratiam ipſorum. Habent autem ſimilitudinem quandam panis ad corpus, & uinum ad ſanguinẽ. Nam & panis & corpus terrea ſunt,vinum autem & ſanguis,aerea & calida. Et quemadmodum panis confortat,ita & *Chriſti corpus* hoc facit, ac magis etiam corpus & animam ſanctificat:& ſicut vinum lætificat,ita & *ſanguis Chriſti* hoc facit,& inſuper præſidiũ efficitur. Quod ſi de uno *corpore & ſanguine* omnes fideles participamus omnes vnum ſumus per ipſam horum myſteriorũ participationem,& in Chriſto omnes, & Chriſtus in omnibus. Qui edit,inquit, carnem meam, & bibit meum ſanguinem,in me manet & ego in illo: uerbum ſiquidẽ

per

per aſſumptionem, carni vnitum eſt: *hæc* rurſus *caro* vni tur nobis per participationem.

Panis quem ego dabo caro mea eſt) Duobus modis Chriſtus dicitur eſſe panis: ſecundum diuinitatem vide licet & humanitatem. Poſtquàm ergo docuit de modó qui ſecundum diuinitatem eſt, nũc etiam docet de mo do: qui eſt ſecundum humanitatem. Non autem dixit, quem do, ſed quem dabo. Daturus nanque erat in ultima cœna, quando ſumptum panem actis gratiis fregit *deditque Diſcipulis*, & ait: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. Decertabant ergo inter ſe Iudæi dicentes: Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? Turbabantur non potentes ſermoni credere, quod hoc impoſſibile videretur. Nam cũ omnia ſecundum naturam inquirerent, nihil quod ſupra naturam erat, admittebant. Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico uobis, niſi comederitis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Illi quidem hoc impoſſibile indicabant, ipſe uerò omnino poſſibile oſtendit, neque id tantum, ſed etiam neceſſarium, quod etiam fecit ad Nicodemum. Addit autem & de ſanguine, ſignificans & de pane & poculo, quæ (ut dictum eſt) daturus erat Diſcipulis in ultima cœna. Caro mea uerus eſt cibus, & sãguis meus uerus eſt potus) Verus eſt cibus, ſiue aptiſſimus, utpote animam, quæ propriiſſima hominis pars eſt nutriens: & ſimiliter de ſanguine. Aut hoc dixit, confirmãs quod non ænigmatice neque parabolice loqueretur. Qui edit meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me ma net & ego in illo. In me manet, unitur mihi *per tranſumptionem & communicationem meæ carnis, meiq; ſanguinis,* & unum corpus mecum efficitur, ac particeps uitæ, quæ in me eſt. Quod ſi ille in me eſt, utique & ego in il lo. Si ergo uideritis Filium hominis eo aſcendentem ubi prius erat. Deficit, quid dicetis? Loquitur autem de futura in cælum aſſumptione. Aſcendentem, quo ad hu manitatem: ubi prius erat, quo ad diuinitatem. Qui e-

Idem in Io. cap. 9

nim poteſt hanc carnem reddere cæleſtem, poteſt vtiq; & *ipſam, cibum* hominum efficere, Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quidquam.) Spiritum nunc vocat intellectum ſpiritualem, eorum quæ dicta ſunt. Similiter & carnem, intelligere ea carnaliter: non enim de carne ipſius, quæ viuificat, nunc ſermo eſt. Ait ergo hęc ſpiritualitr intelligere, vitam præbet, quam ſuprà dixi: carnaliter verò ea intelligere, non prodeſt quidquam. Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt, ſpiritualia & viuifica ſunt. Oportet nanque non ſimpliciter ea intueri: id enim eſt carnaliter intelligere, ſed aliud quippiam imaginari & interioribus oculis ea aſpicere tanquã myſteria, nam hoc eſt ſpiritualiter intelligere.

Theodoretus Epiſcopus Cyri.

Vixit anno 450.

In Exodum *Agnus Dominicus ſacrificatur.*

Vt nos, cum *agnum Dominicum ſacrificamus*, cognoſcemus ante deſcriptum fuiſſe typum. Hæc autem vniuerſa myſteriorum noſtrorum ſunt ænigmata. Nam & nos vngimus *agni noſtri ſanguine*, non tantum limen ſed vtrumq; poſtem purgantes & *ſacrificantes* &c.

Idē in Exod. Et Paſchæ tranſitus factus eſt, quia cum decima die tranſiſſet, decima quarta feſtum Paſchæ celebrauerũt. Siquidem & in veritate poſt ſalutare baptiſma, *agni immaculati ſumptio & participatio peragitur.*

Idem in ca. 5. Epiſto. ad Corinth. Eundem cibum ſpiritalem) Spiritalem vocat & cibũ & potum, eo quòd vtrumque ſpiritus arcana ſua potentia per Moſen dederit. dicit autem de manna & carnibus & de aqua. Comederunt) nempe manna, ſicut nos *corpus Chriſti*. Potum ſpiritalem) Hoc eſt aquam è rupe ſiue petra ſcaturientem. quemadmodum nos *ſanguinem Chriſti*. Quanquam enim ſenſibilia quoq; erãt, quæ illis præbebantur, tamen ſpiritualiter tradebantur: neque enim naturæ conformis erat traditio, ſed gratiæ ſpiritali.

Idem Dialog. 2. *Eraniſtes.* Quid æſtimas donum altaris, quod per Sacerdotis inuocationem offertur? *Orthodoxus.* Ego cibum & po-

& potum, vt ex ſui natura eſt, iudico. *Eraniſtes.* Sed quid facta ſanctificatione reputas? *Orthodoxus.* Corpus & ſanguinem Chriſti. *Eraniſtes.* Credis ne quod etiam corporis & ſanguinis Chriſti iſtinc particeps reddaris? *Orthodoxus.* Credo.

S. Leo PaPa. Vixit anno 452.

Sermone. 6. de Ieiunio. 7. Menſis.

Tunc enim ſacrificii munda eſt oblatio, & miſericordiæ ſancta largitio, quando ii, qui iſta dependunt, quid operentur, intelligunt. Nam dicente Domino. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis: ſic ſacræ menſæ communicare debetis, vt *nihil prorſus de ueritate corporis Chriſti & ſanguinis ambigatis.* Hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur: & fruſtra ab illis Amē reſpondetur, à quibus contra id quod accipitur, diſputatur.

Non ambigēdum de ueritate corporis & ſanguinis chriſti in Eucha.

In quibus iſti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus deſidiæ torpore iacuere, ut nec auditu diſcerent, vel lectione cognoſcerent quod in Eccleſia Dei in omnium ore tam conſonum eſt, ut nec ab infantium linguis *ueritas corporis & ſanguinis Chriſti inter communis Sacramenta fidei taceatur?* Quia in illa myſtica diſtributione ſpiritualis alimoniæ hoc impartitur, hoc ſumitur, vt accipientes virtutem cæleſtis cibi, in carnem ipſius, qui caro noſtra factus eſt, tranſeamus.

Idem Epiſto. 23. ad Conſtantinopol.

S. Petrus Archiepiſcopus Rauennates.
Vixit anno 454.

Sermo. 5. de filio prodigo

Et occidit uitulum ſaginatum.) Illum de quo Dauid cantabat, & placuit Deo ſuper uitulum nouellum, cornua perducentem & vngulas. Occiditur patre vitulus ſic iubente: quia Chriſtus Deus Dei filius, occidi ſine patris voluntate non poterat. Audi Apoſtolum. Qui proprio filio non pepercit: ſed pro omnibus nobis tradidit illum. *Hic eſt uitulus, qui in epulum noſtrum quotidie ac iugiter immolatur.*

Chriſtus iugiter immolatur.

Cæleſtis Pater, cæleſtem panem, cæleſtes filii ut poſtulemus hortatur. Ipſe dixit. Ego ſum panis, qui de cælo deſcen-

Idem Serm. 67.

lo deſcendi. Ipſe eſt panis, qui ſatus in uirgine, fermentatus in carne, in paſſione confectus, in fornace coctus ſepulcri, in Eccleſiis conditus, illatus altaribus, *cæleſtem cibum quotidie fidelibus ſubminiſtrat.*

S. Vigilius Epiſcopus & martyr.

Vixit anno 455.

Contra Euthycem. Iacob & Eſau Gentium & Iudæorum gerere figuram nullum opinor ambigere Chriſtianum. Primus ergo populus Gentium (cuius Iacob præformabat imaginē) à rore cæli, & à pīguedine terræ, id eſt, Chriſto, qui eſt Deus & homo, benedictionis ſortitus gratiam, frumenti & vini & olei eſt abundantia cumulatus, id eſt *corporis & ſanguinis Chriſti* & chriſmatis eius in myſterio conſecratus. *chryſma.*

S. Proſper Epiſcopus Regienſis.

Vixit anno 456.

Parte 1. de promiſſ. & Prædict. cap. 37 Tranſitus uerò ipſe myſticus hic fuit, agnū ſine macula, agniculum iuſſione diuina per tabernacula occidendum, ac de eius ſanguine poſtes domus liniendos, non comminuendo os ex illo, cum picridibus & azymis, ſuccinctis lumbis in omni feſtinatione comedendum, nihil ex eo relinquendum in mane. Quæ omnia figurata dum fuerunt, quomodo ſint impleta Euangelica auctoritas narrat, quæ nobis *carnes agni* vſque in mane, quod veſperum non habebit, id eſt, vſq; in reſurrectionem comedendas præcipit.

Idem eod. lib. cap. 39. Conſumptis panibus, quos ſecum attulerat ex Aegypto, panem à Moyſe murmurando popoſcit, carnes etiam deſiderans Aegypti. Verum mediator ille Moyſes panem eis & carnem ocyus à Domino impetrauit. Iubetur populus mane panem, in veſperum carnes accipere. Sed hæc, figuræ noſtræ fuerunt. Panem illum ſanctum, qui de cęlo deſcēdit, ſuſcepit primo populus mā ducandum, poſtea *carnem Chriſti in paſſione confectam.* De qua ipſe Dominus dicit. Niſi māducaueritis carnē filij hominis, non habebitis uitam in uobis.

Cato

Caro eius eſt, quam forma panis opertam in Sacramento accipimus, & *ſanguis eius* quem ſub vini ſpecie & ſapore potamus. *Idem lib. Sentent.*

S. Victor Epiſcopus Vticenſis.

Vixit anno 457.

Arriani tempore, quo Sacramenta Dei populo porrigebantur, introeũtes maximo cum furore *corpus Chriſti & ſanguinem* pauimento ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt. *Lib. 1. perſecutionũ Africæ cap. 3.*

Apud Tampadenſem quoque ciuitatem geſta quis queat certamina martyrum explicare? Vbi duo germani aquas Regienſis ciuitatis, ſibi ſecuri de Domino, in uicem iurauerunt, vt rogarent tortores, vt vna pœna, parique ſupplicio torquerentur. Et dum primo ſuſpendio molibus lapidum pedibus alligatis tota die penderent, vnus illorum petiuit ſe deponi, & ſibi inducias dari. Cuius frater alius metuens ne fidem negaret, ei de ſuſpendio clamabat. Noli, noli frater, non ita iurauimus Chriſto. Accuſabo te, cum ante thronum eius terribilem venerimus, quia ſuper *corpus & ſanguinem eius* iurauimus, vt pro eo ſimul patiamur. *Idem lib. 3.*

S. Hilarius Papa. Vixit anno 464.

Vbi pars eſt corporis, eſt & totum. Eadem ratio eſt in *corpore Domini*, quæ in manna, quod in eius figura præceſſit: de quo dicitur, qui plus collegerat, nõ habuit amplius, neq; qui minus parauerat, habuit minus. Non enim eſt quantitas uiſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus Sacramenti ſpiritualis. *In Decretis.*

Corpus Chriſti, *quod ſumitur de altari*, figura eſt, dum panis & vinũ videtur extra. Veritas autem dum corpus & ſanguis Chriſti *in veritate interius creditur.* *Idem in Iiſdem.*

S. Thimotheus Epiſc. Vixit an. 470

Iudæi per mare tranſierunt ad eremum, nos per baptiſma introimus in regnum. Iudæi manna manducauerunt, nos *Chriſtum*. Iudæi carnes auium, nos *corpus Dei*. Iudæi pruinam cæli, nos *Deum cæli*. Qui cum (vt Apoſtolus ait *Eucha. quanam ratione figura nõ nuuquã appelletur. Li. 2. ad catholicam Eccleſiam.*

ait) in forma Dei eſſet, humiliauit ſemetipſum vſq; ad mortem, mortem autem crucis, non contentus ſcilicet ſimplicem pro nobis ſubire mortem: niſi ipſam uoluntariæ necis ſuſceptionem ſummorum ſuppliciorum perpeſſione cumulaſſet. Pro hoc ergo quid ſoluere homo poterit, cui ſe per vltimam pœnarum acerbitatem Chriſtus impendit? Aut quid pro ſe dignum Domino repenſabit, qui ipſum, Deo à quo redemptus eſt, Deū debet?

Gelaſius Papa. Vixit anno. 492.

Maiorico et Ioanni Epiſ.

Comperimus autem quod quidam ſumpta tantummodo *corporis ſacri* portione, à calice *ſacrati cruoris* abſtineant, qui proculdubio (quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtringi) aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuiſio vnius, eiuſdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire.

S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis. Vixit anno 499.

Lib. 2. ad quæſtiones Monimi. Sacrificium corporis & ſanguinis chriſti.

Nunc itaque ad reſiduas quæſtiones duce Domino indagandas, noſtræ diſputationis dirigatur intentio. Dicis à nonnullis te interrogatum de *ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti*, quod plerique ſoli Patri exiſtimant immolari.

Idem eod. li. Ipſum corpus Chriſti & ſanguinis offertur.

Hæc, inquam, ædificatio ſpiritualis, nunquam oportunius petitur, quàm cū ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt Eccleſia) in Sacramento panis & calicis *ipſum Chriſti corpus & ſanguis offertur.* Calix enim, quem bibimus, communicatio *ſanguinis Chriſti eſt:* & panis, quem frangimus, participatio *corporis Domini eſt*. Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus, omneſque de vno pane participamus.

Eugippius Abbas. Vixit anno. 502.

Tomo. 1. Theſauri Oper. Augu.

Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam Euchariſtiam. Quæſieris quare? Quoniam, inquit, eligēdi ſunt dies quibus purius homo continentiuſque viuit, quo ad

ad tantum Sacramentum, dignus accedat. Qui enim manducauerit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Alius contra: Imò, inquit, ſi tanta eſt plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta talia differẽda ſint, auctoritate Antiſtitis debet quiſque ab altari remoueri, ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. Hoc eſt enim indignè accipere, ſi eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non vt arbitrio ſuo cum libet, uel auferat ſe communioni, vel reddat. Cæterum ſi peccata tanta non ſunt, vt excõmunicandus quiſque homo iudicetur, non ſe debet à quotidiana medicina *Dominici corporis* ſeparare, rectius inter eos fortaſſe quiſpiam dirimit litem, qui monet vt præcipuè in Chriſti pace permaneant. Faciat autem vnuſquiſq; quod ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neuter enim eorum exhorreat *corpus & ſanguinem Domini:* ſed ſaluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt. *cap. 125. Ex Auguſt. ad inquiſ. Ianuarij.*

Ioannes Maxentius. Vixit an. 510.

Neſtorius. Vt mihi videtur, animam non credis habuiſſe Chriſtum. *Catho.* Procul à me ſit omnino iſta calumnia. *Neſto.* Quomodo ergo quaſi contrarium reſpuis, quod à nobis Deus dicitur habitare in homine, ſi corpus & animam habere Chriſtum fateris? *Catho.* Quia corpus non hominis aſſumpti, vt tu aſſeris, ſed Dei confiteor, cuius & animam eſſe credo, & ideo non Deum in homine, ſed Deum in corpore prædico. Alioquin nihil eſt aliud dicere Deum in homine, niſi hominem Dei: ſicque iam non Deus homo, ſed homo Dei intelligitur Chriſtus, quod de omnibus, qui Deo fideliter ſeruiunt, dici poteſt. *Neſto.* Si corpus Dei eſt, non aſſumpti hominis, cur non eſt dictum: Niſi manducaueritis carnem Dei, ſed carnem Filii hominis, non habebitis uitam in uobis? *Catho.* Quamuis caro ſit Filii hominis, ipſa tamen *caro Filij hominis caro Dei eſt.* Nam ſi *caro Dei* non eſt, quomodo poteſt uitam æternam præ- *Lib. 2. Dialog. contra Neſtorium.*

ſtare credentibus? *Neſto.* Quia hoc illi à Deo ſibi vnito eſt præſtitum. *Catho.* Si Deo vnita eſt caro, quomodo non eſt caro Dei?

Idem. *Panis ille*, quem vniuerſa Eccleſia in memoriam Dominicæ paſſionis participat *corpus eius eſt.*

S. Remigius Archiepiſcopus Rhemenſis.

Vixit anno 511.

In Epiſt. 1. ad Cor. Vide Cuthberti. Tonſtalli li. de ueritate corp. Chriſt. in Euch.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Idcirco primum calicem nominauit, quia poſtea de pane plus erat diſputaturus. Calix autem benedictionis dicitur, qui benedicitur à Sacerdotibus in altari. Appellatur & ipſe calix communicatio, quaſi participatio, quia oẽs cõicant ex illo, partẽq; ſumunt ex *ſanguine Domini*, quẽ continet in ſe. (Et panis, quẽ frangimus in altari: nonne participatio corporis Domini eſt?) Vtiq; primũ conſecratur & benedicit̃ à Sacerdotibus & Spiritu ſancto, & deinde frãgitur, cũ iã licet panis uideatur, in veritate *corpus Criſti* eſt: ex quo pane quicunque communicant, *corpus Chriſti* edunt. (quoniam vnus panis) ſubaudi Chriſti (& unum corpus) Chriſti. (multi ſumus) qui comedimus illum panem. Caro quam verbum Dei patris aſſumpſit in vtero virginali, in vnitate ſuæ perſonæ, & panis, qui conſecratur in Eccleſia, *unum corpus Chriſti ſunt.* Sicut enim illa caro, corpus Chriſti eſt, ita iſte *panis tranſit in corpus Chriſti*, nec ſunt duo corpora, ſed unum corpus. Diuinitatis enim plenitudo, quæ fuit in illo, replet & iſtum panem: & ipſa diuinitas verbi, quæ implet cælũ & terram, & omnia quæ in eis ſunt, ipſa replet *corpus Chriſti*, quod à multis Sacerdotibus per vniuerſum orbem ſanctificatur, & facit unum corpus Chriſti eſſe.

Tranſubſtãtiatio.

Euagrius Prætor. Vixit anno 519.

Lib. 4 Hiſt. Eccle. cap. 36.

Anthimo (ut mihi relatum eſt) è throno eiecto, Epiphanius Epiſcopatum ſuſcipit: rurſum poſt Epiphaniũ Menas, ſub quo miraculum factum eſt multo ſermone dignum. Conſuetudo uetus obtinuit, quando multum ſancta-

ſanctarum partium *immaculati corporis Chriſti* Dei noſtri remanſerit, ut pueri tenelli qui ad ludimagiſtros ire ſolebant, aliqui aduocentur, & eas comedant.

S. Fortunatus Epiſcopus Pictauienſis.

Vixit anno 520.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris) Ad præſentis uitæ oportunitates *pertinere videntur*, denique nominis eius ſanctificatio & regnum eius in ſpiritu & corpore noſtro poſt reſurrectionem perfecte manebunt. Item panem noſtrum, quiſquis ad ueram ſalutem peruenire meruit, Chriſtũ eſſe panem uitæ perpetuæ non ignorat, quia dixit. Ego ſum panis uiuus, qui de cælo deſcendi. Vnde iſte panis nõ eſt communis cum reliquo, quia ille corpus protegit, iſte nouit animas enutrire: & qui illum manducat, eſurit, qui autem iſto fruitur, nulla fame torquetur, & ideo tantò magis iſte cibus quærendus eſt, quanto plus reficit epulatus. Quòd uerò quotidianum panem petimus, hoc inſinuare uidetur, vt *communionem corporis eius* (ſi eſt poſſibile) omnibus reuerenter ſumamus diebus, quia cum ipſe uita noſtra ſit, à nutrimento noſtro peregrinos nos facimus, ſi ad Euchariſtiam tardi accedamus. *In orat. Dom.*

S. Paulus Archidiaconus Neapolita.

Vixit anno 530.

Dominico die, prima ieiunii hebdomada omnes (iuxta conſuetudinem) monachi uocabantur, ſancta Dei myſteria ſecundum morem celebrare Chriſtianorum. Et uuuſquiſque eorum *ſacratiſſimum atque uiuificũ corporis Domini* ſuſcipiebat, parumque ſumentes cibi, congregabantur ad orationem ſolenni ſtudio. *In uita Mariæ Egyptiacæ.*

Quando autem monachi ſunt reuerſi & coniuncti veſpere ſacratæ cœnæ Dominicæ, fecit quod ei iuſſum fuerat: & mittens in modico calice *intemerati corporis Chriſti portionem. & pretioſi ſanguinis Domini noſtri Ieſu Criſti*, poſuit in caniſtro caricas modicas, & palmarum fru- *Idem in ea. uita.*

ctus,id eſt,dactylos,& parum lenticulæ aquis infuſæ.

S.Victor Epiſcopus Cumanus.

Vixit anno. 546.

Lib. de Fidei ratione, Ad Genſericum. Patris ſubſtãtiam filium eſſe Propheticis iam olim deſignatum eſt oraculis dicente Salomóne. Subſtantiam enim & dulcedinem tuam, quam in filios habes oſtendebas. Quam in figura & imagine panis cæleſtis populo Iſrael cælitus apparet profluxiſſe. Quia ipſe Dominus in Euangelio expoſuit dicens.Non Moyſes dedit vobis panem de cælo,ſe vtique *panem eſſe deſignãs* cum dicit.Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. De quo etiam Propheta Dauid dicit.Panem Angelorum manducauit homo.

S.Caſsiodorus Senator. Vix. an. 559.

In Pſal. 109. Tu es Sacerdos inæternum ſecũdum ordinem Melchiſedec)Cui enim poteſt ueraciter & euidenter aptari niſi Domino ſaluatori,qui *corpus & ſanguinem ſuum* in panis & vini erogatione ſalubriter conſecrauit, ſicut ipſe in Euangelio dixit.Niſi manducaueritis carnẽ Filii hominis & biberitis eius ſanguinem,non habebitis vitam in vobis,ſcilicet æternam. Sed in iſta *carne ac ſanguine* nil cruentum,nil corruptibile mens humana concipiat,ne ſicut dicit Apoſtolus, qui Domini corpus indignè manducat,iudicium ſibi manducat. *Sed uiuificatricem ſubſtantiam,atque ſalutarem, & ipſius verbi propriam factam,*per quam peccatorum remiſſio & æternæ vitæ dona præſtantur.Quem ordinem per myſticam ſimilitudinem Melchiſedec iuſtiſſimus Rex inſtituit, quando Domino panis & vini fructus obtulit.Cõſtat enim pecudum victimas periiſſe,quæ fuerunt ordinis Aaron,& Melchiſedec manere potius inſtitutum, qui toto orbe in Sacramentorum erogatione celebratur.

Olympiodorus Archidiaconns Conſtantinopolitanus. Vixit anno 570.

In Eccleſiaſten ca.5 Qui diuinius ac ſublimius loquentem poteſt audire Eccleſiaſten, cum meminerit ad ſe pertinere illud Euã

gelii

gelii dictum, Qui habet aures audiendi, audiat: idem profectò nouit, qui ſolus ſit bonus, vnus enim bonus Deus. Idem quoque nouit, quòd qui manducat *carnem Filij hominis, & bibit eius ſanguinem,* futuræ felicitatis partem hic aliquam, fruitionemq; accipit.

Vade ergo & comede cum lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum. Verbum caro factum homines cohortatur ad myſticam *ſui corporis participationem,* cum propter noſtram ſalutem carnem aſſumpſerit. Approbat ergo hoc fieri, congaudet myſteriis, ritibuſque Eccleſiæ. *Idem ca. 9.*

S. Gregorius Papa. Vixit anno 586.

Quid nanque ſit *ſanguis agni,* non iam audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis *ſuper utrunque* poſtē ponitur: quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In vtroq; enim poſte ſanguis agni eſt poſitus, quando Sacramentum paſſionis illius cum *ore ad redemptionem ſumitur,* ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui ſic *Redemptoris ſui ſanguinem accipit:* vt imitari paſſionem illius necdum velit, in vno poſte ſanguinem poſuit, qui etiam in ſuperliminaribus domorum ponendus eſt. De quo adhuc agno ſubditur: Et edēt carnes nocte illa aſſas igni. In nocte quippe agnum comedimus, quia in Sacramento modo *Dominicum corpus* accipimus: quando adhuc inuicem noſtras conſcientias nō videmus. Sed ſola Redemptoris noſtri percepta Sacramenta ad veram ſolennitatē mentis non ſufficiunt: niſi eis quoque & bona opera iungātur. Quid enim prodeſt *corpus & ſanguinem illius ore percipere,* & ei peruerſis moribus contraire? *Homil. 22.*

Debemus itaque præſens ſeculum, vel quia iam conſpicimus defluxiſſe; tota mente contemnere, quotidiana Deo lacrymarum ſacrificia, quotidianas *carnis eius & ſanguinis hoſtias immolare.* Hæc nanque ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat, qui licet *Idem lib. 4. Dialog. cap. 58* *Quotidiana carnis & ſanguinis*

Chriſti immolatio. Iterum pro nobis Chriſtus in myſterio Miſſæ immolatur.

reſurgens à mortuis iam non moritur,& mors ei vltra non dominabitur,tamen in ſemetipſo immortaliter atque incorruptibiliter viuens, *pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur.* Eius quippe *ibi corpus* ſumitur, *eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis,* non iam in manus infidelium,ſed in *ora fidelium funditur.* Hinc ergo penſemus, quale ſit pro nobis *hoc ſacrificium*, quod pro abſolutione noſtra paſſionem vnigeniti Filii ſemper imitatur. Quis enim fidelium habere dubiū poſſit, *in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis uocem cælos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe* ſummis ima ſociari,terrena cæleſtibus iungi,vnum quid ex viſibilibus atque inuiſibilibus fieri.

Dum ſacrificium Miſſæ immolatur Angelorum chori præſentes adsūt

S. Auguſtinus Anglorum Epiſcopus.

Vixit anno 587.

Interrogatione. 11.

Quæro etiam, ſi poſt illuſionem quæ per ſomnium ſolet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat: vel ſi Sacerdos ſit, ſacra myſteria celebrare?

S. Gregorius Archiepiſcopus Turonenſis. Vixit anno 590.

Lib. de Miraculis, ca. 85.

Deflemus enim ſcelera noſtra,& plāgimus,cum nos immundos eſſe neſcimus, & ad ipſum altare Domini accedentes audacter *ſanctum corpus eius & ſanguinem*, cum ſimus actu polluti,potius ad iudicium ſumimus, quàm vt veniam conſequamur.

Idem lib. 2. Miraculorū B. Martini cap. 25.

Dum ſancta ſolennia ad memoriam ſancti Martini ageretur,oblatis ſuper altare ſacris munerib., *myſterioq́; corporis & ſanguinis Chriſti* palla ex more cooperto, homo quidam Bonulphus nomine, dirupto eius contracti poplitis corio,pedem extendit incolumem.

S. Ioannes Eleemoſynarius. Vix. an. 612.

Leontius Epiſc. in vita Eiuſdem.

Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens (immemor malitiæ) dignè ſuſcipe *immaculata corporis Chriſti myſteria.*

S. Iſidorus

S. Iſidorus Archieſcopus Hiſpalenſis.

Vixit anno 626.

Sacrificium autem,quod à Chriſtianis Deo offertur primum Chriſtus Dominus noſter & magiſter inſtituit,quando commendauit Apoſtolis *corpus & ſanguinem ſuum* priuſquam traderetur, ſic & legitur in Euangelio. Accepit(inquit)Ieſus panem & calicem & bene *dicens dedit eis*. Quod quidem Sacramentum Melchiſedec Rex Salem figuraliter in typum *corporis & ſanguinis Chriſti* primus obtulit, primuſque myſterium tanti ſacrificii imaginarie idem expreſſit, præferens ſimilitudinem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Sacerdotis æterni,ad quem dicitur. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Hoc ergo ſacrificium Chriſtianis celebrare præceptum eſt,relictis ac finitis Iudaicis victimis, quæ in ſeruitute ueteris populi celebrari imperatæ ſunt. Hoc itaque fit à nobis, quod pro nobis ipſe Dominus fecit, quod non mane, ſed poſtea,nam in veſperum obtulit. Sic enim Chriſtũ oportebat id implere circa veſperam diei, vt Dominus ipſa hora ſacrificii oſtenderet veſperam mundi. Proinde autem non communicauerunt ieiuni Apoſtoli,neceſſe erat,vt Paſcha illud typum antea impleretur,& ſic denuo ad uerum Paſchæ Sacramentum tranſirent. Hoc enim myſterium tunc factum eſt, quod primum Diſcipuli *corpus & ſanguinem Domini noſtri* non acceperunt ieiuni,ab uniuerſa autem Eccleſia nunc à ieiunis ſemper accipitur. Sic enim placuit Spiritui ſancto per Apoſtolos, ut in honore tanti Sacraměti in os Chriſtiani ieiuni prius *Dominicũ corpus intraret* quàm cęteri cibi:& ideo per uniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Panis enim quem frangimus *corpus Chriſti eſt*, qui dicit. Ego ſum panis uiuus,qui de cælo deſcendi. Vinum autem *ſanguis eius eſt*. Hæc autem duo ſunt viſibilia, *ſanctificata* tamen per Spiritum ſanctum in Sacramentum diuini *corporis tranſeunt*.

Lib. 1. de Offic. Eccle. ca. 18. Chriſtus ſacrificium Miſſæ inſtituit.

Reccare-

Reccaredus Rex Hiſpaniæ. Vixit non longe, ab anno 627.

Ex Concilio 3. Toletano.

Hoc adhuc neceſſario pro firmitate catholicæ fidei noſtra Deo ſupplex inſtituere decreuit auctoritas, vt propter roborandam gentis noſtræ nouellam conuerſionem, omnes Hiſpaniarum & Galliciæ Eccleſiæ hãc regulam ſeruet, vt omni ſacrificii tempore ante *communicationem corporis Chriſti & ſanguinis* iuxta orientalium partium morem vnanimiter clara voce ſacratiſſimum fidei recenſeant Symbolum, ut primum populi quam credulitatem teneant, fateantur: & ſic corda fide purificata, ad Chriſti *corpus & ſanguinem* percipiendum exhibeant.

Symbolum fidei, in Miſſæ ſacrificio.

S. Martinus Archiepiſcopus Braccarenſis. Vixit anno 649.

Lib. de Græcorum Synodis cap. 55

Non oportet aliquid aliud in ſanctuario offerri præter panem vinum & aquam, que in typo Chriſti benedicuntur. Quia dum in cruce penderet, de corpore eius ſanguis effluxit & aqua. Hæc tria unum ſunt in Chriſto Ieſu. Hæc hoſtia & oblatio Dei in odorem ſuauitatis.

Venator quidam Euboicus. Videtur vixiſſe circa annum 659.

Vide Metaphraſtem, in uita S. Theoctiſtis.

Cum ergo eſſem (vt dictum eſt) nauigaturus ad venationem accepta in pixide de parte *diuinæ carnis Domini*, eam tuli ad Beatam. Cum veniſſem autem in inſulam, & declinaſſem in ædem Dei matris, eam non offendi, non autem adeſſet & lateret, quoniam mecum aſcenderant quidam ex ſociis: an uerò abeſſet, neſcio, hoc tantum ſcio me eam non offendiſſe. Atque alii quidem profecti ſunt in ſiluam venaturi. Ego clam reuerſus ſum in templum, & protinus ſacroſancta mulier (Theoctiſtes ſcilicet) apparuit, induta tunica, quã à me prius acceperat. Cum autem me in terram proieciſſem, accurrit, & cum lacrymis dixit eminus: Nequaquam hoc facias, ò homo, nequaquam facias, *diuinum donum* afferens,

rens, ne vras me miſeram, diuina dedecore afficiens. Me itaque tunica apprehenſum erexit. Ego autem eduxi è ſinu meo pixidem cum *carne Domini*. Cum illa autẽ in terram cecidiſſet, diuinum donum accepit, & lamẽtationibus & lacrymis terram rigans dixit. Nunc dimittis ancillam tuam Domine, quoniam viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quoniam remiſſionem peccatorum in manibus accepi. Nunc abibo quo tua me iubet *potentia*.

Simeon Metaphraſtes. Vix. an. 670.

Dixit quidam ex iis, qui ſunt Chriſti amantes, & ſãctum quidem Spiridionem ardenter amant, amant autem nihilominus etiam veritatem, quod cum eius feſtus dies celebraretur, celebratur autem duodecimo menſis Decembris, acceſſit ipſe quoque ad ſepulcrũ, tanquam uiuum allocuturus, magnam in eum uultu ſignificans reuerentiam & venerationem. Cum autem prope fuiſſet, & oculos eſſet admoturus, dicebat ſe tantam diuinam ſenſiſſe viſitationem intus operantem: & cor eius adeo penetraſſe, ut in ſublime quidem fuerit raptus ſpiritu, & ſolas, quæ illic ſunt, viſione perciperet pulchritudines, oblitus quidem omnium terrenorum, oblitus uerò ipſius quoq; corporis, vocisq;, & ſermonis propè expers, ieiunus quoq;, & neq; apud ullũ vocem emittens, neq; cibum aut potum toto illo die admittens, niſi ſolum, quod ſumpſit, *diuinum corpus & ſanguinem Dominicum*.

In uita Spiridionis Epiſc.

Veneratio reliquiarum

Dies erat feſtus, & feſtorum omnium primus & præcipuus, ipſum Paſcha, mei Chriſti, uel mea potius reſurrectio & reformatio. Sacræ autem noctis aderat quidem ueſpera: ijs autem, qui ad eum ventitabant, nihil erat ex ijs, quæ ſunt ad ueſcendum neceſſaria, non panis, non oleum, non aliquod aliud ex iis quæ ſunt eſculenta. Atque chorus quidem Diſcipulorum ægreferebat vt eſt ueriſimile, qui iam erant numero duodecim: ægreferebant autem non pro ſe tantum, ſed quòd cum non

In uita Theodoſii.

non adeſſet panis, qui offerretur ad ſacrificium, erat eis ſuturum Paſcha *abſque ſacrificio, & abſque corpore Chriſti* dies feſtus celebrandus.

Cæſarius Archiepiſcopus Arelatenſis.

Vixit anno 674.

In Homilijs. Quid es reſponſurus Domino dicenti, *me manducate, me bibite?*

Sergius Papa. Vixit anno 688

Habetur de Conſe. Diſt. 2. Triforme eſt *corpus Domini.* Pars oblatæ in calicem miſſa, corpus Chriſti, quod iam reſurrexit, monſtrat. Pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terram. Pars in altari uſque ad miſſæ finem remanens corpus in ſepulcro, quia vſque ad finem ſeculi corpora ſanctorum in ſepulcris erunt.

Apponius. Vixit anno 701.

Commen. li in Cant. Botrus Cypri dilectus meus mihi, ait ſponſa. Chriſtus utique pro loco tempore, uel cauſſa eſca & potus Eccleſiæ factus eſt, per *corporis ſui & ſanguinis Sacramentum.*

Idem lib. 3 in Cantic. Eccleſia amica eſt appellata, quæ in eius aduētu, qui dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & ego uos requieſcere faciam, ſub tegmine defenſionis eius, credendo unum Deum, requieſcens læta dicit: In vmbra eius, quem deſiderabam, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quam dulcedinem, regni cælorum requiem nominat, ſiue *corpus eius & ſanguinem* delibando vitam æternam conferentem exultans ait. Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Venerabilis Beda Presbyter.

Vixit anno 725.

Homilia in verba Euangel. Vidit Ioannes Ieſum uenientem ad ſe, &c. Lauat nos Chriſtus à peccatis noſtris quotidie in *ſanguine ſuo*, cũ eiuſdẽ beatæ paſſionis ad altare memoria replicatur, *cum panis & uini* creatura in Sacramentum *carnis & ſanguinis eius ineffabili Spiritus ſanctificatione transfertur.* Sic *corpus & ſangnis illius* non infidelium manibus ad perniciem ipſorum funditur & occiditur, ſed

fidelium

fidelium ore,ſuam ſumitur in ſalutem. Huius recte figuram agnus in lege Paſchalis oſtendit,qui ſemel populum de Aegyptia ſeruitute liberás,in memoriá eiuſdem liberationis, per omnes annos immolatione ſua populum eundem ſanctificare ſolebat, donec veniret ipſe,cui talis hoſtia teſtimonium dabat, oblatusq́, Patri pro nobis in hoſtiam,odoremque ſuauitatis,myſterium *ſuæ paſſionis*, oblato agno, *in creaturam panis,uiniq́; transferret*,Sacerdos factus in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. *Tranſubſtátiatio.*

Finitis Paſchæ veteris ſolenniis, quæ in commemoratione antiquæ de Aegypto liberationis agebantur, tranſiit ad nouum, quod in ſuæ redemptionis memoriam Eccleſia frequentare deſiderat, ut uidelicet, pro carne agni uel ſanguine, *ſuæ carnis ſanguinisq́; Sacramentum in panis, ac uini figura ſubſtituens*, ipſum ſe eſſe monſtraret, cui iurauit Dominus & non pœnitebit eum. Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. *Idem in Lucæ cap. 22*

S.Barlaam Eeremita. Vixit ante an. 726.

Cum his confitere unum baptiſma,ex aqua & ſpiritu in remiſſionem peccatorum. Accipe & perceptionem illibatorum Chriſti myſteriorum, & crede in veritate *corpus & ſanguinem eſſe Chriſti Dei noſtri*, quem dedit fidelibus in remiſſionem peccatorum. Nam nocte qua tradendus erat,ſanctis ſuis Diſcipulis & Apoſtolis & per eos omnibus in ſe credituris dixit. Accipite,& manducate. Hoc eſt corpus meum,quod pro uobis traditur in remiſſionem peccatorum. Similiter & calicẽ accipiens,dedit eis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti,qui pro uobis effunditur:hoc facite in meam commemorationem. Ipſe enim Dei ſermo uiuus, & efficax, & omnia uirtute ſua peragens,facit & *conuertit diuino uerbo ſuo, & panis & uini oblationem in corpus & ſanguinem ſuum,ſuperueniente Spiritu ſancto*,in ſanctificationem & illuminationem cum deuotio- *Ioan. Damaſcenus,in Hiſto. duorum militum Criſti.* *Tranſubſtantiatio.*

deuotione percipientium.

In uita S. Vvulfranni Epiſc.

Ionas Abbas. Vixit anno 729.

Dum nauigaremus in Freſiam, poſitis nobis in medio mari quod adiacet regioni Morinorum, adfuit hora in qua ſacrificium Deo, victimæ ſaluatoris immolandum erat. Tunc iactis ancoris, nauis immobilis perſiſtebat. Et celebrante ſancto Pontifice Vvulfranno Miſſarum ſolennia, uentum eſt ad locum vbi miniſter patenam Præſuli porrigere debuit, extenſaque manu, expectabat horam qua ſuſciperet eam. Sed dum miniſter eã abluere uellet, in mare ex eius manibus collapſa eſt. Finita oratione imperat diacono, ut in eum, in quem patena ceciderat locum mitteret manum. Quo facto ab imo maris eadem patena diuinitus reiecta, eiuſdem miniſtri manui inhæſit. Sicque commixtionem *corporis & ſanguinis* idem ſanctus Præſul faciens, nomenque Saluatoris glorificans, ſacroſancta Miſſarum ſolennia compleuit. Languore corporis, quem diu protaxarat per dies, ingraueſcẽte, ſeptimo die, poſtquàm obitum ſuũ Dominici corporis & ſanguinis perceptione muniuit, ſoluta eſt ab ergaſtulo corporis anima ſancta.

Li. 4. de Orthodoxa fide cap. 14.

S. Ioannes Damaſcenus. Vix. an. 733.

Si igitur verbum Dei uiuens eſt & efficax, & omnia quæcunque voluit Dominus fecit: ſi dixit, fiat lux, & facta eſt: fiat firmamentum, & factum eſt: ſi uerbo Dei cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum: ſi cælum & terra, aqua, ignis, & aer, & omnis ornatus eorum, verbo Domini perfecta ſunt: & homo ipſe vbique diuulgatum animal: ſi uolens ipſe Deus uerbum, factus eſt homo, & ex ſanctæ uirginis puriſſimis & illibatiſſimis ſanguinibus in ſeipſo ſine ſemine carnem ſuſtentauit: non poteſt panem *ſuipſius corpus facere, & vinum & aquam & ſanguinem?* Dixit in principio. Producat terra herbam uirentem, & vſque nunc pluuia facta producit germina, diuino coadiuta & uigorata præcepto. Dixit Deus. Hoc eſt corpus meum: & hic meus eſt

ſanguis:

ſanguis:& hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti eius pręcepto,donec veniat,efficitur.Sic enim dixit:Donec veniat:& fit pluuia nouæ huic agriculturæ,per inuocationem Spiritus ſancti obumbrans virtus: nam quemadmodum omnia quæcunque fecit Deus,Spiritu ſancto coo perante fecit: *ſic & nunc Spiritus ſancti operatione hæc ſuper naturam operatur,* quæ nõ poteſt capere niſi ſola fides.Quomodo fiet mihi iſtud,dicit ſancta uirgo,quoniam uirum non cognoſco?Reſpõdet Gabriel Archangelus:Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.Et nunc interrogas *quomodo panis fit corpus Chriſti, & vinum & aqua ſanguis Chriſti?* Reſpondeo tibi & ego,Spiritus ſanctus obũbrat,& hæc operatur ſuper ſermonem & intelligentiã: *panis autem & uinum tranſſumuntur.* Nouit enim Deus humanam infirmitatem, quod complura uſu non trita auerſatur moleſte ferens. Aſſueto igitur condeſcenſu vſus,per conſueta naturæ ea facit,quæ ſunt ſuper naturam.Et quemadmodum in baptiſmate(quia conſuetudine hominibus eſt aqua lauari & oleo ungi) coniunxit oleo & aquæ gratiam Spiritus ſancti, & fecit illud lauacrum regenerationis:hũc in modũ,quia mos hominibus eſt panẽ manducare, & uinũ & aquã bibere, *coniunxit his ipſis ſuam diuinitatem, & fecit hæc ſuum corpus & ſanguinem:* vt per aſſueta, & quæ ſunt ſecundum naturam,in iis quæ ſunt ſuper naturam,collocemur. Corpus enim ſecũdum veritatem coniunctum eſt diuinitati,quod ex ſancta virgine corpus eſt: non quod ipſum corpus aſſumptum, ex cælo deſcenderit, ſed quod *ipſe panis & uinum tranſmutatur in corpus & ſanguinem* Dei. Si autem modum requiris, quonam pacto fiat, ſat ſit tibi audire, quoniam *per Spiritum ſanctum,* quemadmodum ex ſancta Deipara,ſeipſo, & in ſeipſo Dominus carnẽ ſuſtẽtauit. Et nihil amplius cognoſcimus, quàm quod verbum Dei,uerum eſt,& efficax,& omnipotens: modus autem inſcrutabilis.Neque & hoc etiam dictu prõptum,quomodo naturaliter per comeſtionem panis, & uinum

In Eucha.cõſecratione, Spiritus ſanctus ſuper naturam operatur.

Tranſubſtãtiatio.

Panẽ & uinum fecit Deus corpus & ſanguinẽ ſuum.

Panis & uinum tranſmutatur in corpus & ſãguinem Dei per Spiritũ ſanctum.

& vinum & aqua per potionem in corpus & ſanguinẽ comedentis & bibentis tranſmutatur, & non fit aliud corpus præter id, quod prius erat ipſius. Sic & propoſitionis panis, vinumque & aqua *per inuocationem & aduentum Spiritus ſancti ſupernaturaliter tranſmutatur in corpus & ſanguinem Chriſti*: & non ſunt duo, ſed vnum & idem. Non eſt figura panis & vinum corporis & ſanguinis Chriſti: abſit enim hoc: ſed eſt ipſum *corpus Domini Deificatum*, ipſo Domino dicente. *Hoc eſt meum (non figura corporis, ſed corpus: & non figura ſanguinis, ſed ſanguis*, Et ante hoc ipſis Iudæis. Quoniam niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam æternam. Caro mea verus eſt cibus, & ſanguis meus verus eſt potus. Et rurſus. Qui mãducat me, viuet. Proinde omni cum timore & conſcientia pura, & indubitabili fide accedamus, & omnino fiet nobis quemadmodum credimus non dubitantes, & veneremur ipſum omni puritate animi & corporis. Accedamus cum deſiderio ardenti, manus in crucis modum formantes *crucifixi corpus ſuſcipiamus*. Et apponentes oculos, & labia, & frontem, diuinũ carbonem cõcipiamus vt ignis in nobis deſiderij, aſſumẽs ex eo carbone ignitionem, comburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra, & participatione diuini ignis igniamur & deificemur. Pane & vino ſuſcepit Melchiſedec Araham, ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat Sacerdos Dei altiſſimi. Illa menſa hanc myſticam præfigurauit menſam, velut & Sacerdos ille, Chriſti veri Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Hunc panem, panes figurabant propoſitionis. Hæc eſt pura ſcilicet hoſtia & incruenta, quam ab ortu vſque ad occaſum ipſi offerri per Prophetam Dominus loquitur, *corpus uidelicet & ſanguis Chriſti*, in habilimentũ animæ noſtræ, & corporis, inconſumptum & incorruptum, non in ſeceſſum iens: abſit enim, ſed in noſtram ſubſtantiam & conſeruationem, omnimodi nocumenmenti reparatio, ſordis omnis purgatio. Si quidem aurum

Nota. Euchariſt. non figura corporis Criſti ſed ipſum corpus Domini Deificatũ

Oblatio mũda, quam dixit Propheta *Malachias à Gentibus offerendam, corpus & ſãguis Chriſti.*

rum offendat adulteratum, per iudicialem correptoriamque ignitionem purgat, ut non in futuro cum mũdo condemnemur. Curat enim morbos & omnimoda damna, quemadmodum dicit Apoſtolus. Si nos vtique iudicaremus, non vtique iudicaremur. Cum iudicamur autem, à Deo corripimur, vt non cum mundo condemnemur. Et hoc eſt quod dicit. Quare qui participat corpus & ſanguinem Chriſti indignè, iudiciũ ſibiipſi manducat & bibit. Per illud purgati, unimur corpori Domini *& ſpiritui eius* & efficimur corpus Chriſti. Nam ſpiritus uiuificans eſt caro Domini quia ex uiuificante ſpiritu concepta eſt. Quod enim natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Hoc autem dico, non auferens corporis naturam, ſed viuificationem & diuinitatem eius oſtendere volens. Et ſi quidam exemplaria corporis & ſanguinis Domini, panẽ & vinũ vocauerunt, ut Deifer vocauit Baſilius, non tamen poſt ſanctificationem dixit, ſed priuſquam ſanctificaretur ipſa oblatio, ita vocabant. Participatio etiam dicitur: nam *per ipſam, Ieſu diuinitatem* participamus. Dicitur & communio, & eſt reuera; quia communicamus per ipſam Chriſto, & *participamus eius carne & diuinitate,* & quia communicamus & vnimur inuicem per illam. Nam quia ex uno pane participamus omnes, unum corpus Chriſti, & unus ſanguis & inuicem membra efficimur, concorporati Chriſto exiſtentes. Exemplaria autem futurorum dicuntur, nõ vt non exiſtentia *uere corpus & ſanguis* Chiſti, ſed quoniã nunc quidẽ *per ipſa participamus Chriſti diuinitate,* tunc autem intellectualiter per ſolam viſionem.

S. Theophilactus Archiepiſc. Scribunt quidam illum vixiſſe circa annum. 750

Veſcentibus autem eis, accepit Ieſus panem, & cum egiſſet gratias, fregit, dedit Diſcipulis, & dixit, Accipite comedite, hoc eſt corpus meũ) Appoſuit autem veſcentibus, vt oſtenderet crudelitatem Iudæ: quia in mẽ

Panis conſecratus in altari, & non figura corporis.

Tranſubſtantiatio.

ſa & communione ciborũ illius, quãdo ſit & fera fuiſſet, manſuetiorem ſe exhibuiſſet: tunc neque cum argueretur, illexit, ſed & *corpus illius guſtans,* non pœnituit. Porrò dicens, hoc eſt corpus meum oſtendit, quod *ipſum corpus Domini eſt panis qui ſanctificatur in altario, & non reſpondens figura.* Non enim dixit, *Hæc eſt figura, ſed hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur,* etiam ſi nobis uideatur panis: quoniam infirmi ſumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem: & ideo *panis quidem apparet, ſed reuera caro eſt.*

Euch. panis quidem uidetur, ſed re uera eſt caro Chriſti.

Nouum teſtamẽtum ſanguinem habet, qui immolatur.

Et accepto poculo gratiis actis, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus, qui eſt noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum) Sicut vetus Teſtamentum immolationem habebat & ſanguinem, ita, & nouum Teſtamẽtum *ſanguinem habet ac immolationem.* Pro multis autẽ dicit effundi, hoc eſt pro omnibus.

Idem Enarra. in Mar.

Eucha. non eſt, aut exemplar, corporis Domini aut figura, ſed ipsũ Chriſti corpus.

Tranſubſtãtiatio.

Nota.

Cur ſpecies panis & uini confecto ſacramento remaneant.

Tranſubſtãtiatio.

Cum benedixiſſet, hoc eſt, gratias egiſſet, fregit panem: id quod nos etiam facimus, preces adiungendo. Hoc eſt corpus *meum, hoc inquam quod ſumitis. Non enim figura tantum, & exemplar quoddam Dominici corporis panis eſt, ſed in illud ipſum conuertitur corpus Chriſti.* Dominus enim dicit: Panis quem ego dabo, caro mea eſt, non dixit, *figura carnis meæ, ſed, caro mea eſt.* Et iterum. Niſi ederitis carnem Filii hominis. Et quomodo inquis, *caro non uidetur?* O homo propter noſtram infirmitatem iſtud fit. Quia enim panis quidem & uinum ex his ſunt quibus aſſueuimus, ea non abhorremus: ſanguinem uero propoſitum & carnem videntes, non ferremus, ſed abhorreremus: idcirco miſericors Deus noſtræ infirmitati condeſcendẽs, ſpeciem quidem panis & uini ſeruat, *in uirtutem autem carnis & ſanguinis tranſelementat.*

Manifeſte autem nobis hoc loco de myſtica communione corporis ſui dicit. Nam panis, inquit, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mũdi vita Porrò poteſtatem ſuam indicans, quod non ut ſeruus, & minor patre crucifigendus ſit, ſed uoluntarie, inquit, ego

ego dabo carnem meam pro mundi vita. Attende au tē quod panis qui à nobis in myſteriis manducatur, *non eſt tantum figuratio quædam carnis Domini, ſed ipſa caro Domini.* Non enim dixit, panis quem ego dabo, *figura eſt carnis, ſed caro mea eſt. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem & acceßionem ſancti* Spiritus *in carnem Domini.* Et ne quum conturbet, quòd credendus ſit panis caro: etenim & in carne ambulante Domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ eius carni, & in augmentum & ſuſtentationem conferrebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc *panis in carnem Domini mutatur.* Et quomodo, inquis, nō apparet nobis caro, ſed panis? ut non abhorremus ab eius eſu. Nam ſi quidem caro apparuiſſet, inſuauiter affecti eſſemus erga communionem. Nunc autem condeſcendente Domino noſtræ infirmitati, talis apparet nobis myſticus cibus qualibus alioquin aſſueti ſumus. Decertabant ergo Iudæi intra ſe dicentes: Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad edendum? Dixit eis Ieſus: Amen amen dico uobis, niſi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui edit meam carnem, & bibit meū ſanguinem, habet uitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus.) Iudæi cum audiſſent de eſu carnis illius diſcredunt. Ideo & verbum incredulitatis dicunt, *quomodo?* Nam quādo cogitationes incredulitatis ingrediuntur in animam, ingreditur ſimul, *quomodo?* Propterea ipſe volens hoc oſtendere, quod non ſit impoſſibile, ſed etiam ualde neceſſarium ait: Non poteſt aliter haberi vita, niſi meam carnem comedatis, &c. Ita & Nicodemus ex incredulitate dicebat, Quomodo poteſt homo intrare in uentrem matris? Oportet igitur nos cum audierimus. Niſi ederitis carnem filii, non habebitis uitam, in ſumptionibus diuinorum myſteriorum indubitatam retinere fidem, & non quærere *quo pacto:* Nā

Idem in 6. ca. Ioannis.

Eucha. non eſt tantum figura quædā carnis Domini, ſed ipſa caro Domini.

Nota.

Panis uerbis conſecrationis, per myſticam benedictionem et acceßionem S. Spiritus transformatur in carnē Domini.

Cur ſpecies panis uideatur in Euch. cum tamen caro ſit Chriſti.

Circa ſacramentum Eucha. cum habeamus promißionē Dei non oportet quærere Quomodo.

animalis homo, hoc eſt, qui ſequitur cogitationes humanas & animales ſiue naturales, non eſt capax eorum quæ ſunt ſuper naturam & ſpiritualium, atque ita & ſpiritualem eſum carnis Dominicæ non intelligit: cuius qui non ſunt participes, non erunt participes æternæ vitæ, eo quòd non *ſuſceperunt* Ieſum, qui eſt vita æterna. *Nō ſumimus nudi hominis carnē in Euch. ſed ipſius Dei.* Non enim *nudi hominis caro eſt, quæ manducatur, ſed Dei, & quæ Deificare valet,* vtpote cōtemperata Deitati. Iſta etiā vere eſt cibus, eo quod non ad paruum tempus duret, neque corrumpatur ſicut corruptibilis cibus, ſed æternæ vitæ ſit ſubſidium. Similiter & *potus ſanguinis Domini vere eſt potus*: quia non ad tempus ſufficit ſiti, ſed ſemper abſque ſiti conſeruat, neque indigere permittit bibentē: ſicut & ad Samaritanam dicebat. Qui bibit ex aqua quam ego dabo, non ſitiet. Nam quiſquis gratiam ſancti Spiritus *per ſumptionem diuinorum myſteriorum ſuſceperit*, neque famem ſpiritualem, neque ſitim patietur, qualem increduli. Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens pater, ita & ego viuo propter patrem. Et qui ederit me, & ipſe viuet propter me. Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit: non ſicut comederūt patres ueſtri manna & mortui ſunt, qui edit hunc panem, viuet inæternum) Hoc loco diſcimus Sacramentum communionis. Nam qui edit & bibit carnem & ſanguinem Domini, in ipſo manet Domino, & Dominus in ipſo. Contemperatio enim fit noua & ſuper rationem, ita vt ſi Deus in nobis, & nos in Deo. Nō audis terribilem auditum? *non Deum nudum manducamus* tāgi enim nequit, & incorporeus eſt, & neque oculis neque manibus apprehendi poteſt. Iterū nudi hominis caro nihil prodeſſe poteſt, ſed quia Deus uniuit ſibi carnem ſecundum ineffabilē temperationem, viuifica eſt caro, non quod in Dei naturam tranſierit, abſit, ſed ad ſimilitudinem candentis ferri, quod & ferrum manet, & ignis oſtendit operationem. Sic igitur & Domini caro manens caro, viuifica eſt, ſicut caro Dei.

Alcuinus

Alcuinus præceptor Caroli Magni.

Vixit anno 770.

Quod imminente Paſcha Dominus turbas reficit: ſignificat, quia quiſquis pane diuini uerbi *& corpore & ſanguine Domini* deſiderat refici debet ſpirituale Paſcha facere, id eſt, de uitiis ad uirtutes tranſire. Item. Quando autem per manum Sacerdotis *corpus Chriſti accipis*, non Sacerdotem quem vides, ſed illum quem non vides attende. Sacerdos eſt diſpenſator huius cibi, non auctor. *In cap. 6. Ioannis.*

Paulus Archidiaconus Aguilegienſis.

Vixit anno. 780.

Cum princeps Mediolanum ueniſſet, & ſolenniter in ſacrum voluiſſet intrare templum, occurrit foris ianuas Ambroſius, & ingredientem his ſermonibus à ſacri liminis ingreſſu prohibuit dicens. Neſcis Imperator perpetratæ necis quanta ſit magnitudo, neque poſt cauſſam tanti furoris mens tua molem præſumptionis agnoſcit? Quibus igitur oculis aſpicies communis Domini tẽplum? Quibus calcabis pedibus ſanctum illius pauimentum? Quomodo manus extendes, de quibus adhuc ſanguis ſtillat iniuſtus? Quomodo huiuſmodi manibus ſuſcipies *Domini corpus?* Qua præſumptione *ore tuo poculum ſanguinis pretioſi percipies*, cuius furore ſermonum tantus iniuſte ſit effuſus ſanguis? *Lib. 13. Rerum Romanarum quę Eutropio addidit.*

S. Tharaſius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Vixit anno 794.

Quin etiam hoc quoque notum facimus coram Deo in primis honorandæ tuæ Purpuræ, quod intra cancellos incruentæ menſæ in qua *ſacrificium magnæ hoſtiæ Chriſti* uenerabiliter peragitur, non ſinemus amplius nobiſcum veſtram ingredi potentiam. *Vide Ignatium Nicenum, de uita eius.* *Altare, menſa incruenta in qua ſacrificium magnæ hoſtiæ Chriſti peragitur. In uia*

S. Ignatius Epiſcopus Nicænus,

Vixit anno 796.

Zelo motus Tharaſius, cum Phinees hęreſim & eius amatores tanquam veræ fornicationis introductores, & dogmatum adulterinorum genitores confodit, Aa-

ta Tharaſii Archiepiſc. Conſtantino politani.

ronis ſuperauit Sacerdotium. Non enim tintinnabula & mala punica,& lapides pectoris & ſuperhumeralis, neque mitra & cydaris & talaris, & auri lamina, hunc ſicut illum amiciebant ritu Sacerdotis, neque ſacrificium per ſanguinem taurorum & hircorum,eius & populi expiabat ignorantias:ſed moderatus amictus cum ſpiritu paupertatis eum reddebat ſplendidum,& legali holocauſto erant ſacratiora quę ab eo offerebāt,vt qui *agnum qui tollit mundi peccatum Chriſtum ſacrificaret* ſacris uocationibus,& fidelium diſtribueret manibus: & omnes aſpergeret *pretioſo illo ſanguine*, quem oſtendens dabat ad debitorem animæ ſolutionem.

Chriſtus, in altari ſacrificatur.

Thimotheus presbyter Hieroſolymitanus, Putatur vixiſſe circa annum 800.

Concione de occurſu Criſti. Altare, diuina et myſtica menſa, in qua Deus ſacrificatur.

Sed hic imponentes finem orationi,vacemus diuinæ & myſticæ *menſæ,per quam & mundus eſt ſtabilitus: & orbi terræ conſiſtit & regnum cuſtoditur:& Eccleſia multiplicatur, & Deus ſacrificatur,in Chriſto* Ieſu *Domino noſtro.*

Iſuardus Monachus, Vixit anno 812.

In Nartyrologio.

Romæ uia Appia in cemiterio Calixti: natale ſancti Tharſitii acoliti & martyris. Quem cum pagani inueniſſent *Sacramenta corporis Chriſti* portantem: cœperunt diſquirere quid gereret. At ille indignum iudicās porcis margaritas prodere, tam diu ab eis fuſtibus ac lapidibus eſt mactatus, quouſque ſpiritum exhalaret. Et reuoluto eius corpore,ſacrilegi diſcuſſores nihil Sacramentorum Chriſti,in eius manibus ac ueſtibus inuenerunt.

Amalarius Archiepiſcopus Treuerenſis, Vixit anno 816.

Lib. de myſterÿs Miſſæ cap.24.

Videtur mihi ſi ſemel fuiſſet facta crux ſuper panem & uinum poſſe ſufficere:quia ſemel crucifixus eſt Dominus.Hic concrepant verba Dominicæ menſæ, cum toto officio miſſæ.Canitur hic,Accipiens panem & reliqua.Quod actitatur à Sacerdote, quando ſuſcipit oblatam in ſecreta Miſſæ,aut quādo hic eam eleuat. Gra

tias

tias agit in hymno:uere dignum & iuſtum eſt, benedicit in præſenti loco, frangit circa communionem: poſtea dat ad communicandum. Hic *credimus naturam ſimplicem panis & uini mixti, verti in naturam rationabilem, ſcilicet corporis & ſanguinis Chriſti.* *Tranſubſtātiatio Idem eod.li.ca.25*

Precatur Sacerdos, ut pręſens oblatio ita ſit accepta in conſpectu diuinæ maieſtatis, quatenus ſumpturi eā, ſimul fiant cæleſtes, & gratia Dei repleti Mira & magna fides ſanctæ Eccleſiæ, quæ ſuis oculis uidet, quod mortalibus deeſt. *Videt quid credere* debeat, quamuis nondum uideat quod in ſpecie eſt. Credit ſacrificium præſens per Angelorum manus deferri ante conſpectum Domini, & ſentit mandendum eſſe ab humano ore. *Credit nanque corpus & ſanguinem Domini eſſe*, ab hoc morſu cæleſti benecti one repleri animas ſumentium.

Angelomus Luxouienſis, Vix.an. 830

Meliora ſunt vbera tua uino). Vinū, inquiunt, erat verbum nūtiatorum, delatum per Angelos, qui ad Prophetas uel in Prophetis loquebantur, ſicut ait Zacharias Propheta. Et dixit ad Angelum qui loquebatur in me. Quo Eccleſiæ cor lætificabat, audiens eius, quem deſiderabat aduentum. Sed ubi *ore, manibusq; corpus eius, & ſanguinem contrectauit*, meliora cognouit vbera Apoſtolicæ Euangeliorumque doctrinæ lacte manantia, vbi omnis diuina perfectio, quæ nunc miniſtratur, quā uinum ueteris Teſtamenti & legis, quæ ſecūdum Apoſtolum neminem ad perfectum perduxit. Quibus alimentis, niſi indeſinenter vſa fuerit anima, non poterit viuere inæternum. Quem cibum Eccleſia de ſupradictis uberibus in baptiſmatis ſuſcepit Sacramento, ubi trina confeſſione Patris, & Filii, & Spiritus ſancti noti tiæ odorem cognoſcit, cum ei ſæpe dictū, quod doctrinæ lactiformem contulerit redemptionis medullam, liquorem uidelicet baptiſmatis candidiſſimum, ſuauēque ſuccum *corporis Chriſti*, & pinguiſſimū butyrū ſacri Chriſmatis, oleū per quod Spiritus ſanctus infūditur.

Commen. in Cant. Cāt. cap. 1

Ore & manibus corp. Chriſti contrectatur.

Chriſma.

Haymo Epiſcopus Halberſtatenſis.

Vixit anno 834.

In 1. ad Corint. Sicut caro Chriſti, quam aſſumpſit in vtero virginali, verum corpus eius eſt, & pro noſtra ſalute occiſum: ita panis quem Chriſtus tradidit Diſcipulis ſuis, omnibusque prædeſtinatis ad vitam æternam, & quem quotidie conſecrant Sacerdotes in Eccleſia cum virtute diuinitatis, quæ illum replet panẽ, *verum corpus Chriſti eſt.* Nec ſunt duo corpora, illa caro quam aſſumpſit, & iſte panis, ſed *unum uerum corpus faciunt Chriſti*, in tantum, vt dum ille frangitur & comeditur, Chriſtus immoletur & comedatur, & tamen integer maneat & uiuus. Et ſicut illud corpus, quod in cruce depoſuit, pro noſtra ſalute & redemptione eſt immolatum: ita quotidie ad noſtram ſalutem & redemptionem iſte panis Deo offertur. Qui licet *panis uideatur: corpus eſt Chriſti.* Dominus enim & redemptor noſter conſulens noſtræ fragilitati (quia cognouit fragiles eſſe ad peccãdum) tradidit nobis hoc Sacramentum, vt quia ipſe iam non poteſt mori, & nos quotidie peccemus, haberemus *uerum ſacrificium*, quo poſſemus expiari. Ideoque quia vnum corpus faciunt, & pro noſtra redemptione offeruntur, dixit. Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur.

Eucha. licet panis uideatur, eſt tamẽ Chriſti corpus. Eucha. ſacrifi. à peccatis expiamur.

Hilduinus Abbas ſancti Dionyſii,

Vixit anno 840.

In uita Dioniſ. Epiſt. Beatus Dionyſius vbi poſt multas & perneceſſarias populi (qui eum ſequendo carcerẽ irruperant) exhortationes, & ad abſentes directa inſtitutionum præcepta Dominicarum, miſſarum ſolennia (vt confirmarentur *participatione corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Criſti*) fideles, velut iam in cælis poſitus celebraret: hora, qua frangebatur panis ſanctus, quo ipſe & populus communicare debebat, reſplenduit huiuſmodi lux de cælo ſuper eum, & in omnes, qui ibi aderant, qualem nemo eorum antea uiderat. In qua veniens apparuit Dominus Ieſus Chriſtus, etiam cunctis videntibus com multitudine

Miſſa.

dine Angelorum. Et accipiens panem ſanctum dedit illi dicens: Accipe hoc chare meus, quod mox complebo tibi vnà cum Patre meo, quoniam mecum eſt maxima merces tua, & his qui audierint te ſalus in regno meo.

Vvalafridus Strabo, Abbas,

Vixit anno 842.

Itaque Chriſtus, qui credentibus finis eſt legis, carnis diſpenſationem ſubiens, legis ſtatuta, vtpote adeo, non reſpuit, quin potius in ſe vt terminaret expleuit. Noui verò Teſtamenti, noua myſteria ad inſtruẽdum nouum hominem tradidit: Et morte ſua uetera perficiens, reſurrectione ſua noua firmauit. In cœna ſiquidẽ quam ante traditionem ſuam vltimam cum Diſcipulis habuit, poſt Paſchæ veteris ſolennia, *corporis & ſanguinis ſui Sacramenti, in panis & uini ſubſtantia* eiſdem Diſcipulis tradidit, & ea in commemorationem ſanctiſſimę ſuę paſſionis celebrare perdocuit. Conſulte à priorib. ſtatutum eſt, ne vinum in ſacrificio ſine aquæ admixtione offeratur, vt videlicet per hoc indicetur, populos qui ſecundum Ioannem aquæ ſunt, à Chriſto *cuius ſanguis in calice eſt*, diuidi non debere. Li. de Rebus Eccle. ca. 16

Igitur cum ipſe filius Dei dicat: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: ita intelligendũ eſt, eadem redemptionis noſtræ myſteria, & *verè eſſe corpus & ſanguinem Domini*, vt illius vnitatis perfectæ, quã cum capite noſtro, iam ſpe, poſtea re, tenebimus pignora, credere debemus. Inde & Sacramenta à ſanctificatione vel ſecreta virtute dicuntur. Vnde etiam criminum fœditate capitalium, à membris Chriſti deuiantes, ab ipſis Sacramentis eccleſiaſtico ſuſpenduntur iudicio. Qui enim corpus & ſanguinem Domini dignè manducat & bibit, deſignat ſe eſſe in Deo, & Deum in eo: Qui uerò medicinam, vel non habet, vel ea indignè vtitur, longe ſe à medico eſſe, languendo teſtatur. Non enim mentitur, qui dicit: Niſi manducaueritis carnem Idem eod. li. cap. 17.

Filij

Filij hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Annonius Monachus, Vixit an. 843.

Lib. 5. de Geſtis Francorũ cap. 19.

Aderant autem eius conſolationi venerabiles Antiſtites & alii ſerui Dei quam plurimi: inter quos erant Tethi venerabilis Treuirorum Archiepiſcopus: Ocgarius Moguntiæ ſimiliter Archiepiſcopus: ſed & Drogo frater Domini Imperatoris Metẽſis Epiſcopus, nec nõ ſacri palatii Archicapellanus. Quem quanto ſibi propinquiorẽ nouerat, tãto ei familiarius ſua omnia & ſemet credebat, per eum quidem quotidie confeſſionis ſuæ munus, ſacrificiumq́ue ſpiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus non deſpicit, offerebat. Cibusq́ue eius erat ſolummodo per quadraginta dies *Dominicum corpus*: laudante eo iuſtitiam Dei & dicente: iuſtus es Domine, vt quia quadrageſimæ tempus non ieiunans exegi, ſaltem coactus idem tibi ieiunium exoluam.

Rabanus Archiepiſcop. Moguntinus, Vixit anno 852.

Lib. de Diui. Offic.

Poſtquam ad communicandum & percipiendum *corpus Dominicum* peruentum erit, pacis oſculum ſibi inuicẽ tradunt cantantes. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis, ut pacificè Sacramenta percipientes in filiorum numero (remiſſis delictis omnibus) iubeantur computari.

Chriſtianus Druthmanus Presbyter. Vixit anno 855.

In Euang. Matth.

Cœnantibus autem eis &c. Sicut denique ſi aliquis peregrè proficiſcens dilectoribus ſuis quoddam uinculum dilectionis relinquens, eo tenore vt omni die hæc agant, & illius non obliuiſcantur: ita & Dominus præcepit nos agere, *transferens ſpiritualiter panem in corpus ſuum, & uinum in ſanguinem*: vt per hæc duo memores eſſemus, quæ fecit pro nobis *de corpore & ſanguine ſuo*, vt non ſimus ingrati amantiſſimæ charitati ipſius.

Nicolaus

Nicolaus I. Papa, Vixit anno 862.

Matricida ſic pœniteat, per vnum annum integrum Eccleſiam non ingrediatur,ſed ante fores baſilicæ ſtãs, orans & deprecans Deum perſeueret, ut tanto eripiatur piaculo. Completo anno introeũdi in Eccleſiam licentiam habeat,tantum inter audientes ſtet, ſed nondum communicet. Completis tribus annis ſacræ communionis ei gratia concedatur:oblationes verò non offerat, niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula expleantur. Si autem antè annorumn trium curſum, finis vitæ illius appropinquauerit,*corporis & ſanguinis Domini noſtri* particeps fiat. *In Decretis ſuis, De pœnitentia Titulo 17.*

Photius Archiepiſc. Conſtantinopo. Si hic Photius eſt is,qui cum Nicolao Romano Pontifice,ſimultates geſſit, Vixit anno 864.

Quoniam vnus panis.) Quia dixit, Communicatio *corporis Domini eſt*. Videtur autem id quod communicat, aliud eſſe ab eo cui cõmunicat: vult nunc oſtendere, quod non communicamus, ſed ipſum Chriſti corpus omnes ſumus. Quemadmodum ſanè in corpore, reliquum à capite dicitur corpus. Sicut enim in pane, inquit,ex multis granis fit vnus panis, ita & nos cũ multi ſimus, vnũ Chriſti corpus efficimur. Nã oẽs ex uno pane participamus.)Deinde rationem quoque addit,quo modo Chriſti corpus efficiamur.Quid enim eſt,inquit panis?Corpus nempe Chriſti. Quid autem efficiuntur hi qui participant?Corpus ſanè Chriſti. Nam participantes *corpus Chriſti* nos quoq; illud efficimur?quoniam vnus panis eſt Chriſtus: Ex multis nanque granis (vt exempli gratia loquamur)unus panis factus eſt. *In I. Epiſto. ad Corint.*

Interim dum veniat:) nempe in ſecundo aduentu. Quod dicitur: Interim dum ueniat,per hyperbaton accipiendum eſt, ut ſit iſte ſenſus. Quotieſcunque enim comederitis panem hunc,& ex poculo hoc biberitis,interim dum ipſe ueniat in ſecundo ſuo aduentu,eouſque *Idem in eandem.*

mortem

mortem ipſius annunciatis: poſt id enim tempus neque ſacra hæc myſteria participabimus, ad perfectiorem ac reconditiorem politiam ac fruitionem introducti. Itaque quiſquis ederit indignè:) ipſos taxat, oſtendens indignos eſſe, ut qui pauperes deſpicerent. Quoniam indignè, inquit, ad *Dominici corporis participationem* acceditis, propterea multis obueniunt morbi, afflictiones, clades, & interitus. Vnde autem prouenit vt indignè accedatis? Ex aliis peccatis quæ patratis, & quia ad Dominicam cœnam accedentes contemnitis pauperes, propter quos ordinatum erat ut conueniretis. Etenim ob hoc ipſum, & eam, quæ Dominica eſt, facientes propriam, iniuria afficitis: & Eccleſiam, in quam conuenitis ad faciendam cœnam Dominicam dehoneſtatis, gaſtrimargiæ menſam in ea uobis apponentes, & non Dominicam cœnam, & pauperes pudefacitis. Propter hæc ergo voſipſos *corpore & ſanguine Domini* indignos redditis. Reus erit) Quod ait reus erit *corporis & ſanguinis Domini* hoc indicat, quod quemadmodum Iudas eũ tradidit, Iudæi verò in ipſum debacchati ſunt. ita ipſum ignominia afficiunt, qui *ſanctiſſimum ipſius corpus* manib. impuris ſuſcipiunt, veluti tunc Iudæi eum tenuerunt, & execrando admouent ori. Per hoc autem quod frequẽter ait *corporis & ſanguinis Domini* manifeſtat, quod non ſit *nudus homo qui immolatur, ſed ipſe Dominus & factor omnium*, vt videlicet per hæc ipſos exterreat.

In ſacrificio Miſſæ immolatur ipſe dominus.

Ioannes Leuita Romanus.

Vixit anno 870.

Lib. 1. uitæ Gregorij capite 33.

Papa Pelagius meminit, quod eodem tempore Maximianus, qui poſt Syracuſanus extitit Epiſcopus, huic monaſterio præfuit. Qui ad venerabilem Leuitam Gregorium in eiuſdem regiæ vrbis palatio pro reſponſis Eccleſiaſticis deſudantem, viſitationis gratia cum fratribus venit. Et dum ad monaſterium eius (ſibi quoque commiſſum) Romam rediret, in mari Adriatico nimia tempeſtate deprehenſus, inæſtimabili ordine, atq; inuſitato

ſitato miraculo, erga ſe, cunctoſque, qui ſecum aderant, omnipotentis Dei & iram cognouit & gratiam. Nam cum in eorum mortem, uentorum nimietatibus fluctus eleuati ſæuirent, ex naui clauo perdito, arbor abſciſa, vela in vndas proiecta ſunt: totumque uas nauis quaſſatum nimiis fluctibus, ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Rimis itaque patentibus intrauit mare, ac vſque ad ſuperiores tabulas impleuit, ita vt non magis nauis inter vndas, quàm iam vndæ intra nauem eſſe videremur. Tunc in eadem naui reſidẽtes, non iam ex mortis uicinia, ſed ex ipſa eius præſenti viſione turbati omnes: ſibimetipſis pacis dederunt oſculum, & *corpus & ſanguinem Redemptoris* acceperunt, Deo ſe ſinguli commendantes, vt eorum animas benignus ſuſciperet, quorum corpora tam pauendæ morti tradiderat.

Ionas Epiſcopus Aurelianenſis,
Vixit anno 880.

Certe ut ad Apoſtolos ueniamus, nouimus eos quãdiu Hieroſolymitanũ templum ſtetit, crebrò illuc eos orandi gratia conueniſſe. Vnde & in actibus Apoſtolorum leguntur omni die in templo & circa domos docuiſſe, & in panis fractione *myſteria corporis Domini celebraſſe* & populis ſumenda tradidiſſe. *Lib. 3. In claudiũ Epiſc. Taurinenſem.*

Remigius Epiſcopus Antiſiodorenſis.
Vixit anno 882.

Si in ueritate *corpus Chriſti* eſt, quare appellatur myſterium? Propterea utique, quia poſt cõſecrationem aliud eſt, & aliud uidetur. Videtur ſiquidem panis & vinum, ſed *in veritate corpus Chriſti eſt & ſanguis*. Conſulens ergo omnipotẽs Deus infirmitati noſtræ, qui uſum non habemus comedere carnem crudam & bibere ſanguinem, facit ut in priſtina remaneant forma illa duo munera, & eſt *in ueritate corpus Chriſti & ſanguis*, ſicut ipſe dixit. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. *In Canonem Miſſæ.*

Ericus

Ericus Monachus, Vixit anno 883.

Homilia Euangelica.

Stabulum in quod illum duxit, præſens ſancta Eccleſia accipitur, ĩ qua ſancta Dei animalia (hoc eſt fideles) frumento verbi Dei iugiter aluntur, & *ſacratiſſimo Dominici corporis pane* confirmantur.

Paſchaſius Corbeienſis, Vix. an. 884.

Lib. de corpore & ſanguine Domini in ſacrament. Euchari.

Neque ſic condidit omnium artifex Deus, rerum naturas, ut ſuum uelle ab eis auferret: quia omnium creaturarum ſubſiſtentia in eadem Dei uoluntate ſubſiſtit & uirtute, à qua cauſſam habet, nõ ſolũ ut ſubſiſtat quidquid eſt, ſed etiam ut ſic ſit, ſicut ipſa Dei uoluntas decreuerit, quæ cauſſa eſt omnium creaturarum. Alioquin nec ſubſiſteret ulla creaturarum exiſtentia, niſi in eius uoluntate, à quo totius eius eſſe manat. Et ideo natura creaturæ quoties mutatur aut augetur uel ſubtrahitur, non ab illo eſſe diuertitur in quo eſt: quia ſic eſt, & ſic fit vt ille decernit à quo eſt. Patet igitur quod nihil extra vel contra Dei uoluntatem poteſt, ſed *cedunt* illi omnino omnia. Et ideo nullus moueatur de hoc *corpore Chriſti & ſanguine*, quod in myſterio *vera ſit caro, & verus ſit ſanguis*: dũ ſic ille voluit qui creauit. Omnia enim quæcunq; voluit Dominus fecit, in cælo & in terra. Et quia voluit, licet figura panis & uini hic ſit, tamen *omnino nihil aliud quàm caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt*. Vnde ipſa ueritas ad Diſcipulos, hæc inquit caro mea eſt pro mundi vita. Et mirabilius loquar, *non alia planè, quàm quæ nata eſt de Maria, & paſſa in cruce, & reſurrexit de ſepulcro.* Hæc inquam ipſa eſt, & ideo *Chriſti caro eſt*, quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur. Et cũ digne percipitur, uita utique in nobis æterna reparatur. Quòd ſi minus alicui quod dicimus credibile uidetur, attendat uniuerſa veteris ac noui Teſtamenti miracula, quæ contra naturæ ordinem ob fidei firmitatem à Deo geſta ſunt: & uidebit luce clarius, quod Deo nihil impoſſibile ſit, dum omnium eſſe, Dei uoluntas eſt, & quidquid voluerit Deus, hoc ſingula fiunt. At uero ſi quis

Non aliam carnẽ, quã quæ de Maria nata eſt, & in cruce paſſa in Eucha. ſumimus.

Exempla earum rerum, quæ præter naturæ ordi

quis iſta non credit, ſi uidiſſet Chriſtum in cruce, in ſpe cie ſerui, quomodò Deum illum intelligeret, niſi per fi dem prius credidiſſet? Ita & in *hoc corpore* vbi ſpecies a- lia monſtratur, quomodo *carnem Chriſti* uideat, niſi per fidem ueracius credat? Cogitet ergo ſi mare rubrum o- lim habuit in natura diuidendi ſe, ut populus per me- diũ ſicco veſtigio tranſiret, aut ſi habuit omnis illa Ae- gyptiorum aqua ex ſe, licet per Moyſen uim conuertẽ di ſe in ſanguinem? An in uoluntate Dei fuit, ut impios permulceret ad fidem, & monſtraret in ſpecie coloris eius, quod omnis eorum doctrina & morũ aſperſio ver ſa eſſet in ſanguinem? Deinde in Euangelio, ſi qua per hauſta de fonte habuit potentiam ſe in uini demutandi ſaporem? Et ut de innumeris pauca commemorem, Ha buit ignis ille Babylonis, ubi tres pueri miſſi ſunt, per naturam ne caleret? An in uoluntate Dei fuit ut fieret tanquam ſpiritus roris flãtis, ut refrigerium magis quã incendium præſtaret Sanctis? Cogitet ergo quiſque, pa nes illi in eremo quinque aut ſeptem, ſi habuerunt ſub ſtantialiter ex ſe ut tot homines ſatiarent, deinde tot ſportas implerent, an in gratia Dei fuit, quod factũ eſt creantis omnia? Minuendo enim multiplicabãtur: Nec non & Maria virgo habuit, ut uirgo pareret ſine coitu Deum, an in uirtute Dei? Et vt apertius dicam, caro no ſtra vel cæterorum animalium nunquid non terra? Imo terra, quia dictum eſt, terra es & in terram ibis. Quam- uis ergo terra uera caro eſt, licet corruptibilis, quæ ſi ſeruauerit iura legis, & mandatorum dei præcepta, ve- ſtietur adhuc immortalitate per iſta quæ exponimus, & quamuis caro, tamen incorruptibilis erit. Quę velim diligenter attendas ò homo, & tum per omnia quæcun que naturaliter uidentur eſſe, uel quæ contra naturam facta leguntur ab initio creaturæ, enucleatius obſecro conſidera, utrum ex ſeſe, in ſua natura fiant ſingula, vel quæ demutantur in aliud quod non erant, utrum per or dinem ſui iuris ut ſint mirabilia, aut certè quod magis fatebere, & illa quæ ſũt quaſi naturalia, & iſta quæ qua ſi contra

nem à Deo facta ſunt.

I (beside "dem prius credidiſſet")
II (beside "di ſe in ſanguinem")
III (beside "ſa eſſet in ſanguinem")
IIII (beside "naturam ne caleret")
V (beside "nes illi in eremo")

ſi contra naturam veniunt,prorſus omnia in voluntate Dei eſſe,& in ſapientia ſingula pro vtilitate rationabilium procreari. Et ideo cauſam omnium exiſtentium, voluntatem Dei recte fatemur. Nec immeritò,quoniã voluiſſe eius,feciſſe fuit. Vnde quotieſcunque aliquid fit ex aliquo,uirtute uoluntatis fit: & in ſapientia eius qualiter fiat,præparatur. Neque igitur voluntas eius ſine uirtute,neque uirtus eius ſine ſapientia quippiam efficit.Quia ergo volũtas Dei,virtus & ſapiẽtia eſt, ideo quidquid vult,ita fit vt vult,& in nullo fallitur: quia in ſapientia ſua omnia vult,imo ipſa ſapientia, eius volũtas eſt, & propterea nihil mali, nihil quod non poſſit vult. Vnde *quia ſic voluit vt caro eius eſſet & ſanguis hoc myſterium,in nullo dubites*, ſi Deum credis: ſed vera fide habeas in animo,quod *hæc eſt caro illa quæ,oblata eſt pro mũdi vita* quã qui dignè comederit,mortẽ nõ uidebit inæternum. Nihil enim Chriſtus Eccleſiæ ſuæ maius aliquid in myſterio reliquit,quàm hoc & baptiſmi Sacramentum nec non & ſcripturas ſanctas: in quibus omnibus Spiritus ſanctus,qui pignus tôtius Eccleſię eſt,interius myſtica ſalutis noſtræ ad immortalitatẽ operatur: Vnde,nec mirum,ſi Spiritus ſanctus, qui hominem Chriſtum in vtero virginis ſine ſemine creauit, etiam ipſe panis ac vini ſubſtantiam, carnem Chriſti & ſanguinẽ inuiſibili quotidie potentia,per Sacramenti ſui ſanctificationem operatur,quamuis nec viſu exterius,nec guſtu ſaporis comprehẽdantur. Sed quia Spiritualia ſunt, fide & intellectu pro certo,ſicut veritas prędixit,pleniſſimè ſumuntur. Quod *in ueritate corpus & ſanguis fiat conſecratione myſterij*:nemo qui vęrbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait. Caro.n. mea vere eſt cibus,& ſanguis meus uere eſt potus. Et ut Diſcipulis non recte intelligentibus clareſceret,de qua dicebat carne, vel de quo ſanguine,manifeſtans inſinuat:. Qui mãducat meã carnem,inquit & bibit meum ſanguinẽ: in me manet, & ego in illo. Ergo ſi vere eſt cib. & vera caro:& ſi verè eſt potus,utique & uerus ſanguis. Alioquin quomodo verum

Cauſſa omnium, uoluntas Dei.

In Euchari. eſt illa caro, quæ pro mũdi vita oblata eſt.

Spir. Sanct. qui hominẽ Chriſtum in utero uirginis creauit, panis ac vini ſubſtantiam quotidie in carnẽ & ſanguinẽ Chriſti erat

verum erit quod dicit. Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita, niſi vera ſit carò? Vtique & verus panis, panis qui de cælo deſcendit. Sed quia Chriſtum vorari fas dentibus non eſt, voluit in myſte rio hunc panem & uinum verè carnem ſuam & ſanguinem conſecratione Spiritus ſancti potencialiter creari, creando verò quotidie pro mundi uita myſtice immolari, vt ſicut de virgine per ſpiritum vera caro ſine coitu creatur: ita per eundem ex ſubſtantia panis ac vini myſtice idem corpus Chriſti & ſanguis cõſecretur. De qua videlicet carne ac ſanguine. Amen amen, inquit, dico vobis niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Vbi profectò non aliam, quàm veram carnẽ dicit, & uerum ſanguinem, licet myſtice. Vnde quia myſticum eſt Sacramentum, nec figuram illud negare poſſumus. Sed ſi figura eſt, quærendum quomodo veritas eſſe poſſit. Omnis enim figura alicuius rei figura eſt, & ſemper ad eum refertur, ut ſit res vera, cuius figura eſt. Nam figuras veteris Teſtamenti vmbras fuiſſe, nemo qui ſacras literas legit, ambigit. Hoc vero myſterium aut ueritas eſt, aut figura, ac per hoc umbra eſt: aut certe quærendum eſt hoc totum: vtrum veritas dici queat, ſine falſitatis umbra, quamuis myſteriũ huiuſmodi res appellari debeat. Sed figura eſſe uidetur dum frangitur, dum in ſpecie viſibili aliud intelligitur, quàm quod viſu carnis & guſtu ſentitur; dumque ſanguis in calice ſimul cum aqua miſcetur. Porrò illud fidei Sacramentũ, iure veritas appellatur. Veritas ergo dum corpus Chriſti & ſanguis uirtute ſpiritus in verbo ipſius, ex panis viniq́ue ſubſtantia efficitur: figura vero, dum Sacerdos quaſi aliud exterius gerẽs, ob recordationem ſacræ paſſionis ad aram venit, & quod ſemel geſtum eſt, *quotidie immolatur agnus.*

Sacramentum Eucha*riſtiæ & ueritas eſt, & figura.*

*P*anis *ſubſtãtia, uirtute Spiritus ſan. in uerbo* Cri*ſti efficit. corpus ipſius.*

Cœnãtibus autem illis accepit Ieſus panem, benedixit ac fregit, deditq́ue Diſcipulis ſuis & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum.) Audiant qui volunt

Idem in ca. Math. 26.

extenuare hoc verbum corpus, quod ſit *uera caro Chriſti*, *Nota.* quæ nunc in Sacramento celebratur in Eccleſia Chriſti: neq; *uerus eius ſanguis*. Neſcio quid uolētes plaudere aut fingere, quaſi quædam virtus ſit carnis & ſanguinis in eo admodum Sacramento, ut Dominus mentiatur & non ſit uera caro eius, neque verus ſanguis, in quibus vera mors Chriſti annuntiatur, cum ipſa ueritas dicat: Hoc eſt corpus meum. Similiter & de calice, hic eſt ſanguis meus, bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, non qualiſcunque, ſed qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Nec ita dixit, cum fregit & dedit eis panem, hæc eſt, uel in hoc *Attende hæc impie ſacramentarie.* myſterio eſt quædam uirtus uel figura corporis mei, ſed ait nō ficte: hoc eſt corpus meum. Et ideo hoc eſt, quod dixit, & non quod quiſque fingit. Vbi Lucas addidit quod pro uobis tradetur, vel ſicut alii codices habent, datur. Sed & Ioānes ex perſona Domini, Panis inquit, quem ego dabo, caro mea eſt, non alia, quam pro mundi vita. Ac deinde. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Vnde miror quid uelint nunc quidam dicere, non in re eſſe veritatem carnis Chriſti, uel ſanguinis, ſed in Sacramēto, virtutem quandam carnis, & non carnem: virtutē fore ſanguinis, & non ſanguinem: figuram, & non veritatem: umbram, & non corpus: cum hic ſpecies accipit veritatem, & figura veterum hoſtiarum, corpus. Vnde veritas ait, cum porrigeret Diſcipulis panem: Hoc eſt corpus meum, & nō aliud, quàm quod pro uobis tradetur. & cum calicem: Hic eſt calix noui teſtamenti, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Necdū itaque erat fuſus, & tamen ipſe *porrigitur in calice ſanguis qui fundendus erat*. Erat quidem iam in calice, qui adhuc tamen fundendus erat in precium. Et ideo ipſe, idemq; ſanguis iam erat in calice, qui & in corpore, ſicut & caro vel corpus in pane. Erat autem integer Chriſtus & corpus Chriſti coram oculis omnium poſitum, nec nō & ſanguis in corpore, ſicut & adhuc hodie integerrimū

eſt

eſt & manet, qui uere dabatur eis ad comedēdum & ad bibēdum in remiſſionem peccatorum. Dicat ſimiliter aliquis, ſi in aliquo alio remiſſio eſt peccatorum, quam in Chriſto? Conſtat enim, quia non eſt. Et quia in hoc corpore ac ſanguine remiſſio eſt peccatorū, vera Chriſti caro eſt & ſanguis. Nec mireris frater, qui fortè iſta non credis, quia non noſtra ſunt quæ dicimus. Omnipotens eſt enim Dei verbum, & efficax ad omnia, quæ vult ſecundum multitudinem virtutum ſuarum. cum ſit ipſe vnus omnium virtutum virtus. Cuius verba non alicuius quàm unius uerbi, quod ipſe eſt, ſunt uerba: & ideo plena ſunt ueritate, quia ſpiritus & uita ſunt, nec habent aliud in ſe præter quod ipſa per ſe profitetur veritas. Accipite, inquit, hoc eſt corpus meum: & de calice, hic eſt ſanguis meus. Poterant enim Apoſtoli tunc, ſi non crederent uerba uitæ & veritatis reſpondere & quærere, quomodo panis ille uel calix vini corpus & ſanguis eſſent Chriſti, cū ipſe integer Chriſtus in corpore ſuo coram oculis eorum erat: ſed quia crediderūt quod dixerat, ſilentio confitentur & accipiunt quæ nobis poſtea tradiderunt. Tradiderunt autem non aliam, quàm ipſam eandem cœnam, quam ipſi tunc manducauerunt & biberunt. Vnde volo perpendat fidelis animus, quid interſit inter illud typicū Paſcha, quo agnus immolatus eſt in eadē cœna & comeſus, & inter iſtud quod ſecundum ordinem Melchiſedec in pane & uino continuo celebratur, de quo ſane Paſcha dixit eadem hora omnibus ſuis: Deſiderio deſideraui mãducare hoc Paſcha vobiſcum antequam patiar. Quod ſi nihil amplius habet hoc myſterium præter figuram corporis & ſanguinis Chriſti, & non hoc eſt, quod ipſe dixit, quid neceſſe fuit iterare in facto, quia iam hoc totū præfiguratum erat in agno? Vnde & Lucas duos calices datos eſſe Diſcipulis in cœnam commemorat. Vnum prius poſt agni comeſtionem antequam panem acciperet: alium verò poſtquàm benedixit ipſum panem ac fregit, & dedit Diſcipulis ſuis. Similiter, inquit, poſtquam cœ-

nauit dicens:Hic calix noui Teſtamenti eſt in meo ſanguine,qui pro uobis effũdetur,ubi datur intelligi,quia agnus ille legalis cũ ſuo calice ĩ figura præceſſit paſſionis Criſti.Deĩde corpus & ſanguis ĩ calice ad expletionem factum eſt ueritatis, ut quod in Melchiſedec præceſſerat,totum compleretur in Chriſto. Et notandum eſt quod ait:benedixit & fregit, in qua nimirum benedictione ac fractione noua creatura efficitur, ut panis in commemorationem mortis Chriſti Deo fide oblatus,caro eius iure creditur. Similiter & ſanguis in eadẽ gratiarum actione,qua Deo patri gratias egit,credatur ut uere,ſanguis credatur, qui effuſus eſt pro multis in remiſſionem peccatorum. Et ideo *quiſquis de hoc dubitat,fidem ſe habere denegat*,quia in fide Criſti, nihil aliud quam ueritas eſſe poteſt.Quod autem propria ſit Chriſti caro,teſtantur omnes Catholici, teſtatur & Cyrillus cum ſuis ducentis Coepiſcopis in Epheſo congregatis.Sed quidam loquaciſſimi magis,quàm docti dum hæc credere refugiunt,quæcunque poſſunt (ne credant quæ ueritas repromittit)opponunt & dicunt nullũ corpus eſſe,quod non ſit palpabile & viſibile. Hæc autem inquiunt,quia myſteria ſunt, videri nequeunt nec palpari,& ideo corpus non ſunt,& ſi corpus non ſunt, in figura carnis & ſanguinis hæc dicuntur, & non in proprietate naturæ carnis Chriſti,quæ paſſa eſt in cruce & nata de Maria virgine.Ecce quàm bene diſputant contra fidem ſine fide, nec credant quia fides non eorum eſt(teſte Apoſtolo)quæ uidentur,ſed quæ non vidẽtur. Vnde quia non videntur myſteria ſunt & Sacramenta. Et ideo in fide hoc,ſunt quod dicuntur, & ueritas teſtatur.Propterea quia ſperandorum ſunt non aliud iure quàm caro & ſanguis Chriſti creduntur. Alioquin præfata ſancta Synodus Epheſina, cui contradicere nulli fas eſt pluſquam Euangelio, nunquam auderet abnegare quod abnegat,niſi ex Euangelio,& affirmare uere uiuificatricem carnem Chriſti in hoc Sacramento,& ipſius

Omnes Catholici teſtati ſunt, in Eucha. propriam Chriſti carnem contineri.

Obiectio.

Sacramentarij diſputãt, ſine fide, contra fidem.

Solutio,

ſius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, inquiunt, ut Deus exiſtens, quia propriæ carni vnita. Vnde ſi apertius de his dici poſſit neſcio, aut ſi manifeſtius, ubi totum quod eſt Chriſtus prædicatur, non in figura ſed in re, & improprietate, atque in natura, quæ uita naturaliter vt Deus exiſtit, & ideo non uirtus tantũ, ſed proprietas naturæ iure creditur. Ac per hoc iſti qui negant hoc viſibile eſſe myſterium atque palpabile, nõ aliud niſi ne credant, & ne ſit quod veritas ait: Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus. Nunc autẽ quia claruit, quòd non omnium eſt fides, diſcant quæſo cum talibus credere, ſi adhuc nequeunt intelligere quod Deo nihil eſt impoſſibile. Diſcant & verbis diuinis in omnibus acquieſcere, & in nullo de his dubitare. Quia vſque ad præſens nemo in his erraſſe legitur, niſi qui de Chriſto errauerit. Quin potiùs admiremur profundiſſimum Dei conſilium, quod magni conſilij Angelus inſtituit, qui vult omnes ſaluos fieri homines. Admiremur, & laudemus, atque intelligamus in his, quod beatus Hilarius intellexit, quo artificio (vt ita loquar) nos Chriſtus in ſe collegit, vel quo myſterio vnum in ſe nos eſſe naturaliter voluit, non per concordiam ſolummodò voluntatis, ſed & per naturam carnis ſuæ & ſanguinis. Ideo verum eſt quod Ambroſius ait ſanctiſſimus, quia *ipſa eademq; caro eſt & ſanguis*, quam accipimus & communicamus, quæ nata eſt de Maria, & quæ pro nobis pependit in cruce. Vnde ſi quis hoc negat ita eſſe quia Sacramẽtũ uocatur, erit ei, ſicut ſanctus Auguſtinus teſtatᷓ, mors nõ vita, qui mendacẽ putauerit vitã. Et quia Chriſtus ſuum dicit eſſe corpus, ſuumque ſanguinem, non oportet, & ſi oculis carneis non uidemus, quod credimus mente dubitare in aliquo. Audiuimus quid ſanctus Cyrillus cum uniuerſis Coepiſcopis in Epheſo cõgregatis ſentiat, quid Græcia cum eiſdem, quid Aegyptus & S. Hieronymus presby. Et ideo quãuis ex hoc quidam ex ignorantia errent, nemo tamẽ eſt adhuc in aperto, qui hoc ita eſſe contradicat, quod totus

Nemo de ſide Sacram. errauit, qui nõ potius de Chriſto errauerit.

Nota.

Cracia, Aegyptus, Hierony. Cyrillus cum Synodo Epheſina, profitentur propriã Dei uerbi carnem in Euch. Totus orbis & credit et confitetur, ueram

Chriſti carnem in Eucha. Quotidie manibus ſacerdotis, Chriſtus immolatur.

tus orbis credit & confitetur. Quapropter chariſſime nihil in hoc dubites myſterio, quod ueritas Chriſtus de ſe largitus eſt nobis, quia etſi ſedet in dextera Patris in cælis, non dedignatur ſub Sacramento quotidie per manus Sacerdotis ac ſi uera hoſtia, non infideliter ſed fideliter immolari.

S. Theodorus, Opinantur quidam vixiſſe illum circa annum 899.

In Foro pœnitẽtiali, Rubrica 41.

Licet malus ſit Sacerdos, tamen conficit *corpus & ſanguinem Chriſti*, vt bonus, quia quæ ſancta ſunt non poſſunt pollui. Et licet Sacramenta obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus.

Rodulphus Flauienſis, Vixit anno 912.

Lib. 14. in Leuiticum. Magnus habẽdus eſt honor loco in quo Chriſti corpus ſumitur

Sanctuarium meum metuite. Nam, vt legitur Numeri capite tertio, Moyſes, & Aaron cum filijs ſuis iubẽtur habere ſanctuarii cuſtodiam. Quiſquis autem alienus acceſſerit morte moriatur, ait textus. Si igitur loco illi tanta exhibebatur reuerentia, vbi vitulorum tantùm, & hircorum ſanguis offerebatur: quid illi honoris habẽdum, in quo populus ſacratum *Chriſti corpus* aſſumit, & *ſanguinis*, bibit hauſtum: in quo ſacroſancti latices veteres diluunt culpas?

S. Odo Abbas Cluniacenſis, Vixit anno 920.

Lib. Collationum ca. 21. Sacerdos malus æque ac bonus corpus Chriſti cõficit.

Non melior eſt baptiſmus per manus cuiuslibet ſancti hominis, quàm per manus peccatoris donatus. Quoniam qualiſcunque ſit baptizator, Ieſus eſt qui baptizat. Sic & de miniſterio altaris debet intelligi, quia ſcilicet per manus aut iuſti aut iniuſti Sacerdotis, oblationem conſecrat ipſe Chriſtus. Sicut enim Ioãnes Chryſoſtomus in Homilia de prod[i]tione Iudę diſſeruit. Nũc ipſe Chriſtus præſto eſt: & non ipſe Sacerdos corpus Domini conſecrat, ſed ipſe Chriſtus per ipſum.

Smaragdus Abbas, Vixit anno 930

In Diademate Mona

In veteri teſtamento, eo tempore tantùm, quo Sacerdotes

cerdotes præſto erant altari, ab uxorum ſuarum ſe con tinebant concubitu: nunc autem, quia quotidie *corpus Domini* aut conficiendum nobis eſt ad altare, aut ſumendum, à carnali concubitu quotidie nobis eſt abſtinendum. *chorum, ca. 49.*

Stephanus Epiſcopus Heduenſis, Legi illum vixiſſe anno 950.

Quod Sacerdos orat oblationem panis & uini ſeri corpus Domini & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Criſti: primo factum eſt cœnantibus Diſcipulis in his verbis à Chriſto prolatis, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei. Sed priuſquàm Sacerdos hæc uerba proferat, quod ſequitur præcedentibus continuat dicens: Qui pridie, quam pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, &c. Dum hęc verba profert, ſumit panem de altari, & eleuatum facto ſignaculo crucis, benedicit, & poſtea prætaxatis verbis Domini recitatis, ſuper corporale deponit. O inſigne miraculum. O mirabile & diuiniſſimum Sacramentum. Quæ mens non expaueat? Quis intellectus non deficiat? Omnis ſēſus hebeteſcit, omnis ratio euaneſcit, omnis prorſus dialecticorū īquiſitio abſit, hoc ſola fides probat & agnoſcit, quia cibus hominum fit, cibus Angelorum. *Lib. de Sacramēto Altaris.*

Quod Sacerdos eleuat, non deponit. Eleuatum & depoſitum idem videntur eſſe in ſpecie, colore, & ſapore. Prorſus tamen aliud apparet, & aliud intrinſecus latet. Eleuatus eſt de altari panis communis: deponitur *caro Chriſti* immortalis. Quod erat momētanea refectio hominum, factum eſt æterna & indeficiens ſaturitas Angelorum. Itaque fides noſtra eſt, & uere credendum eſt, quod Sacerdote proferente hæc uerba: Hoc eſt corpus meum, iam non eſt panis terrenus: ſed *ille panis qui de cælo deſcendit, mediator Dei & hominum*, *Ieſus Chriſtus*. Itē uirtute verborū iſtorum: Hic eſt calix ſanguinis mei, &c. *uinum conuertitur in ſanguinem Chriſti.* Sub vtraque ſpecie, & ſub utriuſque ſpeciei particula ſingula totus eſt Cri- *Tranſubſtātiatio.*

ſtus Ieſus, & ſumitur reſidens in cælo, ſedens ad dexteram Patris, ipſe uere eſt in hoc Sacramento, dentibus teritur,& integer manet. Manducatur & non corrumpitur,immolatur & non moritur. Qualem ſe præbuit Diſcipulis edendum, talem ſe præbet nobis communicandum:& qui poſt reſurrectionem incorruptibilis & impalpabilis præbuit, præbuit ſe Diſcipulis palpabilem:mortalis eiſdem potuit ſe dare immortalem.

S. Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis.
Vixit anno. 1010.

Epiſto. ad Adeodatū.

Tria ſiquidem nobis ſunt ad profectum Chriſtianæ religionis propoſita, & ad cōſummatam iuſtitiam perinde neceſſaria, vt in his tota humanæ ſalutis ſumma conſiſtat, ſine his iuſticia nomen habet virtutis, præmium non habet virtutis. Horum primum eſt intelligere & firmiter tenere myſterium trinitatis, & unius veritatem Deitatis. Secundum ſalutaris baptiſmi rationem noſſe vel cauſſam. Tertium in quo duo vitæ Sacramento,id eſt,Dominici corporis & ſanguinis continentur.In his tribus multi nimis carnaliter ſapientes, dum plus carnalem ſenſum,quàm fidei arcana myſteria contemplantur,in abruptum pernitioſi erroris præcipitium deuoluti,nec rerum veritatem, nec Sacramentorum virtutem percipiunt,& ideo ab vnitate Eccleſiæ diuiſi,dum fieri nolunt Diſcipuli ueritatis, magiſtri fiunt erroris.Prætermiſſa itaq; luce ueritatis tenebroſas proponunt calumnias,& ſacras ſcripturas uerbis ſacrilegis nitūtur impoſturare,aut furtiuis eraſionibus recidere. Iam nunc ad illud Domini corporis & ſanguinis venerabile tranſeamus Sacramentum, quod quidem tanto formidabile eſt ad loquendum, quanto non terrenum, ſed cæleſte eſt myſterium:non humanæ ęſtimationi cōparabile,ſed admirabile:non diſputandum,ſed metuendum.De quo ſilere potius exiſtimaueram,quàm temeraria diſputatione indignè aliquid diffinire:quia cæle-

Cur multi circa fidem Sacramentorum errent.

ſtis

ſtis altitudo myſterii plenè nō ualet officio linguæ corruptibilis exponi. Eſt enim myſterium fide non ſpecie æſtimandū: non uiſu corporeo, ſed ſpiritu intuendum. Cui quidem ad vſum profuit non ſuperſtitioſa mortalium cultura, ſed cæleſtis diſciplinæ magiſtra auctoritas: non doctrina humana, ſed inſtitutio diuina. Cuius potentis myſterii ſecretum quando quidem ratio (rerum mole victa) comprehendere non valet, hoc tantū fides teneat: quia quidquid inter homines Deus egit aut pertulit, cauſſa ſeruandi humani generis vel reparandi gratia fuit, in quo beneficia ſua, quæ ab initio dederat, ſic ſemper dilexit, vt noſtris malis licet offenſus, pronior ſemper ad indulgentiā foret, quam ad vindictam. Inde eſt, quod damnationis noſtræ proſcriptionem, quam primi parentis tranſgreſſio miſerabiliter in poſteros transfuderat euacuare diſponens, carnis noſtræ morticinum ſuſcepit: per quam immortalis moriendo, captiuitatis noſtræ cauſſam ſoluiſſet. Inde eſt, quod reparata humanæ originis dignitate, ſciens ſemper Diabolum inuidere, & nequitiæ ſuæ arte quærere qualiter hominem à ſui conditoris uoluntate auerteret, & antiquæ perditioni (ſi fas eſſet) obnoxiū redderet, defectum noſtræ fragilitatis miſeratus, aduerſus quotidianas noſtræ prolapſionis offenſas, ſacrificii placabilis nobis prouidit expiamenta, vt quia corpus ſuum, quod ſemel pro nobis offerebat in precium, paulo poſt à noſtris viſibus ſublaturus fuerat in cœlum: ne ſublati corporis fraudaremur præſenti munimine corporis nihilominus & ſāguinis ſui pignus ſalutare nobis reliquit non inanis myſterii Symbolū, ſed *cōpaginante Spiritu ſancto, Chriſti corpus verū*, quod quotidiana veneratione ſub viſibilis creaturæ forma, inuiſibiliter uirtus ſecreta in ſacris ſolēnnis operatur. De quo ſub hora paſſionis ſuæ ipſe familiarib. ſuis ait: Hoc ē corpus meū, & paulo poſt, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamēti, qui pro uobis fundetur. Et alibi. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.

Secretum myſterii Euchariſt. ratio humana comprehendere non poteſt.

Euchariſt. placabile ſacrificium.

eo.Qua ueri magiſtri auctoritate animati dum corpori & ſanguini eius communicamus,audēter fatemur, nos in corpus illius transfundi, & ipſum in nobis manere. In nobis ipſum manere dico,non ſolum per concordiā voluntatis,ſed per naturæ vnitæ veritatem. Cum uero in re omni ſint erga nos inæſtimabiles diuitiæ Dei, adeò ut maieſtate abſcōdita corruptibile pro nobis corpus induerit, contumeliis & paſſionibus ſe ſubdiderit quo opem ferret aſſumpto homini, quid indignū Deo iudicari poteſt,qui uterum virginis ſubiit,ſi virginibus creaturis infunditur: quæ licet ſimplicis naturæ paulo ante præferrent imaginem, poſtmodum cæleſtis verbi ſanctificatione inſpiratis, maieſtas vera infunditur, & quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius: iam *corpus Chriſti,& ſanguis ſit interius.* Dubitari etenim nefas eſt,ut ad cuius nutum cuncta ſubitò ex nihilo ſubſtiterunt,ſi pari potentia in ſpiritualibus Sacramētis terrena materies,naturæ & meritum generis ſui tranſcendens *in Chriſti ſubſtantiam commutetur*, cum ipſe dicat: Hoc eſt corpus meum, & paulo poſt: Hic eſt ſanguis meus.Si Deum omnia poſſe credis, & hoc conſequitur vt credas, nec humanis diſputationibus diſcernere curioſius inſiſtes,ſi creaturas, quas de nihilo potuit creare,has ipſas multo magis valeat in excellentioris naturæ dignitatem conuertere, & in ſui corporis ſubſtantiam transfundere.

Panis mutatur in Chriſti ſubſtantiam.

Berno Abbas Augienſis, Vix.an.1020.

Lib.de Officio Miſſæ.

Oblatum ſane panem, *in uerum Chriſti corpus* ſicut & vinum *in ſanguinem Dominicum conuerti non dubitamus.* Sergius Papa conſtituit vt in tempore confractionis Dominici corporis agnus Dei à clero & populo decantetur,videlicet ut ille nobis propitietur, cuius corpus ibi confringi videmus & credimus.

Burchardus Vvormacienſis Epiſcopus.

Vixit anno 1025.

Lib.6.de Sa

Accipit Catechumenus ſal, ut putrida & fluxa eius peccata

pe[c]cata ſapientiæ ſale diuino munere mundētur. Dein de Symboli Apoſtolici traditur ei fides, vt vacua domus, & à priſco habitatore derelicta, fide ornetur, & vt præparetur habitatio Deo. Tum fiunt ſcrutinia. vt exploretur certius an poſt renuntiationem ſatanæ ſacra verba datæ fidei radicitus corde defixerit. Tanguntur & nares, vt quam diu ſpiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoque eodem perungitur oleo ut ſigno ſanctæ crucis, diabolo claudatur ingreſſus. Signantur & ſcapulæ, vt vndique muniatur. Item in pectoris & ſcapulæ unctione ſignatur fidei firmitas & operum bonorum perſeuerantia. Et ſic in nomine ſanctæ Trinitatis, trina ſubmerſione baptizatur. Et certe homo, qui ad imaginem ſanctæ Trinitatis creatus eſt, ad eandem renouatur imaginem: & qui tertio gradu peccati, id eſt, conſenſu cecidit in mortem, tertio eleuatur à fonte, per gratiam ſurgit ad uitam. Tum albis induitur veſtimentis propter gaudium regenerationis, ad caſtitatem vitæ, & Angelici ſplendoris decorem. Tum ſacro chariſmate caput perungitur, & myſtico tegitur velamine, vt intelligat ſe diadema regni, Sacerdotii dignitatem portare, iuxta Apoſtolum. Vos eſtis genus regale & Sacerdotale, offerentes voſmetipſos Deo uiuo hoſtiam ſanctam & Deo placētem. Sic *corpore & ſanguine Domini* confirmatur, ut illius ſit capitis membrū, qui pro nobis paſſus eſt, & reſurrexit.

cramētis Eccleſiæ.

Pulchra admodum, ceremoniarū ſacri Baptiſmi interpretatio.

Vſus Chriſmatis in baptiſmate.

Petrus Cancellarius Carnotenſis.

Vixit anno. 1030.

Iurauit Dominus, id eſt, Deus pater promiſit firmiter tibi homini, & non pœnitebit eum, id eſt, non mutabit hoc, quod ſequitur. Tu es Sacerdos in æternum, id eſt, non temporalis ſicut Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedec, quia Chriſtus panem & uinum in corpus ſuum & ſanguinem conſecrauit, ſicut Melchiſedec Abrahæ redeunti a victoria, quinque regum, panē & uinum obtulit, id eſt, Domino litauit.

In Paraphr. Pſal.

Bruno Epiſcopus Herbipolenſis.
Vixit anno 1040.

In Pſal. 109 Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Hoc Chriſto veraciter aptari decet, qui corpus ſuum in panis ac uini erogatione ſalubriter nobis conſecrauit.

Petrus Damiani Epiſcop. Hoſtienſis.
Vixit anno 1050.

In Dictum Apoſtoli, Qui adheret meretrici unum corpus & cæte.

Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur, &c. Cur ô Sacerdos qui ſacrum dare, hoc eſt, ſacrificium Deo debes offerre, temetipſum prius maligno ſpiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim à mẽbris Chriſti abſcinderis: & corpus meretricis efficeris, Apoſtolo teſtante, qui ait: Qui adhæret meretrici, unũ corpus efficitur. Quid tibi cum corpore Chriſti, qui per carnis illecebroſæ luxuriam mẽbrum factus es Antichriſti? Quæ enim conuentio lucis ad tenebras? Si igitur Redemptor noſter tantopere dilexit floridi pudoris integritatem, ut non modò de uirgineo vtero naſceretur, ſed etiam à nutritio virgine tractaretur, & hoc cum adhuc vagiret in cunis, à quibus nunc obſecro, tractari vult *corpus ſuum*, cum iam immenſus regnat in cælis? Si mundis attingi manibus volebat in præſepio poſitus, quantam corpori ſuo nunc vult adeſſe munditiam iam in paternæ maieſtatis gloria ſublimatus?

Idem Serm. de S. Maria uir. Natali.

Hic dilectiſſimi fratres mei, hic rogo perpendite, Dei genitrici quantas illi poſt Deum de noſtra redemptione gratias agere debeamus. Illud ſiquidem *corpus Chriſti*, quod beatiſſima virgo genuit, quod in gremio fouit, quod faſciis cinxit, quod materna cura nutriuit, illud, inquam, abſque ulla dubietate non aliud, nunc de ſacro altari percipimus, & eius ſanguinem in Sacramẽtum noſtræ redemptionis haurimus. Hoc catholica fides habet, hoc ſancta Eccleſia fideliter docet.

Theo-

Theoduinus Epiſcopus Leodienſis.

Vixit anno 1051.

Fama ſupremos Galliæ fines prætergreſſa totã Germaniam peruaſit, iamque omnium noſtrum repleuit aures qualiter Bruno Andegauenſis Epiſcopus, itẽ Berengarius Turonenſis antiquas hæreſes modernis temporibus introducendo aſtruant, corpus Domini (in Euchariſtia) non tam *corpus eſſe*, quàm umbram & figuram corporis Domini. *Epiſt. ad Hẽricum Regẽ Gallorum.*

Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis.

Vixit anno 1052.

Prior ſententia, per quam dicitur, panis & uinum altaris ſolummodo Sacramenta ſunt, tua eſt, tuorumque ſequacium. Poſterior uero, quæ enuntiat, panis & vinum altaris ſolummodo ſunt verum Chriſti corpus & ſanguis nullius hominum eſt. Nam & tu veritatem carnis & ſanguinis negas, & Eccleſia Chriſti ſic *panem in carnem, uinum credit conuerti in ſanguinem*, vt tamen ſalubriter credat, & veraciter recognoſcat Sacramentum eſſe Dominicæ paſſionis, diuinæ propitiationis, concordiæ & vnitatis: poſtremò aſſumptæ de virgine carnis & ſanguinis, ſingula ſuis diſtinctiſque modis, de quibus ſuo loco ac tempore euidentius diſſeretur. Sicut qui dicit: Chriſtus eſt lapis angularis, non reuera Chriſtum lapidem eſſe conſtituit, ſed propter aliquam ſimilitudinem, quam ad ſe inuicem gerunt, tale ei nomen imponit: eodem modo cum diuina pagina corpus Domini panem vocat, ſacrata ac myſtica locutione id agit, ſeu quoniam ex pane conficitur, eiuſque nonnullas retinet qualitates, ſeu quia animã incomprehenſibiliter paſcendo ſatiat, eiq; æternę vitæ ſubſtantiã ſubminiſtrat, vel quod corpus eſt filii Dei, qui eſt panis Angelorum, & in quem, ſicut ait princeps Apoſtolorum, deſiderant Angeli proſpicere: ſeu alio aliquo modo, qui à doctoribus comprehendi poteſt. Confitetur enim Eccleſia

Lib. de ueritaet corporis & ſanguinis Domini, in Euch. aduerſus Berengarium. Tranſubſtãtiatio.

Cur corpus Chriſti panis etiã poſt conſecrationẽ uocetur.

Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa panem & uinum ad ſacrandum proponi in altari, ſed inter ſacrandum *incõprehenſibiliter & ineffabiliter in ſubſtantiam carnis & ſanguinis commutari.*

Eccleſia toto orbe diffuſa confitetur panẽ in ſubſtantiam carnis Chriſti commutari.

Non tamen panem negat, imo cõfirmat. Sed panem, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo: panem, quem Ambroſius & Auguſtinus eiſdem verbis vocant epiouſion, id eſt, superſubſtãtialẽ, quia caro Criſti omnib. creatis ſubſtantiis maior exiſtit, omnes creaturas excellentiſſima dignitate præcellit. Vinum quoque, non qualecunque, ſed quod hominum, non quidẽ omnium, ſed ſeruorum Dei corda lætificat, quæ & animas inebriat, & à peccatis purgat. Quonam modo panis efficiatur caro, vinumq́ue conuertatur in ſanguinẽ, vtriuſque eſſentialiter mutata natura, iuſtus, qui ex fide viuit, ſcrutari argumentis, & cõcipere ratione nõ quærit. Mauult enim cæleſtibus myſteriis nunc fidem adhibere, vt ad fidei præmia quandoque valeat peruenire, quàm fide omiſſa in comprehendendis iis, quæ cõprehendi non poſſunt ſuperuacue laborare, ſciens ſcriptũ eſſe: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Nõ eſt enim tibi neceſſarium, ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis.

Panis, quomodo in carnem Chriſti conuertatur neque argumentis ſcrutari, neque ratione concipere, iuſtus conetur.

Diuina tamen potentia mirabiliter operãte fieri poſſe concedit. Nec defuere quibuſdam dubitãtibus digna miracula, quibus rerum viſibilium atq; corruptibilium ablatis tegumentis ſicuti reuera eſt appareret corporalibus oculis caro Chriſti & ſanguis: omnipotente Deo miſericorditer ſanante infirmorum imbecillitatem, & terribiliter damnante atque euertente omnium hæreticorum deteſtabilem prauitatem.

Cur miracula circa Euchar. Sacramentum contigerint.

Quorum officium eſt, ſimplicem infantium atque lactentiũ, ex quibus laudem perficit Chriſtus, fidem irridere, rationibus omnia velle comprehendere: cum ipſi ſint rationis expertes facti propter arrogantiam & ſterilitatem ſicut æquus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quod verò incorruptionem Dominici corporis, & quod

Hæretici propter arrogãtiam ſimplices in fide irridentes, om

ꝙ cælo vſq; in diem iudicii deuocari nõ poſſit, fidei noſtræ, qua ipſum uere à fidelibus ſuis manducari credimus, quaſi cauſſam impoſſibilitatis opponis: profecto fidem noſtram aut non intelligis, aut intellectam male exponendo ad tuam ipſius perniciem deprauare contẽdis. Sic enim credimus uere ſalubriterque manducari in terris à digne ſumentibus Dominum Ieſum Chriſtũ vt certiſſime teneamus exiſtere eum in cæleſtibus incõtaminatum, incorruptum, illæſum. Ineptus ſis, ſi propterea dicas Sareptanam viduam non potuiſſe comedere oleum, quo plenus erat lecythus ſuus, quia ſacra teſtante Hiſtoria lecythus olei non eſt imminutus: cũ eadem ſcriptura dicat: Abiit & fecit iuxta uerbũ Eliæ & comedit ipſe & illa, & domus eius. Nõ diſſimili grauaris vecordia, ſi idcirco moliaris aſtruere, non poſſe aliam Eccleſiam carne & ſanguine Redemptoris ſui, quia Apoſtolus dicit: Chriſtus reſurgens ex mortuis iã non moritur, mors illi vltra non dominabitur: cum ipſe Dominus loquens Diſcipulis ſuis teſtetur dicens: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis tradetur. Et: hic eſt calix ſanguinis mei, myſteriũ fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur. Et: Panis, quem egò dedero, caro mea eſt, pro mundi uita. Et: Niſi manducaueritis caruem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ex quibus Domini verbis ortæ ſunt duæ hæreſes antiquis tẽporibus. Et in hoc quidem conſenſerunt omnes, quòd panis & uinum in ueram Filii hominis carnem, uerumque eius ſanguinem conuerterentur: ſed quis eſſet iſte filius hominis, non omnes eandem ſententiam tenuerunt. Quidam arbitrati ſunt, hunc oportere intelligi quemlibet hominem, ſiue iuſtum, ſiue peccatorem, in cuius carnem & ſanguinem conuerſa terrena ſubſtantia ſumeretur in remiſſionem peccatorum. Alii arbitrati ſunt non hunc eſſe de turba quemlibet hominem ſed uirum iuſtum, ſanctificatum, à communi hominum vita per ſuæ uitæ celſitudinem ſegregatum, qui templũ

nia rationibus comprehendere nolunt.

Duæ hæreſes ex Chriſti verbis olim exortæ.

Dei eſſet,qui diuinã in ſe habitationem veriſſime poſſideret, in cuius carnem ac ſanguinem commutari poſſe panem, uinumq́ue altaris hæretica pertinacia delirabãt.Credimus igitur terrenas ſubſtantias,quæ in mẽſa Dominica per Sacerdotale miniſterium diuinitus ſanctificantur,ineffabiliter,incomprehenſibiliter, mirabiliter operante ſuperna potentia,*conuerti in eſſentiam Dominici corporis,*reſeruatis ipſarum rerum ſpeciebus, & quibuſdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda & cruenta horrerent,& ut credentes fidei prȩmia ampliora perciperent:ipſo tamen Domino corpore exiſtente in cæleſtibus ad dexterã Patris immortali, inuiolato,integro,incontaminato,illæſo,ut uere dici poſſit,& ipſum corpus quod de virgine ſumptum eſt, nos ſumere,& tamen non ipſum.Ipſum quidem, quantum ad eſſentiam veræq́ue naturæ proprietatem,atque uirtutem non ipſum autem ſi ſpectes panis viniq́ue ſpeciem,cæteraq́ue ſuperius comprehenſa. Hanc fidem tenuit à priſcis temporibus,& nunc tenet Eccleſia,quæ per totum diffuſa orbem catholica nominatur.Vnde ſicut ſuperius dictum eſt,Dominus ait in Euangelio, Accipite & manducate,hoc eſt corpus meum,quod pro uobis tradetur.Et:Hic eſt calix ſanguinis mei, myſterium fidei,qui pro uobis,& pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Omnes enim qui Chriſtianos ſe & eſſe,& dici lætantur,ueram Chriſti carnem,uerumq́ue eius ſanguinem utraque ſumpta de virgine, in hoc Sacramento ſe percipere gloriantur.Interroga uniuerſos qui Latinæ linguæ noſtrarum literarum notitiam perceperunt:Interroga Græcos, Armenos, ſeu cuiuſlibet nationis quoſcunque Chriſtianos homines uno ore hanc fidem ſe teſtabuntur habere. Porrò ſi vniuerſalis Eccleſiæ fides falſa exiſtit, aut nunquam fuit catholica Eccleſia,aut periit. Nihil nanque efficacius ad interitũ animarum,quàm pernitioſus error.Sed non fuiſſe, aut periiſſe Eccleſiam, catholicus non conſenſerit. Alioqui non eſt uerum, quod Abrahæ veritas promiſit, dicens:

Transſubſtãtiatio.

Orbis Chriſtiani cõſenſus in veritatem corporis chriſti in Euchari.

cens:In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Item in Pſalmo.Poſtula a me, & dabo tibi Gentes hæredita tem tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ.Item: Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ.Et alibi: Quos redemit de manu inimici de regionibus congregauit eos, à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari.Et Dominus in Euangelio: Ager eſt hic mundus.Et paulò poſt:Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare,& ex omni genere piſcium congregãti.Et ad Diſcipulos:Ite in orbem vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.Aduerſus tam clara ipſius Domini & ſancti Spiritus de Eccleſia,& de ſtatu Eccleſiæ teſtimonia,obiicis tu,& obiiciunt, qui à te decepti alios decipere moliuntur.Itaque dicitis: Prædicatum eſt Euangelium in omnibus Gẽtibus,credidit mũdus,facta eſt Eccleſia, creuit, fructificauit, ſed imperitia male intelligentium poſtea errauit & periit:In nobis ſolis,& in iis,qui nos ſequuntur ſancta in terris Eccleſia remanſit. Hanc ſacrilegam vanitatem euertit Euangelica veritas,& Prophetarum atq; ſanctorum Patrum non uiolanda auctoritas. Vnde Eccleſiæ ſuæ ſanctæ in Euangelio ſuo Dominus pollicetur dicens: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. Quod minimè diceret, ſi Eccleſiam ſuam ante conſummationem ſeculi perituram eſſe præ noſceret. Et alibi: Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic Chriſtus,aut certè illic, nolite credere. Falſum eſt igitur,quod de corpore Chriſti à te creditur & aſtruitur. Ergo vera eſt eius caro, quam accipimus, & uerus eius ſanguis,quem potamus.

Hæreticorũ vana obiectiones.

Nota arrogantiam ſacramẽtariorum.

Adelmannus Epiſcopus Brixinenſis.

Vixit anno 1053.

Auertat Dominus à te ſancte frater,ſemitas tales,& conuertat pedes tuos in teſtimonia ſua, & mendaces oſtendat,qui famam tuam tam fœda labe maculare nituntur,

Epiſt. ad Berengarium.

Corpus chriſti quotidie in toto orbe in altari immolatur.

Nota.

Non ergo nouum eſt dogma Sacramẽtariorum.

tuntur, ſpargentes vſquequaque ut non ſolum Latinas. uerum etiam Teutonicas aures, inter quas diu peregrinor, repleuerint, quaſi te ab vnitate ſanctæ matris Eccleſiæ diuulſeris, & de corpore & ſanguine Domini, quod quotidie in vniuerſa terra ſuper ſanctum altare immolatur, aliter, quàm fides catholica teneat, ſentire videaris. Hoc eſt, ut illorum de te dictis utar, non eſſe uerum corpus Chriſti, neque uerum ſanguinem, ſed figuram quandam & ſimilitudinem. Nolui diutius diſſimulare, quin ipſe mente ac ſpiritu meo præſentibus literis tanquam pennis induto, per tanta terrarum ſpatia tranſuolarem, obſecrans per miſericordiam Dei, per ſuauiſſimam memoriam Fulberti, vt pacem catholicam diligas, neque conturbes rem publicam Chriſtianæ ciuitatis bene compoſitam à maioribus noſtris, pro qua tot milia martyrum contra idololatriam, & regnum diaboli fortiter certantes triumphauerunt: ſubindeque ſancti doctores bella ciuilia ab hæreticis cõmota ſalutaris eloquentiæ fluminibus reſtinxerunt. itaque eam circumquaque munierunt: vt iam nouus hoſtis nullus oboriri queat, qui aduerſus eam aliquid nitens non continuo mille iaculis deſuper ruentibus obruatur: ideo confuſi ſunt omnes & defecerũt. Vbi enim ſunt Manichæi? Vbi Arriani? Quonam tota illa factio perditiſſimorum ciuium euaſit? Computruit etiam memoria eorum. At uero Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, & alii plures beſtiarum talium oppreſſores, cũ laudibus uiuunt, quotidieque ſplendidius effloreſcunt. Bonum eſt, frater, nobis paruulis ſub iſtorum ducum titulus delitefcere, quorum tam valida, tamque probabilis eſt apud Eccleſiaſticas aures auctoritas ſanctarũ uirtutum fulgore, cæleſtis ſapientię luce præpollens, ut extremæ iam ſit dementiæ, vel de ratione fidei, vel dè ordine recte uiuendi, eis in aliquo refragari. Quare? Non ne homines erant, & falli ab aliis, atque ipſi fallere alios poterant? Ita enim dicit ſcriptura verax, quia omnis homo mendax. Vnde ergo eo culminis peruenerũt

vt tam

vt tam ratum habendum ſit quidquid de diuinis myſteriis ſenſerunt, memoriæque mandauerunt? Nam & Gentiles magni quidam,& nobiles Philoſophi, multa falſa, quæ iure contemnimus, nón ſolum de creatore Deo,ſed de hoc mundo,& de his,quæ in eo ſunt, ſenſiſſe inueniuntur. De quibus Doctor noſter,dicentes,inquit,ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Non hos elegit Dominus,qui ſuperbiæ inflati ſpiritu euanuerunt in cogitationibus ſuis. At noſtri illi patres humiles corde ac pauperes ſpiritu,pro quibus Saluator Patrem glorificat hoc modo: Cõfiteor tibi Pater Domine cæli & terræ,qui abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Ideo veraces ſunt: quia participauerunt & cohæſerunt illi, qui ait. Ego ſum via,& veritas,& vita. De quo etiam intus didicerunt,quod de Sacramento hoc,de quo agimus,foris docuerunt. Audierunt enim eum de ſeipſo in Euangelio prædicantem: Ego ſum panis viuus,qui de cælo deſcendi. Si quis mãducauerit de hoc pane,viuet in æternum. Et:Panis,quẽ ego dabo,caro mea eſt,pro mundi vita. Dabo inquit, non ait dedi. Quando ergo cœpit dare? Quando? pridie quàm pateretur accepit panem & eleuatis oculis in cælum gratias agens, benedixit, fregit, dedit Diſcipulis ſuis dicens: Accipite & comedite,hoc eſt corpus meũ, Similiter & calicem,poſtquam cœnauit dicens: Accipitè & bibite ex eo omnes, Hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro uobis,& pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quis hoc ita eſſe non credit, niſi qui aut Chriſto non credit, aut ipſum hoc dixiſſe non credit? Sed de incredulis nihil ad nos. Dixiſſe autem Chriſtũ teſtes non duo tantum aut tres,in quibus ſtat omne uerbum: ſed quatuor probatiſſimi certiſſimique exiſtunt, duo ſcilicet ex circunciſione,& duo ex præputio,ut uterque populus ſuis ac legitimis auctoritatibus ſiue ad ſalutem ſiue ad iudicium uteretur. Dixit utique, dixit & facta ſunt. Qui enim dixit in principio, Fiat lux & facta eſt lux de nihilo,non potuit dicẽdo de pane, Hoc

eſt corpus meum, ita fieri efficere? Et qui tacita virtute aquam vertit in vinum: non efficacius poterat (ſi quid tamen efficacius de Deo dici debet) ſonante vocaliter eadem uirtute uinum ipſum in ſanguinem ſuum transferre? Quòd ſi quis apud ſe dicat, potuiſſe hoc facere vnum illum hominem, qui etiam Deus erat: cæteris verò, qui hoc non ſint impoſſibile eſſe: nos quoque cum eo ſentimus: ſic tamen, vt per miniſterium humanum Chriſtum ipſum operari fateamur. Dixerat enim cum adhuc eſſet cum hominibus mortalis: Sine me nihil poteſtis facere. Et immortalis effectus, cũ cælos aſcẽſurus corporaliter eſſet: Ecce ego, inquit, vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Ipſe igitur cũ hominibus manẽs ſemper, & homines baptizat per homines & conſecrat quidquid per homines conſecratur. Vtrũque .n. in Euangelio habemus, & quod Ieſus baptizaret, & quod ipſe non baptizaret, ſed Diſcipuli eius. Baptizat nimirum: quia quando corpus ſub quibuſdam verbis ſolennibus in aqua merſatur, ipſe animam mortuam, peccata remittendo, viuificat. Baptizat & homo per cuius manus & linguam, opus illud adminiſtratur. Sed maxime, & principaliter ille baptizat, qui uim & efficientiam totam præſtat. Propter quod dictum eſt Joanni Baptiſtæ: Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat. Alioqui baptiſmus unus non eſſet, ſed prout meritum ſe haberet baptizantis, alius dignior, alius indignior fieret: & quem homo ſanctior baptizaret, ille melius baptizatus eſſet. Sed abſit: quia quicunque baptizat in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, dignus an indignus, ſanctus aut peccator, catholicus aut hæreticus: nihil intereſt, quoniam miniſterium illorum tantummodo ẽ, nec ab eis, ſed per eos (ſi rectè loqui volumus) baptizatur. Chriſtus igitur per manum & os Sacerdotis baptizat, Chriſtus per manum & os Sacerdotis *corpus & ſanguinem ſuum creat,* An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Dicebat hoc quidem

Chriſtus ipſe per homines baptiſat & coſecrat.

Chriſtus per os & manũ ſacerdotis, corpus ſuum conficit.

Apoſtolus

Apoſtolus, non arroganter ſe efferendo: ſed ueraciter docendo Chriſtum in miniſtris ſuis & loqui, quod ipſi loqui audiuntur & operari quæ ipſi facere uidentur: propter quod Sacerdos eſt in æternum, quia ipſe eſt qui baptizat, & qui immolat. Nam quod ſemel fecit paſſibiliter per ſemetipſum, id quotidie agit impaſſibiliter per eos, quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri. Quòd ſi quos mouet cur hoc Sacramentum nõ viſibiliter trãſmutetur in ſpeciem carnis & ſanguinis, attẽdant quod Apoſtolus ait: Per fidem ambulamus & non per ſpeciẽ. Eſt autem fides, ſicut ipſe definiuit, ſperandarum ſubſtantiam rerum, argumentum non apparentiũ. Si enim id quod intus ſunt, foris Sacramenta oſtenderent: fides ex qua iuſtus viuit, non ſolum, otioſa, uerũ nulla omnino eſſet. Quod enim uidet quis, quid ſperat? Vt ergo fides exerceatur credendo quod non apparet, vitale Sacramentum ſub ſpecie corporea vtiliter latet, vti anima in corpore. Denique & baptiſmus aqua quælibet oculis intuentiũ videtur: & homo baptizatus, quid aliud quam quod anteà erat apparet? Non enim ex nigro albus, aut ex illiterato grammaticus, per lauacrum regenerationis efficitur. O animalis homo, qui non percipit ea quæ Dei ſunt. O caro carnalibus phantaſiis magis quàm vino ebria. Quouſque ab his tam infeliciter ludificaberis? Non enim ſimilis eſt hic error de illuſionibus ſomniorum, aut de aquis & ſpeculis reſultãtium imaginationum: quia ibi ſine periculo fallitur, hic cum detrimento irrecuperabili, niſi reſipiſcatur, erratur. Expergiſcere ergo & clama: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et reſpondebit tibi Apoſtolica conſolatio. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Chriſtus ſemel paſſibiliter ſemetipſum obtulit, & quotidie impaſſibiliter per ſacerdotes ſeſe offert.

Cur ſacramentum nõ tranſmutet in ſpecie carnis poſt conſecrationem

Hugo Epiſcopus Lingonenſis.

Vixit anno 1056.

Rerum exiſtentium, uirorum acutiſſime naturam ſi perſpiceres, ſi patrum ſententias, non tam exili, quam

Epiſt. ad Berengarium.

pio ſtudio ſcrutareris: Sacramētum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti non ita crederes celebratum, vt corpus eſſe diceres, & incorporeum prædicares. Proinde ſi perpenderes quod amplitudo diuinæ potentiæ ſenſuum excedat circos, nec poſſe ſenſualiter ambiri, quod uiuos informat ſenſus: os nimis extenſum contraheres, contractum corrigeres, correctum deniq; contineres. Dicis enim nimis extenſe loquens, in huiuſmodi Sacramento corpus Chriſti ſic eſſe, vt panis & vini natura & eſſentia non mutetur, corpuſque quod dixerás crucifixum, intellectuale conſtituis: in quo eui dentiſſime patet, quod incorporeum confiteris. Qua in re uniuerſalem Eccleſiam ſcandalizas, ipſumque tuū offendis auctorem qui palpabile obtulit, quod incorporeum affirmas. Nam ſi panis, & uini natura & eſſentia reali principalitate poſt conſecrationem perſiſtunt: tranſlatum nihil poteſt intelligi, & ſi quod adiunctum eſt, ſola ſit intellectus potentia: re uera non capitur quomodo uel unum vel idem ſit, quod adhuc non ad hunc modum ſubſiſtit. Eſt enim intellectus eſſentiarū diſcuſſor non opifex, iudex non inſtitutor: & quamuis rerum vel mōſtret, vel figuret imagines, nullum in cor pus materiali producit exordio. Proinde ò in cunctis aliis reuerendiſſime uir, aſſume tibi fidem, quia iuſtus ex fide uiuit, & fide mundantur corda, ſicut ſcriptū eſt: Mundans fide corda eorum. Et quæ in myſteriis ideo maxime tenenda eſt, quia ſicut alibi ſcribitur: ipſa mentis dubietas, licet bonæ vitæ ſit qui accipit, excludit ne ad Sacramenti eius intelligentiam pertingat. Quod te cum ſæpius reuoluendo ne ultra quæſo argumenteris de omnipotentia diuina. Sicut enim non capis quomodo uerbū caro factum eſt: ſic nec potes iterum capere, quomodo *panis iſte mutetur in carnem, & uinum in ſanguinē transformetur,* niſi te docuerit omnipotentiæ fides. Alioquin luctaris cum Deo, non in brachiis Patriarchę, ſed neque cum aurora, imo etiam tota hæc tua luctatio nocturna eſt, magisque videtur eſſe inſidioſe luctantis,

Contra Lutherum.

Quemadmodum homo capere nequit quomodo verbum caro factum eſt, ita nec quomodo panis in corpus Chriſti mutetur. Tranſubſtātiatio.

quàm

quàm amicabiliter amplexantis. Quæ nimirum luctatio non ſolum non meretur,ſed perdit, & à merito erroris immunis non eſt:qua ſi durare volueris,currendo incurres mortem. Deſiſte ergo fore erroris miles,deſiſte impugnare cæleſte myſterium. Perpende quia Dei uoluntas & verbum,omni naturæ ſupereminεat,& qui in facturis potens eſt, potentem etiam transformare credas,ſicut ſcriptum eſt: Mutabis ea, & mutabuntur. Dei enim uelle,pro facto eſt. Memorare quod in Ambroſio legitur de Sacrameutis: Quia corpus quod conficimus ex uirgine eſt. Hoc certe intellexi cum ad te de myſteriis ſermonem adorſus, fidem tuam curioſius veſtigarem, quam longe abſis à tuis teſtibus Ambroſio ſcilicet & Auguſtino,à te quidem appellatis,ſed ipſis non ita teſtantibus probare paratus ſum, cum eos per eoſdem locos tuis aſſertionibus uideam refragari, eiſque maximè quibus te per eos auctorizas. Ipſi enim vere liberi ab errore non quaſi velamen habentes malitiæ in ſuis ſignificantibus ſonis hoc cæleſte conuiuiũ nulli comparant,nulli ſimile dicunt:ſed, ſicut alter eorum dixi,Deum ſuis vocibus,& non alienis aſſertionibus æſtimandum,nec ipſum carnem aliam, nec ipſum alium ſanguinem quam unde incarnatus apparuit,plane & ſimpliciter crediderunt,ſicut ſemel accipiẽns formam ſerui pro nobis, ſic quotidie hanc pro nobis in ſe ſuſcipiẽs creaturam, *faciens ſuum corpus* occulta quadam recreando potentia. Sicut dicit beatus Auguſtinus in libro de Trinitate. Corpus,inquit,Chriſti & ſanguinẽ dicimus:ſed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum, rite ſumimus ad ſalutem ſpiritualem,in memoriam pro nobis Dominicæ paſſionis,operante inuiſibiliter ſpiritu Dei. Quid tibi quæſo uile eſt,in ipſa,quæ *in Chriſti corpus trãſiit,creatura?* Nam & corpus quod Chriſtus ſumpſit ex uirgine, per naturam quidem corruptibili etſi non corrupta per coitum ex eodem extitit elemento, ex quo fructus Sacramentorum proceſſerunt. Ex hac ipſa materia ipſos

Teſtes erroris ſuici tabat Berẽgarius Ambroſiũ & Auguſtinum cũ tamen illi maxime refragentur,quod & noſtra ætate oecolã padius impudenter fecit

Creatura panis tranſit in corpus Chriſti.

Tranſubſtãtiatio.

ſos quoque Sacramentorum fructus nouimus procreari, quos catholice oblatos, ſecreta Deitatis potentia, per ſanctum & indiuiſibilem Spiritum, *carnem Chriſti & ſanguinem fieri confitemur.* Sicut enim verbum Dei in carne inuiſibile fuit, manſit tamen quod erat: ſic iſta ipſa caro, quia iam in uerbo conſiſtit, quodammodo inuiſibilis facta quodam iterum neceſſario pioq; conſilio, panis & uini quibuſdā qualitatibus occultatur: ſed ſpiritualibus oculis ipſa carnis ueritas non negatur. Alioquin fides tanti myſterii deperiſſet: ſi cruor in calice fieret manifeſtus. Et ſi, vt in macello, Chriſti ruberet caro rarus in terris eſſet, qui hoc non abhorreret. Quid tibi vlterius ſi contra, ſi aliter, ſi ſecus, ſi ex aduerſo credideris? Nunquid enim vera non ſunt, quæ à ueritate procedunt, aut ipſa nos fefellit? Abſit. Imo tu perturbas ueritatem, & quaſi mentitam redarguis, nec uereris ſcripturam dicentem: quod ea, quæ veritas repromiſit, ſine aſpectu credenda ſunt. Ipſa enim dixit. Hoc eſt corpus meum. Erit illi homini mors, non uita, qui mendacem putauerit uitam.

Chriſtū mēdacij arguunt, qui non credunt corpus illius vere in Eucha. contineri.

Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus.

Vixit anno 1060.

Lib. 1. contra Berengarium.

Licet enim hæc magna cauſſa myſterii, Sacerdos quaſi diuidere videatur, nos tamen Dominū & Saluatorem noſtrum, quādo *corpus eius uenerabile fidelibus diſtribuitur,* non ſe per ſingulos diuidentem, ſed participatione ſui diuerſos credere debemus uniētē. Poſſumus quoque dicere tantundē eſſe in una quaſi portiuncula, quātum erat in hoſtia tota. Sicut de māna legitur, quia nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus collegerat habuit minus. Ita ergo *tota hoſtia eſt corpus Chriſti,* vt nihilominus vnaquæq; particula ſeparata ſit *totum corpus Chriſti.* Nec tamen tres particulæ ſeparatæ, ſunt tria corpora, ſed unū corpus. Nec ipſæ etiam particulæ à ſe tāquam plures differūt, quia quod corporis totius vna eſt, hoc & cæteræ ſunt. Itaque iam nec plures particulæ

Propter magnum myſterium, à ſacerdote, hoſtia, in offi-

culæ dicendæ ſunt,ſed vna potius hoſtia integra & indi uiſa, licet officio Sacerdotis uideatur quaſi diuidi propter magnum,vt dixi,myſterium,quod ita oportuit celebrari. Similiter etſi dentibus, uel aliquo alio modo hæc frangi videntur,intelligimus non hæc frangi,quia nihil aliud in toto,quam in qualibet uelut particula ſe parata credimus contineri. Ne autem me quis exiſtimet hanc ſententiam ex meo ſenſu commentatum,prę fationem iſtam quæ per totum pene orbem Latinum inter Epiphaniam & Septuageſimam, in quadam die Dominica habetur,hic ſuppoſui hæc continentem: Aeternæ Deus, & tibi hanc immolationis hoſtiam offerre,quæ eſt ſalutifera,& ineffabile diuinæ gratiæ ſacramentum:quæ offertur à plurimis;& unum corpus Chriſti ſancti Spiritus infuſione efficitur. Singuli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt,nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis. Propterea ipſi, qui ſumimus communionē huius ſancti panis & calicis,unū Chriſti corpus efficimur. Idem quoq; dicimus etſi mille Miſſæ eodem tempore celebrentur. Nam ita in ſingulis totum credimus eſſe Chriſtum:ut nec plures Chriſtos nec diuiſum Criſtum faciat,aut Sacerdotum diuerſitas aut locorum. In quo quidem illi contra nos eſſe nō poſſunt,qui corpus Domini in omni Miſſa adeſſe inuiſibiliter credunt. Nā cum ſimul mille celebrentur Miſſæ,& ſicut ipſi conſentiunt in omni Miſſa eſt totum corpus Chriſti (diuidi enim corpus Chriſti poſſe & ipſi negant) aut mille tūc erunt corpora Chriſti,aut fatebuntur nobiſcū uno eodemq; tempore mille in locis vnum ideḿq; Chriſti corpus totum & indiuiſum poſſe haberi. Sed mille Chriſti corpora nec ipſi dicunt. Reſtat ergo ut in mille Miſſis eodem tempore, vnum idemque corpus Chriſti & indiuiſiuum eſſe credere debeant. Similiter igitur & in una hoſtia,etſi uideatur, quaſi in plures partes diuidi,nullam tamen in eis diuiſionē attendimus,quia quod omnes ſimul iunctæ, idipſum ſingulæ ſeparatæ ſunt,

cio Miſſa di uiditur.

Præfatione hanc integram, repe ries infra, Claſſe igno torum Auto rum.

Mille licet Miſſæ eodem momento ce lebrentur, in in ſingulis tamen totū integrumq; eſt corpus Chriſti.

ſunt totum Chriſti corpus. Nec cuiquam incredibile id debet uideri. Quotidiano enim experimento cognoſcimus, quia intellectus noſter, id eſt, uerbum cordis noſtri, cum illum quodammodo voce veſtimus, ut qui in corde noſtro latens nobis ſolis cognitus erat, per vocẽ aliis etiam manifeſtari poſſit, eodem tempore & totus in corde noſtro remanet, & totus æque mille hominibus cum aſſumpta uoce ſua quantum in ſe eſt, ita apparere poteſt, ut non ſolum ipſe ſimul omnium corda illuſtret, ſed aures etiam cũctorum ipſa qua veſtitus eſt uoce eodem tempore tota & indiuiſa perſtringat. Si igitur humano verbo Deus tantum præſtitit, ut nõ ſolum ipſum, ſed etiam vox qua quodãmodo veſtitur, ad mille homines eadem ſimul totaq; pertingere ualeat, nemo hoc ipſum de omnipotentis Dei unico & coomnipotente & coæterno verbo, & *de carne eius*, quam ſimiliter, vt nobis ipſum verbum appareret, veſtiuit, etſi capere non poſſit, habere incredibile debet, quod de fragiliſſimo & tranſitorio verbo hominis, & momentaneis vocibus, vixque exiſtentibus, & nunquam præualet capere, & tamen penè ſemper experimento habet. Ipſam certe animam noſtram corpore quod corrumpitur aggrauatam non particulatim per ſingula corporis membra diuidi, ſed in ſingulis portiunculis totam atq; integram cõtineri, Beatus Auguſtinus ualidiſſime probat. Qui ergo hanc animæ noſtræ potentiam præbuit, vt vna eademq; & indiuiſa in ſingulis quibuſq; particulis ſui corporis eodem tempore tota conſiſtat: quare ſuæ propriæ carni id dignitatis ſi vult dare, non valeat, vt & ipſa in diuerſis ſui cuiuſdam corporis quod eſt Eccleſia partibus, tota ſimul & indiuiſa poſſit haberi? Cum ſicut anima noſtra uita eſt corporis ita ſit Eccleſiæ (imo multo melius per Dei gratiam) vita, *caro Saluatoris.* Per animã quippe ſit, vt corpus vtcunq; tẽporaliter viuat: per carnẽ vero Saluatoris agitur, vt Eccleſia non quomodocunq;, ſed beate in æternũ viuat. Cum vero ſapientiſſimus Solomon cunctas res eſſe difficiles dixerit, ita vt

Comparatio aptiſſima.

Nota. bene.

Exemplum.

explicare

explicare eas homo non poſſit,nõne inſanienti quã ſimillimus eſt, qui hæc diuinã arcana diſcutere ad oculũ violenter quærit?Omnes.n.creaturæ Dei miracula nõ bis inexplicabilia ſunt: Chriſtus verò inter omnia, aut præ omnibus miraculũ ſingulare.Si igitur poteſt Chriſtus efficere,ſicut diximus, vt unaquæq; ſeparata particula ſit *totum Chriſti corpus*, & tamen omnes ſeparatæ, non plura ſunt corpora,ſed vnũ corpus: quemadmodũ vox mille hominũ percutit aures, & apud unumquẽq; tota eſt,nec inde plures dicũtur, ſed una ſola:& quẽadmodũ tota anima mille corporis humani replet particulas,& cũ ſe totã præbeat ſingulis,nõ plures tamẽ, ſed vna eſt anima: ita iam nulla ratio propter huiuſmodi quaſi partitiones obſtare videt,ut non poſſit, aut velle non debeat Chriſtus, panẽ & uinũ ſicut ipſe docuit & Eccleſia credidit,transferre in corpus & ſanguinẽ ſuũ.

Tranſubſtãtiatio.

Idem lib. 3. Contra Lutheri opiniones.

Nunc contra illos habenda eſt ratio,qui Eccleſiæ rationibus expugnati, iã quidẽ negare nequeunt *ſubſtantiam corporis Chriſti* cibo ineſſe Dominico:panẽ tamẽ & uinum per uerba Saluatoris in carnem eius & ſanguinẽ verti nequaquam credentes,ſed Chriſtum pani & uino cõmiſcentes,tanquam ſubtiliori ratione hæreſim alterã condiderunt. Quos quidẽ alios dico quaſi alio errore detentos:nã alias idẽ ſunt. Nam primum quidẽ apud quos poſſunt quantumcunq; poſſunt, nihil de corpore & ſanguine Domini ſubſtantialiter Sacramentis ineſſe contendunt:ſed inde,vt diximus,pulſi, cõfugere malũt ad hanc impietatẽ, quã ſynceram tenere cũ aliis hominibus humiliter veritatem.Cuius veſaniæ cauſſam proferunt hanc:ut per panem & uinum,inquiunt,caro Chriſti comedi, & ſanguis potari poſſet. Sed ut quid hanc cauſſã? Quare enim per ſe ſine corporis alterius adiumento caro Domini non poſſet comedi,& ſanguis potari?Si enim carnis & ſanguinis horrorẽ metuunt, cur non ſufficit Eccleſiæ ratio per S. Ambroſi. in lib.de Sacramentis generaliter reſpondentis:rerum quidem ſubſtantias mutari, ſed propter horrorem, priorem ſaporẽ coloremque & cætera quædam accidentia ad ſenſus

Non ergo Lutherus hunc errorẽ commentus eſt, ſed olim ſepultum reuocauit.

Impietas eſt credere, ſubſtantiam panis manere in ſacramẽto cum Chriſti corpore.

Cur ſpecies panis in Euchariſt. retinetur.

dũtaxat ptinẽtia retineri? Si verò reſpondent, id non fieri, vt ĩ poſſe alio videlicet corpore color & ſapor alius corporis teneaẽ: diuinã poſſumus eis breuiter obiectare potẽtiã. Cui ſi cõcedũt, finem faciant quæſtioni. Sin aũt derogant, audiant ſcript. Quia oĩa quæcunque voluit Dominus, fecit, in cælo & in terra: & cætera multa, quæ iam in principio huius opuſculi contra blaſphemias iſtorum ſatis abundeque reſpondimus. vt tamen & exẽplis res clareat, dignentur attendere quod de manna legitur, quoniam ad nutum comedentis quorumlibet in eo ciborum continuo ſapor alternabat, vt igitur altioris myſterii cauſſas, diuiniq́ue conſilii profundiorem ſapientiam, in quantum mihi exiguo ſcire conceditur, ſileam, ſicut ibi conſulebatur hominũ carnalium voluptati, ita & hic conſulitur infirmorum neceſſitati, & qui tunc multorum corporum ſapore mutato, remouebat faſtidium, nunc unius corporis ſapore retento, tollit horrorem. De colore quoque & cæteris huiuſmodi accidentibus non eſt difficilis ratio, cùm ipſe Dominus ſe per diuerſas legatus ſpecies Diſcipulis demonſtraſſe, nunc ad inſtar ſolis & niuis transfiguratum reſplenduiſſe, nunc ſe exhibuiſſe tanquã peregrinum, nunc apparuiſſe velut hortulanum, aliquando ſpeciem exhibuiſſe miniſtrantis, aliquãdo formam tenuiſſe docentis. Quòd ſi ad illas cauſſas refugiunt, quas in ore ſępe habere ſolent, quia uidelicet nefas ſit Chriſtum dentibus atteri, nefas ſit illum dentibus minui, has, vt puto, in principio huius operis ſufficienter euacuamus. Nam qui poſt reſurrectionem manibus & labiis, vt dictum eſt, potuit attrectari, & dentibus ẽt poteſt. Euchariſtiam verò, ſi Chriſto quidem non placet vt corpus ſuum ſine aliquo ipſius incommodo diuidatur, exemplo vocis & animæ, quæ totæ in diuerſis locis eſſe poſſunt, in comedendo negauimus minui: licet altiſſimi cauſſa myſterii, quo & infidelibus tanta res clauderetur, & fidelibus vtile exercitium præbeatur, id videatur fieri. Quapropter cum illæ cauſſæ nihil

hil ualeant, nec alias ipſi afferant, quæ inſania eſt, ut Chriſtū, vt ita dixerim, ſua auctoritate impanēt & inuinent? Et quidē Chriſtū incarnari humanæ redemptionis ratio expoſcebat, quod futurum Prophetæ prædixerunt, factum Chriſtus oſtēdit, Apoſtoli prędicauerūt, mundus credidit. At impanari uel inuinari Chriſtum nulla, ſicut oſtēdimus, expetit ratio, nec Prophetæ prædixerunt, nec Chriſtus oſtendit, nec Apoſtoli prædicauerunt, nec mundus, exceptis his pauciſſimis hæreticis credidit. Vnde igitur eos malus error iſte peruaſit? Totus mundus cōcinit: Sicut anima rōnalis & caro, vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Nemo audet dicere: ita Deus & homo, & panis & vinū, unus eſt Chriſtus. Vnde igitur iſtis hæc noua cōperſonatio? Quare vel Apoſtolus nō terruit eos dicens: Si quis annuntiauerit præterquā quod annūciauimus vobis, anathema ſit? Chriſtū .n. iſti impanatum & inuinatū annunciant, ſed huiſmodi Chriſtum Apoſtoli non annunciauerunt. Anathema igitur iſti Apoſtolica auctoritate incurrunt. Beatus ſane Ambroſius in libro de Sacramentis de his copioſe diſſerens: nō in pane & vino corpus & ſanguinem Domini latere, ſed panem & vinum in corpus & ſanguinē Domini cōmutari docuit. Hos impanatores ſuos ipſe Dominus Ieſus verbo oris ſui interficit, cum accipiens panem gratiasq; agens ac benedicens, ait: hoc eſt corpus meum. Non ait. In hoc latet corpus meum: Nec dixit: In hoc vino eſt ſanguis meus: ſed dixit, hic eſt ſanguis meus. Vnde & Eccleſia Dei conſequenter à ſe eoſdem ſeparat, cùm in ipſo Canone Miſſæ ex Apoſtolica traditione ita erat: Quam oblationē tu Deus in oībus quæſumus benedictam, aſſcriptam, ratam, rationabilē, acceptabilemq; facere digneris: vt nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nō hic oratur, vt in ea corpus & ſanguis lateat, aut in eam corpus & ſanguis adueniat: ſed vt ipſa oblatio & corpus & ſanguis fiat. Equidē ego de hac impanatione mecum ēt atque etiā

rectratus

nio.

Inter hereticos numerantur, qui credunt ſubſtantiam panis, una cum corpore Chriſti in Euchariſtia conſiſtere.

Tranſubſtātiatio.

Canon meior ſacrificij Miſſa, ex Apoſtolica eſt traditione.

Stultiſſima eſt audacia & inſaniſſima præſumptio, Lutheri & eius ſequacium error, quod corpus lateat ſub vel in pane.

Peior Lutheri opinio de Euchariſtia quàm Sacramētariorum.

Ex ſola ſuperbia, nata eſt Lutheri de Euchariſt. opinio.

retractus, non ſatis verbis exprimere poſſum quantum ſuper iſtorum ſtultiſſima audacia, & inſaniſſima præſumptione admiror pariter & indignor. Nam cõtra diuinas auctoritates, humana ratione incidere, id quidẽ inſanum: ſine rõne autem, id longe inſanius. At vero & ſine ratione, & contra rõnem aduerſus Deum ſemper latrare, id prorſus ſupra quam di poſſit inſaniſſimum. Iſti enim nequiores nequiſſimis, fratres ſuos vmbraticos præſe iuſtificauerunt. Illi quippe iudicium ſenſuũ tranſcendere non valentes, tanquam ex infirmitate errasse videri poſſunt: hi uerò neque ex ſenſibus, neque ex ulla ratione, neque ſcriptura aliqua cauſſas erroris ſui mutuantes, ſola penitus ſuperbia inſanire videntur, dum reclamante natura quam tantopere defenſitare ſolent, quomodo enim in ſolido corpore panis, alterũ corpus latere poſſit, videri non poteſt reclamante inquam, natura, reclamãtibus ſcripturis ſacris, nullo ſanctorum Patrum teſtimonio, nullo diuino oraculo, nullo miraculo fulti, munitam vndique catholicam pietatem, beſtialiter obſtinati ob hoc tantum oppugnare videntur, ne ab ea victi eſſe videantur. O infelices, quos pietas non vincit. O infeliciſſimos, qui dum ſubiici pietati renuunt, impietatis ſerui eſſe non erubeſcunt. Contra quorum manifeſtiſſimam ſtultitiam reſpondere indigniſſimum videretur: niſi quia ad cumulum perditionis ſuæ non eis mors propria ſufficit, niſi ẽt quoſcunque poſſunt viliſſima falſitate perditum eant. Et hæc quidem ſpecialiter contra iſtos. Deinceps verò vtroſque præfatos hæreticos communiter Deo propitio diſputatio ſecutura percutiet. Quibus quàm maxime in primis ad argumentum videndæ falſitatis ſuæ ipſa hæreſim ſciſſura ſatis eſſe debuerat: quod nunc videlicet nihil carnis & ſanguinis, niſi tantum vmbram & figuram Sacramentis Dei ineſſe, nunc verò ſubſtantiã carnis & ſanguinis in eis latere contendunt. Fides namque Apoſtolica quæ ſola vera fides eſt, in affirmationẽ & nagationem non ſcinditur. Apoſtolus nanque dixit: vnus

Obſtinati in ueritate oppugnanda ſunt hæretici, ne ab ipſa ueritate uicti uideantur.

Nota bene. Argumentum certiſſimum falſitatis & hæreſis, eſt ipſarum ſectarum ſciſſura & diuiſio.

Vera & Apoſtolica fides eſt quæ ſemper eadẽ & vna in Eccleſia fuit non quæ nuper ab hæreticis commẽta eſt.

Orati. quã habuit ad Henricum 4. Regem

vnus Dominus,vna fides, vnum baptiſma. Apoſtolica igitur fides vna eſt tantum. Iſtorum autem vana credulitas,dum quod in vna opinione tenet,in altera non tenere conuincitur, in affirmationem & negationẽ ſciſſa non eſt vna. Iſtorum ergo credulitas non eſt Apoſtolica fides,atq; ideo neque vera fides. Quapropter Apoſtolicam fidem non habentes, ab Apoſtolica quoque Eccleſia ſeiuncti ſunt, contingetq; illis quod Saluator ait: Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur. *Germanorum.*

Gregorius vii. Papa. Vixit ann. 1070.

Ego iam pridem à te tuiſq; fautoribus literas accepi,quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante Epiſcopatum, quàm poſt acceptum Epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe, quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerunt. Et licet multorum idoneorum certè teſtium aſtipulatione crimen refellere queam eorum ſcilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrimè nouerunt, & eorum qui meæ ad Epiſcopatum promotionis auctores fuerunt, ego tamen ne humano potius, quàm diuino niti videar teſtimonio, vt ſatisfactionis compendio omnibus ſcandali ſcrupulũ de medio auferam, *ecce corpus Dominicum*, quod ſumpturus ero in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ,vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio vel abſoluat obiecti criminis ſuſpicione,ſi innocens ſum, uel ſubitanea interimat morte, ſi reus. Si te innocentem noſtri, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendioſe,& Eccleſiam Dei ſcandalo,& teipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam partẽ *Dominici corporis*, ut comprobata Deo teſte innocentia tua, obſtruatur omne os aduerſum te iniqua garrientium. *In Martyrologio 7. Idus Aug.*

Ado

Ado Archiepiſcopus Treuerenſis.

Vixit anno 1074.

In Martyrologio 7. Idus Aug.

Recepto beato Satyro cum patribus ſuis, eius loco Sacerdotium Beatus Donatus ſuſcepit. Cumque die quadã Miſſam celebraſſet populo,& de corpore Chriſti & ſanguine ipſius populus venerabiliter recrearetur, Diaconus quidam nomine Antimus, tradebat ſacrum *ſanguinem chriſti*, qui ſubito Paganorum impulſu cecidit, & ſacrum calicem comminuit. Cumque duceretur (ſanctus Cornelius) vnus ex militibus nomine Cerealis,rogare cœpit B. Papam, vt viſitaret vxorem eius, quæ annis quinque paralitica iacebat. Ingreſſus domũ eius,tenuit manũ Saluſtiæ,& erexit eam dicens. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ſta ſuper pedes tuos. Quæ protinus erexit ſe,clamãs,& dicens. Vere Chriſtus eſt Dei filius. Et dixit B. Cornelio,baptiza me,per Chriſtũ te coniuro. Et currens impleuit vas aqua,& attulit ei. Tũc miſerunt ſe oẽs milites ad pedes eius,orantes ſe baptizari. Quos vt baptizauit, obtulit pro eis ſacrificium laudis,& participati ſunt omnes *corpore & ſanguine* Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Idem in eodẽ 18. Cal. Octob.

Henricus quartus Imperator.

Vixit anno 1076.

Epiſt. ad regem Francorum.

Ex omnibus meis quartus ego ſum incluſus:nec admitti potuit quilibet alius. Cuſtodes deputati,qui vitæ meæ erant atrociores inimici. Benedictus per omnia Deus,exaltandi & humiliandi quemcunque voluerit Rex potentiſſimus. Cùm igĩ ipſo ſacratiſſimo die natiuitatis ſuæ omnibus redemptis ſuis ille ſanctus ſanctorum puer,fuiſſet natus:mihi ſoli *filius ille non eſt datus*. Nam vt taceam opprobria, iniurias,minas,gladios in ceruicem meam exertos,niſi omnia imperata facerem famem etiam & ſitim; quam ferebam, & ab illis quos iniuria erat videre & audire, vt etiam taceam quod eſt grauius, me olim ſatis felicem fuiſſe, illud nunquam obliui-

obliuiſcar, nunquam deſinam omnibus Chriſtianis có queri: quod illis ſanctiſſimis diebus ſine omni *Chriſtiana communione* in illo carcere fui.

Lambertus Herſoeldenſis. *Lib. de rebus Germanorum.*

Vixit ann. 1080.

Epiſcopus quoque Citicenſis, & Epiſcopus Vercellenſis & Azzomarchio, & alii conuentionis eius principes allatis Sanctorum reliquiis ſub iureiurando confirmauerunt facturum eum eſſe quæ pollicebatur, nec aliqua rerum aſperitate vel caſuum varie ſuccedentiú mutabilitate ab ſententia deducendum. Ita abſoluto Rege excommunicatione, Papa Miſſarum ſolennia celebrauit, confectaque ſacra oblatione Regem cum cætera quæ frequens aderat, multitudine, ad altare euocauit, præferensque manu *Dominicum corpus* præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſſæ ſuæ æquiſſimum iudicem, & innocétiæ aſſertorem adeſſe precabatur. partem Dominici corporis accepit & comedit. Qua liberrimè abſumpta, cum populus in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus, aliquâdiu acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio conuerſus ad Regem, fac ergo, inquit fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. *Innocentia Gregorij 7. Pótificis Romani Deus ipſe teſtis eſt, quæ tam multis olim & adhuc hodie ab hæreticis, mendacijs impetita fuit.*

Robertus S. Remigii. Vixit anno 1083. *Lib. 1. Expeditionis Hieroſolymitanæ.*

Fractis tandem armis non animis, laudabili morte, ſicut in bello, ſic pro Deo vitam terminauerunt: eoſq; in ſortem cælitum Angelici ſpiritus tranſtulerunt. Tunc primum Turci reuolutis cadaueribus ſuorum, cognouerunt quia, cum quibus pugnauerant, franci fuerunt. His itaque patratis pars Turcorum cucurrit ad caſtra Chriſtianorum, & ibi vnum presbyterum Miſſam celebrantem inuenerunt, quem ante altare detruncauerunt. O felix felicis presbyteri martyrium, cui præbuit ducatum *Dominici corporis* viaticum.

Iuo Epiſcopus Carnotenſis.

Vixit ann. 1085.

Quærit autem in literis illis fraternitas tua, vtrum *Epiſtol. ad*

Haymericum abbatem.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus in cœna quam fecit cũ Diſcipulis ante paſſioné ſuam dederit eis corpus ſuum paſſibile, cum nos illud accipimus de menſa altaris impaſſibile: Ad quam quæſtioné, ſi tibi reſpondeatur, Diſcipulos Chriſti, corpus Domini tale accepiſſe, quale tunc erat: nos verò tale accipere, quale nunc eſt: non video quæ auctoritas mihi contradicat, quæ rationis violentia me vrgeat, imo ſi aliter dicerem, repugnantem videré rationem & auctoritaté. Nam *corpus illud*, quod tunc Diſcipulis ſuis Dominus commendabat adhuc fuiſſe paſſurũ, nemo qui abnuat, ſicut tu ex auctoritate Dominica in literis tuis poſuiſti. hoc corpus, qđ pro vobis tradetur. Paſſibile autem fuiſſe, quod paſſurum erat quis deneget? Impaſſibile verò nunc eſſe, quod ſumimus, tu ipſe bene ex auctoritate Apoſtoli confirmaſti. Quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Corpus Chriſti ante paſſioné, quale erat, datũ eſt Diſcipulis paſſibile, quod per paſſioné tranſiturũ erat ad impaſſibilitatem: nec vnquã profuiſſet ad ſaluté infirmitas illa paſſibilis corporis, niſi ſubſecuta fuiſſet glorificatio impaſſibilis & immortalis. Quomodo .n. poſſet mihi dicere figulus, vas quod tibi do ante ignem inutile & infirmũ, hoc ſtatim reddã poſt igné vtile & robuſtũ. Ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignãter dixit. Hoc corpus, quod pro vobis tradetur, accipite. Ité dixiſti te hærere in quibuſdã verbis Beati Auguſtini, conãtis determinare uerba Domini duodecim Apoſtolos inſtruentis, qui remã ſerant, ſeptuaginta ferme retro abeuntibus. Sunt auté hæc verba. Non hoc corpus, quod videtis manducaturi eſtis, neque bibituri illum ſanguinem, qué fuſuri ſunt illi, qui me crucifigent. Quod ſic conuenienter intelligi poteſt. Quia & ipſum eſt, & non ipſum. *Ipſum quidem materiali eſſentia*, ſed non ipſum viſibili forma, vnde & ſubditur. Et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, neceſſe eſt tamen inuiſibiliter intelligi. Ipſi enim qui receſſerant à Domino, putabant quod carnes Domini

viuentis,

viuentis, beſtiali more, eſſent in fruſta ſciſſuri, & aut elixas vel aſſas in verubus comeſturi, quòd ſi nollent, non poſſent eius eſſe Diſcipuli. Nos aũt ſic immolatũ Chriſtum manducamus & bibimus, vt integrum eum ad dexteram Patris manere credamus, & cùm ſemel in diſtinctione membrorũ ſuorũ, in manifeſtatione corporis ſui ſe obtulerit hoſtiam viuentem, paſſibilem, & mortalem, quotidie tamen ſub velamento panis & vini à ſancta Eccleſia immolatur, & nõ in parte ſciſſum, neque cruentum corpus eius fidelium ore percipitur. Et hoc eſt quod dicitur, non hoc corpus, quod videtis, manducaturi eſtis. Neque .n. quod de altari ſumimus, Beatus Auguſtinus *verum corpus* eſſe negaret: qui hoc in pleriſque tractatuum ſuorum locis euidenter affirmat. Vnde dicit in quodam ſermone de verbis Euangelii. Quod videtis in altari panis eſt & calix, quod ẽt oculi renuntiant. Quod autem fides poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus, calix eſt ſanguis. Et interpoſitis quibuſdã. Quomodo, inquit, panis eſt corpus, vel quod habet calix, quomodo eſt ſanguis? Iſta, fratres, ideo dicuntur Sacramenta, quia aliud videtur, aliud intelligitur. Item idem in Sermone ad Neophytos. Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce: hoc accipite in calice quod manauit de Chriſti latere. Poſſem quidẽ de ſcripturis in hanc ſententiam plura colligere, ſed nunc iſta ſufficiant fraternitati tuæ. Vale.

Ipſum Chriſtum, qui ad dexteram patris ſedet in Euchar. manducamus.

Chriſtus quotidie ſub velamento panis immolatur.

Oecumenius, vix. putat. circa ann. 1086.

In Epiſt. ad Hebreos cap. 5. & 10. Per ſacerdotes, Chriſtus & ſacrificat & ſacrificatur modumq;

Significat ſermo, quod licet Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiam (ſiquidem ſuum ipſius corpus obtulit) attamen qui ab ipſo fungentur ſacerdotio, quorum Deus pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerrent: nam hoc ſignificat in æternum. Neque enim de ea, quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio

ſacrificandi in cœna illis tradidit. Miſſæ ſacrificium.

& hoſtia dixiſſet in æternum, ſed reſpiciens ad præſentes ſacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur: qui etiam in myſtica cœna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificii. (Singulis annis). Quid ergo? an ne nos ſemper offerimus hoſtias ſanguine carentes? Sed vnius eiuſdemque mortis Chriſti memoriam facimus, & unum Chriſti corpus ſemper edimus. Nõ enim nunc quidem unius Chriſti, aliàs verò alterius, ſed ſemper eiuſdem.

Guilielmus Bibliothecarius Malmesberienſis, Vixiſſe à quibuſdam putatur. Anno. 1088.

Libro 3. de geſtis Anglorum.

Fuit hoc tempore Berengarius Turonenſis hæreſiarcha, qui panem & uinum in altari appoſita, poſt conſecrationem Sacerdotis verum & ſubſtãtiale corpus Domini, ſicut ſancta Eccleſia prædicat, eſſe denegabat. Iãque ſcatebat omnis Gallia eius doctrina per egenos ſcholares, quos ipſe quotidiana ſtipe ſollicitabat, diſſeminata: vnde ſoliditati catholicæ timens ſanctiſſimæ memoriæ Leo Papa, Vercellis contra eum inſtituto cõcilio, tenebras nebuloſi erroris Euangelicorum teſtimoniorum fulgore depulit. Sed cum poſt obitum eius virus hæreſeos diu in finibus quorundam nebulonum confotum iterum erumperet, Hildebrandus Archidiaconus cum eſſet Turonis, mox Papa Romæ, adunatis Conciliis conuictum ad dogmatis ſui anathema cõpulit. Reſponderunt ei libris Lancfrancus Archiepiſcopus, ſed præcipue fortiter Guitmũdus prius monachus de S. Leofredo Normanniæ, poſtea Archiepiſcopus Auerſanus Apuliæ, noſtri temporis eloquentiſſimus. Berengarius plane, quamuis ipſe ſententiam correxerit, omnes quos ex totis terris deprauauerat, conuertere nequeunt: adeo peſſimum eſt alios exemplo vel verbo à bono infirmare: quia fortaſſis peccatũ te grauabit alienum, cum deletum fuerit tuum. Quod Epiſcopum Carnotẽſem Fulbertum (quem Domini mater Maria olim

ægrotum lacte mamillarum ſuarū viſa fuit ſanare) præ dixiſſe aiunt. Nam cum in extremis poſitum multi uiſi tarent,& ædium capacitas uix confluentibus ſufficeret ille inter oppoſitas cateruas oculo longe rimatus, Berengarium niſu,quo ualuit,expellendum cenſuit, proteſtatus immanem dæmonem prope eum conſiſtere, multoſque ad eum ſequendum blandiente manu & illi ce anhelitu corrumpere. Quin & ipſe Berengarius die Epiphaniorum moriēs, gemituque educto recordatus quot miſeros quondam adoleſcens primo erroris calo re ſecta infecerit,hodie,inquit, in die apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus Ieſus Chriſtus,propter pœnitentiam,vt ſpero,ad gloriam,vel propter alios, vt ti meo,ad pœnam. Nos ſanè credimus poſt benedictionē Eccleſiaſticam illa myſteria eſſe *verum corpus & ſanguinem Saluatoris*,adducti, & ueteri Eccleſiæ auctoritati, & multis nouiter oſtenſis miraculis.

S. Bruno, Vixit anno, 1089. *1. Epiſto. ad Corint.*

Ego accepi ab ipſo Domino,quod tradidi uobis, & nunc iterum tradam. hoc ſcilicet quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus in illa nocte (nox autem ſignum eſt aduerſitatis & triſtitiæ,in qua non epulabatur, non inebriebatur,ſed ad mortē pro peccatis noſtris tradebatͨ) accepit panem,id eſt,ueram ſubſtantiam panis, & agēs gratias Deo patri de hoc,quia ſicut per eum diſpoſuerat,humanum genus redimebat, & in obediētia Patris perſeuerabat. In his uerbis,quibus Chriſtus gratiàs egit Patri dicitur ſubſtantia panis & uini appoſita in al tari tranſire *in ueram carnem & uerum ſanguinem Chriſti*. Gratias,inquam agens,fregit illud, quod viuum & inſe parabile durat in æternum,ſed fregit, cum ſingulis totum dedit,vt per hoc inſinuaret nos,qui perſonis diuer ſi ſumus,debere vnum fieri in dilectione Dei. Fregit,in quam,& dixit. Accipite,id eſt,acceptabile hoc habete, & ſubtiliter diſcutite myſterium huius Sacramenti, vt quemadmodum ego pro uobis, ſic & pro nomine meo

Verbis conſecrationis ſubſtantia panis, tranſit in uerā carnem Chriſti Tranſubſtātiatio.

ſunt totum Chriſti corpus. Nec cuiquam incredibile id debet uideri. Quotidiano enim experimento cognoſcimus, quia intellectus noſter, id eſt, uerbum cordis noſtri, cum illum quodammodo voce veſtimus, ut qui in corde noſtro latens nobis ſolis cognitus erat, per vocẽ aliis etiam manifeſtari poſſit, eodem tempore & totus in corde noſtro remaner, & totus æque mille hominibus cum aſſumpta uoce ſua quantum in ſe eſt, ita apparere poteſt, ut non ſolum ipſe ſimul omnium corda illuſtret, ſed aures etiam cũctorum ipſa quã veſtitus eſt uoce eodem tempore tota & indiuiſa perſtringat. Si igitur humano verbo Deus tantum præſtitit, ut nõ ſolum ipſum, ſed etiam vox qua quodãmodo veſtitur, ad mille homines eadem ſimul totaq; pertingere ualeat, nemo hoc ipſum de omnipotentis Dei unico & coomnipotente & coæterno verbo, & *de carne eius*, quam ſimiliter, vt nobis ipſum verbum appareret, veſtiuit, etſi capere non poſſit, habere incredibile debet, quod de fragiliſſimo & tranſitorio verbo hominis, & momentaneis vocibus, vixque exiſtentibus, & nunquam præualet capere, & tamen penè ſemper experimento habet. Ipſam certe animam noſtram corpore quod corrumpitur aggrauatam non particulatim per ſingula corporis membra diuidi, ſed in ſingulis portiunculis totam atq; integram cõtineri, Beatus Auguſtinus ualidiſſime probat. Qui ergo hanc animæ noſtræ potentiam præbuit, vt vna eademq; & indiuiſa in ſingulis quibuſq; particulis ſui corporis eodem tempore tota conſiſtat: quare ſuæ propriæ carni id dignitatis ſi vult dare, non valeat, vt & ipſa in diuerſis ſui cuiuſdam corporis quod eſt Eccleſia partibus, tota ſimul & indiuiſa poſſit haberi? Cum ſicut anima noſtra uita eſt corporis ita ſit Eccleſiæ (imo multo melius per Dei gratiam) vita, *caro Saluatoris*. Per animã quippe fit, vt corpus vtcunq; tẽporaliter viuat: per carnẽ vero Saluatoris agitur, vt Eccleſia non quomodo cunq;, ſed beate in æternũ viuat. Cum vero ſapientiſſimus Solomon cunctas res eſſe difficiles dixerit, ita vt

Comparatio aptiſſima.

Nota. bene.

Exemplum.

explicare

explicare eas homo non poſſit, nõne inſanienti quã ſimillimus eſt, qui hæc diuinã arcana diſcutere ad oculũ violenter quærit? Omnes. n. creaturæ Dei miracula nobis inexplicabilia ſunt. Chriſtus verò inter omnia, aut præ omnibus miraculũ ſingulare. Si igitur poteſt Chriſtus efficere, ſicut diximus, vt unaquæq; ſeparata particula ſit *totum Chriſti corpus*, & tamen omnes ſeparatæ, non plura ſunt corpora, ſed vnũ corpus: quemadmodũ vox mille hominũ percutit aures, & apud unumquéq; tota eſt, nec inde plures dicũtur, ſed una ſola: & quéadmodũ tota anima mille corporis humani replet particulas, & cũ ſe totã præbeat ſingulis, nõ plures tamẽ, ſed vna eſt anima: ita iam nulla ratio propter huiuſmodi quaſi partitiones obſtare videt, ut non poſſit, aut velle non debeat Chriſtus, panẽ & uinũ ſicut ipſe docuit & Eccleſia credidit, transferre in corpus & ſanguinẽ ſuũ.

Tranſubſtãtiatio.

Idem lib. 3. Contra Lutheri opiniones.

Nunc contra illos habenda eſt ratio, qui Eccleſiæ rationibus expugnati, iã quidẽ negare nequeunt *ſubſtantiam corporis Chriſti* cibo ineſſe Dominico: panẽ tamẽ & uinum per uerba Saluatoris in carnem eius & ſanguinẽ verti nequaquam credentes, ſed Chriſtum pani & uino cõmiſcentes, tanquam ſubtiliori ratione hæreſim alterã condiderunt. Quos quidẽ alios dico quaſi alio errore detentos: nã alias idẽ ſunt. Nam primum quidẽ apud quos poſſunt quantumcunq; poſſunt, nihil de corpore & ſanguine Domini ſubſtantialiter Sacramentis ineſſe contendunt: ſed inde, vt diximus, pulſi, cõfugere malũt ad hanc impietatẽ, quã ſynceram tenere cũ aliis hominibus humiliter veritatem. Cuius veſaniæ cauſſam proferunt hanc: ut per panem & uinum, inquiunt, caro Criſti comedi, & ſanguis potari poſſet. Sed ut quid hanc cauſã? Quare enim per ſe ſine corporis alterius adiumento caro Domini non poſſet comedi, & ſanguis potari? Si enim carnis & ſanguinis horrorẽ metuunt, cur non ſufficit Eccleſiæ ratio per S. Ambroſi. in lib. de Sacramentis generaliter reſpondentis: rerum quidem ſubſtantias mutari, ſed propter horrorem, priorem ſaporẽ coloremque & cætera quædam accidentia ad ſenſus

Non ergo Lutherus hunc errorẽ commentus eſt, ſed olim ſepultum reuocauit.

Impietas eſt credere, ſubſtantiam panis manere in ſacramẽto cum Chriſti corpore.

Cur ſpecies panis in Euchariſt. retinetur.

dűtaxat ptinétia retineri? Si verò reſpondent, id non fieri, vt ī poſſe alio videlicet corpore color & ſapor ali us corporis teneat: diuinā poſſumus eis breuiter obie ctare potētiā. Cui ſi cōcedűt, finem faciant quæſtioni. Sin aűt derogant, audiant ſcript. Quia oīa quæcunque voluit Dominus, fecit, in cælo & in terra: & cætera multa, quæ iam in principio huius opuſculi contra bla ſphemias iſtorum ſatis abundeque reſpondimus. vt ta- men & exēplis res clareat, dignentur attendere quod de manna legitur, quoniam ad nutum comedentis quo rumlibet in eo ciborum continuo ſapor alternabat, vt igitur altioris myſterii cauſſas, diuiniq́ue conſilii pro- fundiorem ſapientiam, in quantum mihi exiguo ſcire conceditur, ſileam, ſicut ibi conſulebatur hominű car- nalium voluptati, ita & hic conſulitur infirmorum ne- ceſſitati, & qui tunc multorum corporum ſapore mu- tato, remouebat faſtidium, nunc unius corporis ſapore retento, tollit horrorem. De colore quoque & cæteris huiuſmodi accidentibus non eſt difficilis ratio, cùm ip ſe Dominus ſe per diuerſas legatus ſpecies Diſcipulis demonſtraſſe, nunc ad inſtar ſolis & niuis transfigura- tum reſplenduiſſe, nunc ſe exhibuiſſe tanquā peregri- num, nunc apparuiſſe velut hortulanum, aliquando ſpe ciem exhibuiſſe miniſtrantis, aliquādo formam tenuiſ ſe docentis. Quòd ſi ad illas cauſſas refugiunt, quas in ore ſępe habere ſolent, quia uidelicet nefas ſit Chri- ſtum dentibus atteri, nefas ſit illum dentibus minui, has, vt puto, in principio huius operis ſufficienter eua cuamus. Nam qui poſt reſurrectionem manibus & la- biis, vt dictum eſt, potuit attrectari, & dentibus ēt po- teſt. Euchariſtiam verò, ſi Chriſto quidem non placet vt corpus ſuum ſine aliquo ipſius incommodo diuida- tur, exemplo vocis & animæ, quæ totæ in diuerſis lo- cis eſſe poſſunt, in comedendo negauimus minui: li- cet altiſſimi cauſſa myſterii, quo & infidelibus tanta res clauderetur, & fidelibus vtile exercitium præbea- tur, id videatur fieri. Quapropter cum illæ cauſſæ ni-

hil

hil ualeant, nec alias ipſi afferant, quæ inſania eſt, ut Chriſtũ, vt ita dixerim, ſua auctoritate impanẽt & inuinent? Et quidẽ Chriſtũ incarnari humanæ redemptionis ratio expoſcebat, quod futurum Prophetæ prædixerunt, factum Chriſtus oſtẽdit, Apoſtoli prędicauerũt, mundus credidit. At impanari uel inuinari Chriſtum nulla, ſicut oſtẽdimus, expetit ratio, nec Prophetæ prædixerunt, nec Chriſtus oſtendit, nec Apoſtoli prædicauerunt, nec mundus, exceptis his pauciſſimis hæreticis credidit. Vnde igitur eos malus error iſte peruaſit? Totus mundus cõcinit: Sicut anima rõnalis & caro, vnus eſt homo, ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Nemo audet dicere: ita Deus & homo, & panis & vinũ, unus eſt Chriſtus. Vnde igitur iſtis hæc noua cõperſonatio? Quare vel Apoſtolus nõ terruit eos dicens: Si quis annuntiauerit præterquã quod annũciauimus vobis, anathema ſit? Chriſtũ .n. iſti impanatum & inuinatũ annunciant, ſed huiſmodi Chriſtum Apoſtoli non annunciauerunt. Anathema igitur iſti Apoſtolica auctoritate incurrunt. Beatus ſane Ambroſius in libro de Sacramentis de his copioſe diſſerens: nõ in pane & vino corpus & ſanguinem Domini latere, ſed panem & vinum in corpus & ſanguinẽ Domini cõmutari docuit. Hos impanatores ſuos ipſe Dominus Ieſus verbo oris ſui interficit, cum accipiens panem gratiasq; agens ac benedicens, ait: hoc eſt corpus meum. Non ait. In hoc latet corpus meum: Nec dixit: In hoc vino eſt ſanguis meus: ſed dixit, hic eſt ſanguis meus. Vnde & Eccleſia Dei conſequenter à ſe eoſdem ſeparat, cùm in ipſo Canone Miſſæ ex Apoſtolica traditione ita erat: Quam oblationẽ tu Deus in oĩbus quæſumus benedictam, aſſcriptam, ratam, rationabilẽ, acceptabilemq; facere digneris: vt nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nõ hic oratur, vt in ea corpus & ſanguis lateat, aut in eam corpus & ſanguis adueniat: ſed vt ipſa oblatio & corpus & ſanguis fiat. Equidẽ ego de hac impanatione mecum ẽt atque etiã

Inter hereticos numerantur, qui credunt ſubſtantiam panis, una cum corpore Chriſti in Euchariſtia conſiſtere.

Transſubſtãtiatio.

Canon memor ſacrificij Miſſæ, ex Apoſtolica eſt traditione.

Stultiſſima eſt audacia & inſaniſſima præſumptio, Lutheri & eius ſequacium errat, quod corpus lateat ſub vel in pane.

Peior Lutheri opinio de Euchariſtia quàm Sacramẽtariorum.

Ex ſola ſuperbia, nata eſt Lutheri de Eucharist. opinio.

Obſtinati in ueritate oppugnanda ſunt hæretici, ne ab ipſa ueritate uicti uideantur.

Nota bene.

Argumentum certiſſimum falſitatis & hæreſis, eſt ipſarum ſectarum ſciſſura & diuiſio.

Vera & Apoſtolica fides eſt quæ ſemper eadẽ & vna in Eccleſia fuit non quæ nuper ab hæreticis commẽta eſt.

Orati. quã habuit ad Henricum 4. Regem

retractus, non ſatis verbis exprimere poſſum quantum ſuper iſtorum ſtultiſſima audacia, & inſaniſſima præſumptione admiror pariter & indignor. Nam cõtra diuinas auctoritates, humana ratione incidere, id quidẽ inſanum: ſine rõne autem, id longe inſanius. At vero & ſine ratione, & contra rõnem aduerſus Deum ſemper latrare, id prorſus ſupra quam di poſſit inſaniſſimum. Iſti enim nequiores nequiſſimis, fratres ſuos vmbraticos præſe iuſtificauerunt. Illi quippe iudicium ſenſuũ tranſcendere non valentes, tanquam ex infirmitate er raſſe videri poſſunt: hi uerò neque ex ſenſibus, neque ex ulla ratione, neque ſcriptura aliqua cauſſas erroris ſui mutuantes, ſola penitus ſuperbia inſanire videntur, dum reclamante natura quam tantopere defenſitare ſolent, quomodo enim in ſolido corpore panis, alterũ corpus latere poſſit, videri non poteſt reclamante inquam, natura, reclamãtibus ſcripturis ſacris, nullo ſanctorum Patrum teſtimonio, nullo diuino oraculo, nullo miraculo fulti, munitam vndique catholicam pietatem, beſtialiter obſtinati ob hoc tantum oppugnare videntur, ne ab ea victi eſſe videantur. O infelices, quos pietas non vincit. O infeliciſſimos, qui dum ſubiici pietati renuunt, impietatis ſerui eſſe non erubeſcunt. Contra quorum manifeſtiſſimam ſtultitiam reſponde re indigniſſimum videretur: niſi quia ad cumulum perditionis ſuæ non eis mors propria ſufficit, niſi ẽt quoſcunque poſſunt viliſſima falſitate perditum eant. Et hæc quidem ſpecialiter contra iſtos. Deinceps verò vtroſque præfatos hæreticos communiter Deo propitio diſputatio ſecutura percutiet. Quibus quàm maxime in primis ad argumentum videndæ falſitatis ſuæ ipſa hæreſim ſciſſura ſatis eſſe debuerat: quod nunc videlicet nihil carnis & ſanguinis, niſi tantum vmbram & figuram Sacramentis Dei ineſſe, nunc verò ſubſtantiã carnis & ſanguinis in eis latere contendunt. Fides namque Apoſtolica quæ ſola vera fides eſt, in affirmationẽ & nagationem non ſcinditur. Apoſtolus nanque dixit:

vnus

vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Apoſtolica igitur fides vna eſt tantum. Iſtorum autem vana credulitas, dum quod in vna opinione tenet, in altera non tenere conuincitur, in affirmationem & negationē ſciſſa non eſt vna. Iſtorum ergo credulitas non eſt Apoſtolica fides, atq; ideo neque vera fides. Quapropter Apoſtolicam fidem non habentes, ab Apoſtolica quoque Eccleſia ſeiuncti ſunt, contingetq; illis quod Saluator ait: Omne regnum in ſcipſum diuiſum deſolabitur. *Germanorum.*

Gregorius vii. Papa. Vixit ann. 1070.

Ego iam pridem à te tuiſq; fautoribus literas accepi, quibus me inſimulabas ſedem Apoſtolicam per Simoniacam hæreſim occupaſſe, & aliis quibuſdam tam ante Epiſcopatum, quàm poſt acceptum Epiſcopatum criminibus vitam maculaſſe, quæ mihi ſecundum ſcita canonum omnem ad ſacros ordines acceſſum obſtruxerunt. Et licet multorum idoneorum certè teſtium aſtipulatione crimen refellere queam eorum ſcilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate inſtitutionem integerrimè nouerunt, & eorum qui meæ ad Epiſcopatum promotionis auctores fuerunt, ego tamen ne humano potius, quàm diuino niti videar teſtimonio, vt ſatisfactionis compendio omnibus ſcandali ſcrupulū de medio auferam, *ecce corpus Dominicum*, quod ſumpturus ero in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus ſuo me hodie iudicio vel abſoluat obiecti criminis ſuſpicione, ſi innocens ſum, uel ſubitanea interimat morte, ſi reus. Si te innocentem noſtri, & exiſtimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falſis criminationibus impeti, libera compendioſe, & Eccleſiam Dei ſcandalo, & teipſum longæ concertationis ambiguo, & ſume hanc reſiduam partē *Dominici corporis*, ut comprobata Deo teſte innocentia tua, obſtruatur omne os aduerſum te iniqua garrientium. *In Martyrologio 7. Idus Aug.*

Ado

Ado Archiepiſcopus Treuerenſis,

Vixit anno 1074.

In Martyrologio 7. Idus Aug. Recepto beato Satyro cum patribus ſuis, eius loco Sacerdotium Beatus Donatus ſuſcepit. Cumque die quadã Miſſam celebraſſet populo,& de corpore Chriſti & ſanguine ipſius populus venerabiliter recrearetur, Diaconus quidam nomine Antimus, tradebat ſacrum *ſanguinem chriſti,* qui ſubito Paganorum impulſu cecidit, & ſacrum calicem comminuit. Cumque duceretur (ſanctus Cornelius) vnus ex militibus nomine Cerealis,rogare cœpit B. Papam, vt viſitaret vxorem eius, quæ annis quinque paralitica iacebat. Ingreſſus domũ eius,tenuit manũ Saluſtiæ,& erexit eam dicens. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ſta ſuper pedes tuos.Quæ protinus erexit ſe,clamãs,& dicens.Vere Chriſtus eſt Dei filius.Et dixit B.Cornelio,baptiza me,per Chriſtũ te coniuro.Et currens impleuit vas aqua,& attulit ei. Tũc miſerunt ſe oẽs milites ad pedes eius,orantes ſe baptizari. Quos vt baptizauit, obtulit pro eis ſacrificium laudis,& participati ſunt omnes *corpore & ſanguine* Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Idem in eodẽ 18. Cal. Octob.*

Henricus quartus Imperator.

Vixit anno 1076.

Epiſt.ad regem Francorum. Ex omnibus meis quartus ego ſum incluſus:nec admitti potuit quilibet alius. Cuſtodes deputati,qui vitæ meæ erant atrociores inimici. Benedictus per omnia Deus,exaltandi & humiliandi quemcunque voluerit Rex potentiſſimus.Cùm igitũ ipſo ſacratiſſimo die natiuitatis ſuæ omnibus redemptis ſuis ille ſanctus ſanctorum puer,fuiſſet natus:mihi ſoli *filius ille non eſt datus.* Nam vt taceam opprobria, iniurias,minas,gladios in ceruicem meam exertos,niſi omnia imperata facerem famem etiam & ſitim; quam ferebam, & ab illis quos iniuria erat videre & audire, vt etiam taceam quod eſt grauius, me olim ſatis felicem fuiſſe, illud nunquam obliui-

obliuiſcar, nunquam deſinam omnibus Chriſtianis cō queri: quod illis ſanctiſſimis diebus ſine omni *Chriſtiana communione* in illo carcere fui.

Lambertus Herſveldenſis. *Lib. de rebus Germanorum.*

Vixit ann. 1080.

Epiſcopus quoque Citicenſis, & Epiſcopus Vercellenſis & Azzomarchio, & alii conuentionis eius principes allatis Sanctorum reliquiis ſub iureiurando confirmauerunt facturum eum eſſe quæ pollicebatur, nec aliqua rerum aſperitate vel caſuum variè ſuccedentiū mutabilitate ab ſententia deducendum. Ita abſoluto Rege excommunicatione, Papa Miſſarum ſolennia celebrauit, confectaque ſacra oblatione Regem cum cætera quæ frequens aderat, multitudine, ad altare euocauit, præferensque manu *Dominicum corpus* præfatus verba terribilia, quibus Deum cauſſæ ſuæ æquiſſimum iudicem, & innocētiæ aſſertorem adeſſe precabatur. partem Dominici corporis accepit & comedit. Qua liberrimè abſumpta, cum populus in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus, aliquādiu acclamaſſet, tandem impetrato ſilentio conuerſus ad Regem, fac ergo, inquit fili, ſi placet, quod me facere vidiſti. *Innocentia Gregorij 7. Pōtificis Romani Deus ipſe teſtis eſt, quæ tam multis olim & adhuc hodie ab hereticis, mendacijs impetita fuit.*

Robertus S. Remigii. Vixit anno 1083. *Lib. 1. Expeditionis Hieroſolymitanæ.*

Fractis tandem armis non animis, laudabili morte, ſicut in bello, ſic pro Deo vitam terminauerunt: eosq; in ſortem cælitum Angelici ſpiritus tranſtulerunt. Tunc primum Turci reuolutis cadaueribus ſuorum, cognouerunt quia, cum quibus pugnauerant, franci fuerunt. His itaque patratis pars Turcorum cucurrit ad caſtra Chriſtianorum, & ibi vnum presbyterum Miſſam celebrantem inuenerunt, quem ante altare detruncauerunt. O felix felicis presbyteri martyrium, cui præbuit ducatum *Dominici corporis* viaticum.

Iuo Epiſcopus Carnotenſis.

Vixit ann. 1085.

Quærit autem in literis illis fraternitas tua, vtrum *Epiſt. ad*

Haymericum abbatem.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus in cœna quam fecit cũ Diſcipulis ante paſſioné ſuam dederit eis corpus ſuum paſſibile, cum nos illud accipimus de menſa altaris im paſſibile: Ad quam quæſtioné, ſi tibi reſpondeatur, Diſcipulos Chriſti, corpus Domini tale accepiſſe, quale tunc erat: nos verò tale accipere, quale nunc eſt: non video quæ auctoritas mihi contradicat, quæ rationis violentia me vrgeat, imo ſi aliter dicerem, repugnantem viderẽ rationem & auctoritatẽ. Nam *corpus illud*, quod tunc Diſcipulis ſuis Dominus commendabat adhuc fuiſſe paſſurũ, nemo qui abnuat, ſicut tu ex auctoritate Dominica in literis tuis poſuiſti. hoc corpus, qđ pro vobis tradetur. Paſſibile autem fuiſſe, quod paſſurum erat quis deneget? Impaſſibile verò nunc eſſe, quod ſumimus, tu ipſe bene ex auctoritate Apoſtoli confirmaſti. Quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Corpus Chriſti ante paſſionẽ, quale erat, datũ eſt Diſcipulis paſſibile, quod per paſſionẽ tranſiturũ erat ad impaſſibilitatem: nec vnquã profuiſſet ad ſalutẽ infirmitas illa paſſibilis corporis, niſi ſubſecuta fuiſſet glorificatio impaſſibilis & immortalis. Quomodo .n. poſſet mihi dicere figulus, vas quod tibi do ante ignem inutile & infirmũ, hoc ſtatim reddã poſt ignẽ vtile & robuſtũ. Ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignãter dixit. Hoc corpus, quod pro vobis tradetur, accipite. Itẽ dixiſti te hærere in quibuſdã verbis Beati Auguſtini, conãtis determinare uerba Domini duodecim Apoſtolos inſtruentis, qui remãſerant, ſeptuaginta ferme retro abeuntibus. Sunt autẽ hæc verba. Non hoc corpus, quod videtis manducaturi eſtis, neque bibituri illum ſanguinem, quẽ fuſuri ſunt illi, qui me crucifigent. Quod ſic conuenienter intelligi poteſt. Quia & ipſum eſt, & non ipſum. *Ipſum quidem materiali eſſentia*, ſed non ipſum viſibili forma, vnde & ſubditur. Et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, neceſſe eſt tamen inuiſibiliter intelligi. Ipſi enim qui receſſerant à Domino, putabant quod carnes Domini

viuentis,

viuentis, beſtiali more, eſſent in fruſta ſciſſuri, & aut elixas vel aſſas in verubus comeſturi, quòd ſi nollent, non poſſent eius eſſe Diſcipuli. Nos aũt ſic immolatũ Chriſtum manducamus & bibimus, vt integrum eum ad dexteram Patris manere credamus, & cùm ſemel in diſtinctione membrorũ ſuorũ, in manifeſtatione corporis ſui ſe obtulerit hoſtiam viuentem, paſſibilem, & mortalem, quotidie tamen ſub velamento panis & vini à ſancta Eccleſia immolatur, & nõ in parte ſciſſum, neque cruentum corpus eius fidelium ore percipitur. Et hoc eſt quod dicitur, non hoc corpus, quod videtis, manducaturi eſtis. Neque .n. quod de altari ſumimus, Beatus Auguſtinus *verum corpus* eſſe negaret: qui hoc in pleriſque tractatuum ſuorum locis euidenter affirmat. Vnde dicit in quodam ſermone de verbis Euangelii. Quod videtis in altari panis eſt & calix, quod ẽt oculi renunciant. Quod autem fides poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus, calix eſt ſanguis. Et interpoſitis quibuſdã. Quomodo, inquit, panis eſt corpus, vel quod habet calix, quomodo eſt ſanguis? Iſta, fratres, ideo dicuntur Sacramenta, quia aliud videtur, aliud intelligitur. Item idem in Sermone ad Neophytos. Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce: hoc accipite in calice quod manauit de Chriſti latere. Poſſem quidẽ de ſcripturis in hanc ſententiam plura colligere, ſed nunc iſta ſufficiant fraternitati tuæ. Vale.

Ipſum Chriſtum, qui ad dexteram patris ſedet in Euchar. manducamus.

Chriſtus quotidie ſub velamento panis immolatur.

Oecumenius, vix. putat. circa ann. 1086.

In Epiſt. ad Hebreos cap. 5. & 10. Perſacerdotes, Chriſtus & ſacrificat & ſacrificatur modumq;

Significat ſermo, quod licet Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiam (ſiquidem ſuum ipſius corpus obtulit) attamen qui ab ipſo fungentur ſacerdotio, quorum Deus pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerrent: nam hoc ſignificat in æternum. Neque enim de ea, quæ ſemel à Deo facta eſt oblatio

ſacrificandi in cœna illis tradidit. *Miſſæ ſacrificium.*

& hoſtia dixiſſet in æternum, ſed reſpiciens ad præſentes ſacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur: qui etiam in myſtica cœna modum illis tradidit huiuſmodi ſacrificii. (Singulis annis). Quid ergo? an ne nos ſemper offerimus hoſtias ſanguine carentes? Sed vnius eiuſdemque mortis Chriſti memoriam facimus, & unum Chriſti corpus ſemper edimus. Nō enim nunc quidem unius Chriſti, aliàs verò alterius, ſed ſemper eiuſdem.

Guilielmus Bibliothecarius Malmesberienſis, Vixiſſe à quibuſdam putatur. Anno. 1088.

Libro 3. de geſtis Anglorum.

Fuit hoc tempore Berengarius Turonenſis hæreſiarcha, qui panem & uinum in altari appoſita, poſt conſecrationem Sacerdotis verum & ſubſtātiale corpus Domini, ſicut ſancta Eccleſia prædicat, eſſe denegabat. Iāque ſcatebat omnis Gallia eius doctrina per egenos ſcholares, quos ipſe quotidiana ſtipe ſollicitabat, diſſeminata: vnde ſoliditati catholicæ timens ſanctiſſimæ memoriæ Leo Papa, Vercellis contra eum inſtituto cōcilio, tenebras nebuloſi erroris Euangelicorum teſtimoniorum fulgore depulit. Sed cum poſt obitum eius virus hæreſeos diu in finibus quorundam nebulonum confotum iterum erumperet, Hildebrandus Archidiaconus cum eſſet Turonis, mox Papa Romæ, adunatis Conciliis conuictum ad dogmatis ſui anathema cōpulit. Reſponderunt ei libris Lancfrancus Archiepiſcopus, ſed præcipue fortiter Guitmūdus prius monachus de S. Leofredo Normanniæ, poſtea Archiepiſcopus Auerſanus Apuliæ, noſtri temporis eloquentiſſimus. Berengarius plane, quamuis ipſe ſententiam correxerit, omnes quos ex totis terris deprauauerat, conuertere nequeunt: adeo peſſimum eſt alios exemplo vel verbo à bono infirmare: quia fortaſſis peccatū te grauabit alienum, cum deletum fuerit tuum. Quod Epiſcopum Carnotēſem Fulbertum (quem Domini mater Maria olim

ægrotum

ægrotum lacte mamillarum ſuarũ viſa fuit ſanare) præ dixiſſe aiunt. Nam cum in extremis poſitum multi uiſitarent, & ædium capacitas uix confluentibus ſufficeret ille inter oppoſitas cateruas oculo longe rimatus, Berengarium niſu, quo ualuit, expellendum cenſuit, proteſtatus immanem dæmonem prope eum conſiſtere, multoſque ad eum ſequendum blandiente manu & illice anhelitu corrumpere. Quin & ipſe Berengarius die Epiphaniorum moriẽs, gemituque educto recordatus quot miſeros quondam adoleſcens primo erroris calore ſecta infecerit, hodie, inquit, in die apparitionis ſuæ apparebit mihi Dominus Ieſus Chriſtus, propter pœnitentiam, vt ſpero, ad gloriam, vel propter alios, vt ti meo, ad pœnam. Nos ſanè credimus poſt benedictionẽ Eccleſiaſticam illa myſteria eſſe *verum corpus & ſanguinem Saluatoris*, adducti, & ueteri Eccleſiæ auctoritati, & multis nouiter oſtenſis miraculis.

S. Bruno, Vixit anno, 1089. *1. Epiſto. ad Corint.*

Ego accepi ab ipſo Domino, quod tradidi uobis, & nunc iterum tradam. hoc ſcilicet quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus in illa nocte (nox autem ſignum eſt aduerſitatis & triſtitiæ, in qua non epulabatur, non inebriebatur, ſed ad mortẽ pro peccatis noſtris tradebatᷣ) accepit panem, id eſt, ueram ſubſtantiam panis, & agẽs gratias Deo patri de hoc, quia ſicut per eum diſpoſuerat, humanum genus redimebat, & in obediẽtia Patris perſeuerabat. In his uerbis, quibus Chriſtus gratias egit Patri dicitur ſubſtantia panis & uini appoſita in altari tranſire *in ueram carnem & uerum ſanguinem Chriſti.* Gratias, inquam agens, fregit illud, quod viuum & inſeparabile durat in æternum, ſed fregit, cum ſingulis totum dedit, vt per hoc inſinuaret nos, qui perſonis diuerſi ſumus, debere vnum fieri in dilectione Dei. Fregit, inquam, & dixit. Accipite, id eſt, acceptabile hoc habete, & ſubtiliter diſcutite myſterium huius Sacramenti, vt quemadmodum ego pro uobis, ſic & pro nomine meo

Verbis conſecrationis ſubſtantia panis, tranſit in uerã carnem Chriſti Tranſubſtãtiatio.

S. Vvolphelmus Abbas moritur Anno. 1091.

Epiſt.ad Megihardũ Abbate. Olim ſicut & hodie. Zvvingliani, negabãt Berengariani,tã Chriſtum clauſis ianuis ad diſcipulos intraſſe. quam ueram ſubſtantiã corporis eius in Eucha. eſſe.

Vt eam aſſertionem iuuante Chriſto poſſimus deſtruere,quæ clauſis ianuis eũ ad Diſcipulos poſt reſurrectionem non intraſſe nititur aſtruere: ex matris Eccleſiæ manens mammis, lactet nos Euangelium Ioãnis.Cum eſſet,inquit,ſero die illo una Sabbatorum , & fores eſſent clauſæ , ubi erant Diſcipuli congregati,ſtetit Ieſus in medio.Et paulo inferius: Poſt dies octo iterum erant Diſcipuli eius intus,& Thomas cum eis.venit Ieſus ianuis clauſis,& ſtetit in medio.Ecce inter Berengarium,quod non intrauerit Dominus ianuis clauſis,& inter Ioannem quod intrauerit, cum ſit cõtrouerſia.ſuperat ille,cui (quia uerum eſt teſtimonium eius) omnis applaudit Eccleſia.Norit igitur Berẽgarius,hæc ſibi ſufficere,quibus(cum à Deo ſint) non poſſit homo contradicere . Itaque deinceps ad id quoque Domino iuuante ueniam quod in Euchariſtiæ Sacramẽto loquitur blaſphemiam. Eſt autem uena huius ſcaturiginis, quod non recte ſentit de Sacramento Dominici corporis & ſanguinis , & dum ad aſpiciendum in eis panẽ & uinum oculos corporis habet, ad perſpiciendum in eis *carnem & ſanguinem* oculos mẽtis non adhibet.Nos autem uiſum acuamus,& acuendo proſpiciamus, ad obtinendam ſemel acceptam huius ueritatis traditionem noſmet hoc modo cohortemur . Si , qui dixit & facta ſunt,mandauit,& creata ſunt,ſi is,inquam,dixit de hoc pane:Hoc eſt corpus meum,& de uino:Hic eſt ſanguis meus,neceſſe eſt omnino ſic eſſe. Omnino ſic eſſe neceſſe eſt,quod dicente Deo uel manducate,non eſſe nõ poteſt.Eccleſia Achaiæ teſtatur Beatum Andream Apoſtolum dicere : Poſtquam omnis populus credẽtium agni carnes comederit , & ſanguinẽ biberit , agnus qui ſacrificatus eſt integer perſeuerat & uiuus,& cum uerè ſacrificatus ſit, & uerè carnes eius comeſtæ ſint à populo,& uerè ſanguis eius bibitus, tamen ut dixi , integer

permanet & immaculatus, & viuus.

Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus.

Affirmant illum quidam Vixiſſe
Anno. 1092.

Lib. 4. de Euangelica cõcordia. *Tranſubſtãtiatio.* *Panis per cõſecrationem vertitur in uerum corpus Chriſti.*

Sanè tria diſtingui oportet, quæ & ſancti Doctores aſſerunt, & Eccleſia firmiter tenet. Vnum eſt, quod panis & vinum per conſecrationem *vertuntur in verum corpus & ſanguinem Chriſti.* Secundum eſt, quod viſibiles ſpecies panis & vini, ſenſibus noſtris ſubiacent, æquè poſt conſecrationem, vt ante. Oculis enim ſine omni deluſione cernimus & formam, & colorem tam panis, quã vini: guſtu & odoratu abſque fallacia probamus ſaporem: tactu molle vel durum, auribus fractionem percipimus. Tertium verò eſt, quia corpus Chriſti in humana forma impaſſibili, incorruptibili, localiter in cælo eſt. Tenet igitur Eccleſia corpus Domini localiter eſſe in cælo, tenet verò *corpus Domini,* quod pepẽdit in ligno ſuper altare eſſe.

Hildebertus Archiepiſc. Turonenſis.

Vixit anno. 1093.

Ad Anglorum Reginã Epiſto. 16. *In altari Chriſtus immolatur.*

Imitaris quantũ licet ſacras mulieres illas: quæ prius ad crucem cum lacrymis, poſtea ad monumentum cum aromatibus acceſſerunt. Illæ nimirum pio ſuccenſæ deſiderio, quibus potuerunt ſtudiis & crucifixo compaſſæ ſunt, & obſequutæ tumulato. Tu quoque præſens es, *cum Chriſtus immolatur,* traditur ſepulturæ: neutrumque ſine tuo celebratur obſequio: cum ibi luminaria præparas, ubi luminis adeſſe auctorem, & corde credimus, & ore confitemur.

Idẽ ad quendam Epiſcopum.

His itaque decurſis quæ ex Chriſtiana fide veſtra debet fraternitas: id quod ex Sacerdote debetis ſequens pagina vos docebit. Offenſus Deus primò, tranſgreſſione originali: frequenter offenditur actuali. Illa ſemel

commiſſa,deleta eſt Chriſto ſemel in cruce paſſo: hæc acta,quotidie deletur Chriſto in altari quotidie immolato. Vt illa euacuaretur miſſus eſt in mũdum Chriſtus Deus & homo, hoſtia & Sacerdos:ut euacuetur iſta,ordinatur in Eccleſia miniſter altaris,non Deus, ſed homo,non hoſtia,ſed Sacerdos. Eſt itaque profeſſionis ueſtræ,cæleſtem ſacrificiis placare indignationem. Ad veſtrum ſpectat miniſterium,per myſterium *Dominici corporis* peccatores in diuinam reuocare gratiam.

Per immolationem Chriſti,quæ in altari peragitur,delentur peccata.

Sigebertus Gemblacenſis. Vix.an.1094

In Chronicis ſuis.

Sacramenta quæ in Eccleſia fiunt,baptiſmus ſcilicet, chriſma,*corpus & ſanguis Chriſti*, Spiritu ſancto latenter operante,eorundem Sacramẽtorum effectum, ſeu per bonos,ſeu per malos intra Dei Eccleſiam diſpẽſantur. Et quia Spiritus ſanctus myſticè illa viuificat: nec bonorum meritis diſpenſatorum amplificantur, nec peccatis malorum attenuantur.

S.Anſelmus Archiepiſc.Canthuarienſis.
Vixit anno. 1096.

Lib. de Officys diuinis.

Sic enim habemus in Euangeliis. Accepit Ieſus panẽ benedixit,fregit,deditq; Diſcipulis dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes,hoc eſt enim corpus meum, quod pro uobis tradetur. Quando in manus accepit, panis erat,Sic enim dicit. Accepit panem. Et per illam benedictionem, panis *fit corpus Chriſti*, non tantum ſignificatiuè,verum etiam ſubſtantiuè. Neque enim ab hoc Sacramento figuram omnino excludimus, neq; figuram ſolam admittimus. Veritas eſt, quia *corpus Chriſti eſt*. Figura eſt,quia immolatur, quod incorruptibile habetur. Conſideremus uerba Domini. Manducate, inquit,ex hoc omnes,hoc enim quod vobis ad manducã-dum

Panis, fit in altari corpus Chriſti, non ſignificatiue ſed ſubſtantiue.

Sacramentum Eucha. & veritas, & figura.

dum trado, eſt corpus meum. Et ut certi eſſent quòd re vera erat *corpus Chriſti*, ſigna expreſſit, quibus hoc digno ſcere poſſint. Hoc eſt, inquit, corpus meum, quod pro vobis tradetur. Si hoc corpus, corpus Chriſti non ſubſtantiue, ſed ſignificatiuè tantum fieret, hoc figura corpus Chriſti tantum exiſteret. Nihil ad figuram, quod ſequitur, quod pro vobis tradetur. Nec panem nominauit, poſtquã panẽ benedixit, ſed corpus: nec vinum nominauit, poſtquã uinum benedixit, ſed ſanguinẽ. Igitur ſicut fides catholica credit, panis qui offertur Sacerdoti, ad cõſecrandũ, per Sacerdotalẽ conſecrationẽ fit *corpus Chriſti*, non ſignificatiue tantum, ſed ſubſtantiuè.

Idem lib. de Sacramento corpor. Chriſti.

Sicut enim exigit neceſſitas ſalutis humanæ, vt adſit vbi opus eſt: ſic etiam exigit, vt ſic adſit corpus eius, ſicut opus eſt. Iam enim eſt neceſſaria nobis illa maniſeſta eius præſentia, qua hic cum hominibus conuerſatus eſt Chriſtus cum natura noſtra morte redimẽda fuit, in quo ſolo innocentem ſe inuenit: & cum aliter crucifigi non poſſet, niſi ex infirmitate, & niſi in maniſeſtatione carnis, & diſtinctione membrorum exhiberet ſe talem qui crucifigi poſſet, neceſſaria nobis tamen eſt præſentia eius, eo modo, quo eam neceſſariam ipſa veritas teſtata eſt dicens. Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in uobis manentem. Oportet igitur nos carnem Chriſti manducare, ſi uitam in nobis manentem volumus habere. Nam caro eius vere eſt cibus, & ſanguis eius vere eſt potus. Oportebat autem vt ſicut cum neceſſaria fuit nobis viſibilis eius præſentia, inuiſibile in ſuis, viſibile factum eſt in noſtris (verbũ enim caro factum eſt) ſic cum res exigit ſalutis noſtræ, vt mãducetur caro eius, quod non eſt ipſa caro in natura ſua, fiat in aliena manducabilis, quod in nullis rebus aptius fieri potuit, quàm in eis quæ inter omnia humani corporis uictualia, quodammodo tenẽt principatum, quæ ſunt panis & uinum. Nam etiam ad literam præ cunctis cibis cor hominis confirmat panis, & uinum lætificat.

cat. Qua igitur dignatione & pietate dignatus eſt in humeros ſuos leuare ouem perditam, id eſt, in unitatem perſonæ ſuæ aſſumere corruptam naturam noſtram: eadem pietate & dignatione nunc terrenam ſubſtantiam panis ſuſcipiens, in uirtute diuinæ potentiæ, cui in omnibus & per omnia ſubeſt, cum voluerit, poſſe, *transſmutat in ueritatem carnis ſuæ*. Cum uerò mutat naturam in naturam, ſubſtantiam in ſubſtantiam, corpus in corpus, hoc ſolum de eo immutatum, in eo in quod mutatum eſt, facit ſupereſſe, quod res exigebat, ſcilicet, ut cum panis ſubſtantia in illam tranſierit ſubſtantiam quæ ſedet in dextera Patris, de qualitate prioris ſubſtantiæ hoc ſibi uendicet: ut ſecundum myſterii ritum, tractabile fiat & guſtabile ex illa natura, quod non erat ex ſua. Sed cõtra omnem ſecularis philoſophiæ rationem & intellectum mutata panis ſubſtantia in aliam ſubſtantiam, ad quoddam myſterii obſequium quædam accidentia, quę illi inhærebant ſic tranſtulit non mutata: vt corpus Domini, licet adſit albedo, non faciat album, nec rotunditas rotundum. Sed exterius ſeruientia ad corpus Domini quodammodo obtegendum, quod in forma & natura ſua uere perſiſtit, vnum quiddam, quod pani inerat naturaliter & non inerat corpori Domini, & ineſſe illi exigebat res Sacramenti, vt ſuprà tegimus, ſui obſequio in illud faciat tranſire: vt vere fiat ſecundum ritum myſterii, tractabile & guſtabile, quod non erat in qualitate naturæ ſuæ. Nec magis mirandum hoc eſt, quod præter ſubſtantiam facit Deus ſubſiſtere accidentia, quam hoc, quod ipſe eſt in illa ſubſtantia recipiens accidentia, quamque eſt ſubſtantialiter exiſtẽs ſine qualitate bonus, ſine quantitate magnus, ſine loco vbique præſens, nihilque patiens, ſicque de reliquis. Sed libet de naturali, & communi, & ſecundum naturam poſſibili, naturarum vel formarum tranſmutatione, ſubtilius aliquid indagare, vt videamus & intelligamus quid in ſacrificio ſancto ſecundum naturã, quid ſupra naturam faciat naturarum omnium creator & ordinator

Tranſubſtãtiatio.

Panis ſubſtantia trãſit in illam ſubſtantiam quæ ſedet in dextera Patris.

dinator Deus. Sola quippe mutari transformariq́ue in ſe poſſunt, quæ vnius in ſe habent materiæ commune ſubiectum: nec hæc omnia: ſed ea, quæ in ſe & facere & pati poſſunt. Id verò probatur hoc modo: nec enim poteſt æs in lapidem permutari: nec uerò idem æs in herbam: nec quodlibet aliud corpus, in quodlibet aliud transfigurari poteſt: niſi eadem ſit materia rerum in ſe tranſeuntium, & à ſe & facere & pati poſſint. Corpus autem Domini cum pane vnius habet commune materiæ ſubiectum, in quantum corpus Domini & generari potuit & mori, communẽ cum illo pane terreno videtur ſortiri materiam: in quantum verò panis cũ corpore Chriſti communem habet materiã, poſſibile eſt in illud trãſmutari. Nec cũ hoc ſit à natura vſquã recedit. Si .n. multitudini maris modicam vini guttã infuſam transformare naturam in tantum, ut de ea nihil penitus videatur reſiduum, eſt poſſibile: magnitudini uel multitudini virtutis Chriſti, qua cum Deo patre vnum eſt, homo Chriſtus Ieſus, omnipotẽti Creatoris actione, & obedientiſſimę creaturæ paſſione, panẽ in ſuum tranſmutare corpus erit impoſſibile? Et cui creare de nihilo & formatum & formam fuit facile, mutare formatum & conſeruare formam quomodo erit difficile? Sic itaq; vt dictum eſt ad myſterii ritum, ad guſtus ſuffragium, à pio redemptore poſſibile factum eſt nobis, pie, & ſancte & vere corpus eius mãducare quoties nobis benedicit panem, id eſt *tranſmutat in corpus ſuum*.

Algerus Cluniacenſis, Vixit anno 1100.

Lib. de ueritate corpor. & ſanguinis Domini, in Eucharistia.

Re vera verbum fit caro, & panis fit eadem caro: ſed longe diuerſo modo. Verbum fit caro, & naſcitur caro de carne, aſſumendo carnem, non mutatum in carnem, ſic factum quod non fuerat, vt non deſiſteret eſſe quod erat. *Panis autem fit eadem caro*, non naſcitur caro, nec aſſumit carnẽ, ſed *mutatur in carnem*: ſic factus quod non erat, vt deſiſtat eſſe quod fuerat: pulcra ſpe

noſtra,

Tranſubſtantiatio. Panis, mutatur incar nẽ Chriſti.

noſtra, pulcroq; myſterio, vt in corpus Chriſti traijci nõ deſperet rationalis natura,in quod traiicitur & bruta:ſi deſiſtat eſſe,quod ex ſe malè fuerat, & ſit in Chriſto quod bene non erat. Quod autem panis non naſcitur, teſtatur Auguſtinus contra Fauſtum. Panis & calix non qualibet, ſed certa conſecratione myſticus fit nobis,non naſcitur. Proinde quod non ita fit,quamuis ſit panis & calix,alimentum eſt refectionis,non Sacramentum religionis,niſi quod benedicimus,gratiaſque agimus Domino in omni eius munere nõ ſolum ſpirituali, verum ẽt corporali. Cum ergo panis myſticus non naſcatur, nec aliqua naturæ terrenæ origine vel conditione in hoc diuinæ gratiæ Sacramento creetur, ſed ita corpus Chriſti fiat,vt panis eſse deſinat,quomodo res quæ iam nõ eſt,vel ipſa alicui, vel aliquid ei imperſonari poteſt? Sed quomodo Chriſtus in pane, qui iam nõ eſt,impanari dicitur,quum Chriſtus in panem nec conuertatur,nec aliquatenus panis fiat, ſed ecõuerſo,panis *corpus Chriſti conuertatur,* & corpus Chriſti fiat, ita vt panis non remaneat?Non enim ita ſumere dicendus eſt in altari ſpeciem uel formam panis,ſicut in vtero virginali ſpeciem vel formam carnis, cum in utero ſumpſerit ſpeciem vel formã, cum ſubſtãtia, in altari verò ſpeciẽ vel formã panis mutata & non permanente ſubſtantia. Cum.n. dicitur ſpecies uel forma panis & vini,hæc illarum rerũ ſunt vocabula, quæ ante fuerunt,ſcilicet panis & vini. Panis enim & vinum in Sacramento iam nõ ſunt,ſed ante fuerunt. Quã igitur in Sacramento Chriſti poſsunt creare nouam perſonam, in nec antiquam ſuam retinent ſubſtantiam?vnde notandum eſt,cum diuina pagina corpus Domini panem vocat,nõ ſubſtãtialiter,ſed myſtice & figurate dici, uel quia ex eo cõficitur,eiuſque nonnullas retinet qualitates,vel quoniã animam paſcit, eiq; vitæ æternæ miniſtrat ſubſtantiã, vel quoniã panis eſt Angelorum. Solent enim ſcripturæ quaslibet res uocare nominibus illarum rerũ,ex quibus fiunt, vt cũ dicitur homini, quid

Contra Lutheranorum falſum errorem.

Tranſubſtantiatio.

Cur corpus Chriſti in ſacris literis, panis appelletur.

ſuperbit

ſuperbit terra & cinis, cum homo non ſit cinis, ſed ex cinere factus: ſeu quæ putantur eſſe & non ſunt, vt cũ legitur Abraham vidiſſe tres viros, cùm eſſent Angeli: ſeu quibus ſimiles aliquo modo exiſtunt, vt cùm Deus dicitur Leo, propter fortitudinem. Sic igitur corpus Domini panis vocatur, vel quia, vt dictum eſt, ex pane conficitur: vel quia intuentiũ oculis, cùm ſit caro, panis videtur: vel ea ſimilitudine, qua ſicut panis materialis carnem, ſic ipſe ſpiritualis alit mentem. Si enim panis omnino ita mutetur in corpus Chriſti, vt nihil ex ipſo ſuperſit vel appareat, aut ſi quod apparet, nõ verũ, ſed phantaſticũ fiat, rationi videtur contrariũ. Si enim pane mutato nihil viſibile reſeruaretur, minueretur fidei meritũ, vel pro euidenti miraculo, quia in conſecratione Sacramenti, panis omnino euaneſceret: vel quia obliuione ſopita fidei deuotio torperet, cùm in tanto myſterio ſignũ aliquod, vnde memoria admoneretur, non ſupereſſet. Non enim ſupereſſet aliquod viſibile, circa qđ myſtica paſſionis ſigna & crucifixionis Chriſti in Miſſa poſſent celebrari: nec vnde in perceptione corporis & ſanguinis eius incorporationis ſuę & noſtræ myſteria compleri, vel infirmis viaticum dari, nec cætera, quæ viſibiliter & ſalubriter per ipſum in ſancta Eccleſia fiunt, poſſent adminiſtrari. Non enim fruſtrà dixit Dominus. Hoc facite in meam commemorationem. Sacramentum exhibens, ſicut verum fidei, ſic vere viſibile, excitandæ commemorationi, vt quod fidei certum eſt, mentem paſcat: quod viſui certum eſt, deuotionem accendat. Quia enim illum ſecundum carnẽ cælos oportuit penetrare, vt illuc confidentius tenderemus: reliquit nobis carnalibus huius Sacramenti viſibilem figuram, & caracterẽ carnis & ſanguinis ſui, vt ſuæ paſſionis memoria incitati, conſtantius hoc faceremus. Item ſi elementa omnino mutarentur in Chriſti carnem: nihil amplius eſſet Chriſti caro, quàm modo eſt. Sed & ſi propria ſpecies humanæ carnis corporaliter appareret: nihilominus ſpiritualis crederetur, quàm

quàm creditur, & eſt. Et quid prodeſſet videre eum in propria ſpecie humanæ carnis, qui tamen credendus eſſet vere habere ſpiritualem ſpeciem reſurrectionis? Minueretur fidei meritum pro tam manifeſto veritatis experimento: vel impediretur perceptionis eius commoditas, pro humani corporis comedendi horrore iniecto.

Sed quia de confectione Sacramẽti dictum eſt: quo modo Sacramentum corporis Chriſti ab aliis differat Sacramentis, vel quomodo conueniat, videamus. Cætera enim Sacramenta noui Teſtamenti & veteris figuræ tantum fuerunt: nec aliquæ ſpecies eorum, vt id fierent quod ſignificabant, ab hoc quod fuerant, ut manna, petra, aliquatenus mutatæ ſunt. Aqua vero baptiſmatis, & oleum chriſmatis in Sacramento ab hoc quod eſt non mutatur, nec Spiritum ſanctum, quem ſignificat aqua abluentem, emundãtem, oleum uerò roborantem, illuminantem, quamuis credentibus ſuo myſterio exhibeat, non tamen continere eſſentialiter, ſed figuratiue tantum creditur. Solum Sacramentum panis & vini ita mutatur, vt ſubſtantialiter non ſit quod ante fuerat, ſed ſubſtantia eius corpus Chriſti fiat: forma vero remanens, ipſum ſignificet & contineat. Hanc autem panis & vini ſubſtantiam ideo Chriſtus in ſuo Sacramento remanere non voluit, ne ſi duæ ſubſtantiæ veritates, panis ſcilicet communis noſter, & ipſe viuus & verus panis in eodem Sacramento eſſent, errorem gignerent veritatis: dum ibi eſſet & ipſe verus panis, quia vita æterna: & panis communis ſuo modo verus, quia temporalis vitæ ſubſtantia. Facilius enim, & certius creditur corpus Chriſti in illo Sacramento fieri & eſſe, vbi corporaliter non fuerat, non ſolum pro Sacramento, ſed & pro miraculo: dum ibi panis deſinit eſſe quod fuerat. Et forſitan ne hæreſes impanationis & fœdæ digeſtionis huic ſingulari ſuo Sacramento aſſcribi poſſent, ipſum ab omni corruptibilis naturæ vel materiæ contagio purũ eſſe voluit. Si quæris quomodo

Idem eodem lib. cap. 8.

Panis in Euchariſt. ita ſubſtantialiter mutatur, ut eius ſubſtantia corpus Chriſti fiat.

In ſacramẽto Euchariſtiæ, cur Deus panis ſubſtantiã remanere noluerit.

Tranſmutatio panis in Chriſti corpus, myſterium fidei eſt, credi poteſt, inueſtigari non poteſt.

modo res corruptibilis in incorruptibilem, exiſtens in coexiſtentem, noua in antiquam, ſiue illius innouatione vel immutatione mutetur: reſpondet tibi Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi, ſi quæris modum quo id poſſit fieri, breuiter ad præſens reſpondeo: myſterium fidei eſt, credi ſalubriter poteſt, inueſtigari vtiliter non poteſt. Item idem contra Felicianum. Omittamus in Deo corporalis intelligentiæ legem: ne operibus ſuis ſimilē dicamus eſſe factorem. Et poſt pauca. Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut nō inuentum putet incredibile, aut repertum non credat ſingulare, quia ergo ſpirituale & inuiſibile corpus Chriſti aſtruximus, & per ipſum tamen non ſolum ſpiritualiter, ſed & corporaliter humanitatis & diuinitatis eius participamur: eundem habentes ad tuitionem noſtram in viatico, quem ad glorificationem habituri ſumus in præmio, vt ſubſtantialiter, & vere in Sacramento ſuo eſſe credatur, quo ipſe nobis, & nos ſibi vnimur. Cùm igitur & Auguſtinus dicat: erit ei mors, nō vita, qui mendacem exiſtimauerit vitam: quis non credat ei quem pater Deus mundo commēdans, & vt ſummum Pontificem præferens, ait. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. Inobediētes erimus Deo Patri, ſi vt ipſe præcepit non audierimus Filium auribus audiendi, id eſt, auribus fidei. Ipſe autem Filius teſtatus eſt mundo, quia niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinē, non habebitis vitam in vobis. Et quia omnis caro in ſua eſt poteſtate, ne poſſit alia, quàm ſua propria caro intelligi, ſubiecit: qui mānducat me, viuet propter me. Sed quia manducare hominem erat contra humanam conſuetudinem & legem, Diſcipuli eius ſcandalizati dixerunt. Durus eſt hic ſermo, & receſſerunt ab eo. Ne ergo vt iſti Diſcipuli putabant per fruſta diſcerptus & crudus, vel coctus manducari crederetur, ipſe ſummus Sacerdos, ſeipſum Patri pro nobis offerens, Sacramentum, quod vere ac ſalubriter manducari poſſet & bibi, confecit,

Chriſtus vere, & ſubſtantialiter, in Sacramento.

confecit: tradensque Diſcipulis, ne in myſterio myſtice, & non proprie, uel uerè loqui putaretur, ait. Non futurum prædico, nõ abſens aliquid denuntio: ſed hoc, quod præſentialiter do, eſt *corpus meum*, non figuratum, ſed verum ipſum, quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus idem ipſe, qui pro multis effundetur, addens etiam propria proprium ſuæ carnis & ſanguinis effectum, ſcilicet in remiſſionem peccatorum. Cum enim ſolius Dei ſit remittere peccata, cui ſoli debetur peccatorũ remiſſio, cuius ſanguis niſi ipſius Dei poſſet peccatorum remiſſionem operari? Cum igitur certiſſimo ſui ſanguinis priuilegio, veritatem carnis & ſanguinis ſui aſtruxerit in myſterio, ille cuius obedientia nobis iniuncta eſt Patris edicto: reſtat tantum, ut ſcandalizatorum ſtultitiam vitantes, ipſum vt Pater de cælo iuſſit, audiamus: & quia veritas & vita eſt veracem eſſe, ſicut uere eſt credamus, quod vt certius & uerius fiat, ſcãdalizatis Diſcipulis à Chriſto recedentibus, princeps Apoſtolorum Petrus requiſitus cum aliis num & ipſe vellet abire, quid reſponderit audiamus. Ait enim pro ſe, & pro aliis, Dómine, ad quem ibimus, verba vitę æternæ habes. Quam eius reſponſionem ne meo ſenſu interpretari videar, exponit Auguſtinus in ſermone 27. ſuper Ioannem ita: Videte quemadmodum Petrus dante Deo, intellexerit. Vnde, niſi quia credidit? Verba vitæ æternæ habes. Vitam enim æternam habes in miniſtratione corporis & ſanguinis tui. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei, id eſt, quia ipſa vita æterna tu es, & nõ das in carne & ſanguine tuo, niſi quod es. Ecce idem quod Chriſtus de veritate corporis ſui, teſtatur & Petrus: & quia pro aliis etiam loquebatur, cum eo & alij Apoſtoli. Quid ergo de ueritate corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento dici poteſt certius: niſi forte eam ipſam oculis videre velimus? In quo tamen nec ipſe Dominus nobis deeſſe voluit, ſed modicæ fidei noſtræ per omnia conſuluit. Quamuis enim ipſius Chri-

Chriſtus in cœna dedit corpus ſuũ, non figuratum, ſed uerum.

Ipſius Chriſti & om-

nium ſanctorum teſtimonio, atque uniuerſalis eccleſiæ fide, aſtruitur, quòd uera caro Chriſti, uerusq; eius ſangis, in menſa altaris immoletur.

ſti & tot Sanctorum teſtimoniis, & uniuerſalis etiam Eccleſiæ catholicæ fide, quæ ab initio conuerſionis ſuæ ita credidit,& ita ſaluata eſt, ſufficienter aſtructum ſit, quod vera caro Chriſti, verusque ſanguis in menſa Dominica immoletur:ne quis tamen peruerſor aliter intelligeret aut exponeret, facta ſunt à Deo cõgrua huic noſtræ fidei miracula,quando,vel ubi, vel quibus reuelare dignatus eſt huius myſterii ſecreta: quæ nimirum facta eſſe non ignorabit, quiſquis ſtudioſius S. Patrum geſta legerit,quæ teſtantur Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti,ablata panis, & uini ſpecie, carnem & ſanguinem naturali ſua ſpecie,ſicut eſſe ſolet, exhibuiſſe.Cum ergo præteriti & præſentes fideles vbique terrarum hoc credant & hoc aſtruant: ſi hæc uniuerſalis Eccleſia fides vera ad ſalutem non extitit, aut nunquam catholica fuit,aut periit. Sed aut non fuiſſe, aut periiſſe Eccleſiam nemo catholicus conſenſerit. Nam cum Eccleſia & prophetiis, & Euangeliis inſtituta ſit, vbi eſt,quod ueritas Abrahæ promiſit: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes? Itemque vbi eſt,quod eadem veritas Apoſtolis ait: Docete omnes Gentes, qui crediderit,ſaluus erit? Cum enim omnes gentes ita ſe credere glorientur:ſi ſalutis benedictione carent, vtrobique ueritas Dei,& in prophetia & in Euangelio periclitatur.Item cum carnem & ſanguinem ſuum naturali ſua ſpecie fidelibus ſuis reuelare dignatus ſit,ſi cauſſa deſiderii ſatiandi fecit & ita non eſt, ſeruorum ſuorum deuotionem non compleuit, ſed fefellit: ſi cauſſa dubietatis ſananda fecit & ita non eſt,infirmorum errorẽ nõ abſtulit,ſed auxit:quod de pietate & ueritate Diuina vel leuiter ſuſpicari,non modo ſacrilegum,ſed & nefariũ eſt.Anathema ergo,maranatha,ſit, qui auctoritati diuinæ in hoc Sacramento contradicere præſumpſerit:& corpus Criſti,panẽ uerum,qui de cælo deſcẽdit & dat vitã mundo,uere,vt eſt, eſſe non crediderit.Quia igitur ſpirituale corpus Criſti & ſanguinẽ in Sacramẽto panis & uini vere & ſubſtantialiter eſſe, ipſius Chri

Anathemate pleƈtitur qui ueritati corporis Criſti in Euch. contradicit.

ſti,&

ſti, & tot Sanctorum teſtimoniis euidenter aſtructum eſt, quod de veritate cõſtat, de eius etiam poteſtate videamus. Quamuis enim omne corpus, omniſque creatura localis ſit: de hoc tamen ſuperſubſtantiali corpore credendum eſt, quòd eodem tempore, & verè eſt in Sacramento ſuo in terris, & verè in cælo ſedet ad dexteram Patris. Fruſtra enim immolationis ſuæ tempore diceremus: Qui ſedes ad dexteram Patris miſerere nobis: ſi quem adoramus in Sacramento mentiremur eſſe in cælo. Vt ergo & in cælo, & in terra omnipotentiã ſe habere oſtenderet Chriſtus, Deificum corpus ſuum cælo illaturus & mundo daturus, quod quantum ad humanam formam nobis abſtulit, non minus tamen ſubſtantialiter & uere in Sacramento corporis & ſanguinis ſui nobis obtulit, vt hic, & ibi præſens etiam corporaliter, vtpote qui vnius perſonæ cum illo eſt, qui nuſquam deeſt, & ibi reconciliationem cum Patre, & hic in altari redemptionem, remiſſionem peccatorum nobis operetur, ſicut ſemel fecit in cruce. Dum *ipſum corpus ſuum* in ora fidelium datum, & ſingulis diuiditur, & vnum totum vniuerſis indiuiduum & integrum habetur, ſumptum non conſumptum: vt ſicut indiuiduum cũ diuiditur, ſic incorruptum cum ſumptum fuerit, credatur. Sed quomodo impoſſibile videatur, vt caro verbi Dei, quæ multo ſpiritualior & potentior eſt verbo noſtro, ſit tota & integra in ore omnium ſumentium: cum verbum noſtrum vnum idemque totum & integrum ſit in auribus omnium audientium? Quod euidentius ipſe Chriſtus in ſeipſo manifeſtans, in cœna corpus & ſanguinem ſuum Diſcipulis ſuis diſtribuit, & cum ipſe à ſingulis ſumptus comederetur & biberetur in Sacramento, ipſe tamen uiuus & integer mãſit in ſeipſo. Sed quid mirum, ſi Chriſtus comeditur & integer manet: cum Sareptana vidua nõ minus oleum comederit, quia teſtante ſacra Hyſtoria, lecythus olei non eſt imminutus: cum eadem ſcriptura dicat: abiit & fecit iuxta verbum Eliæ, & comedit ipſa & domus eius. Quæritur au-

Corpus Criſti, ſubſtantialiter, & vere eſt in Euchar.

Cur fides tã topere in Sacramẽto Euchar. exigatur. Similitudo. tem quare fides tantopere exigatur in hoc Sacramento quia videlicet falſa fide mundus periit, quando Adam plus Diabolo, quàm Deo credere præſumpſit, dũ in ligno ſcientiæ boni & mali vetito plus ſperauit diuinitatem aſſequi, quæ ab hoſte promittebatur, quàm incurrere mortem, quam Deus minabatur. Sicut ergo diabolus non umbram in ligno obedientiæ, ſed ipſum uerũ & viſibilem fructum exhibẽs, promiſit id, quod non videbatur, ſcilicet eritis ſicut Dii, ſic & Deus non umbrã ſed ipſum, qui in ligno pependit obedientiæ, in ſuo viſibili Sacramento exhibens, promittit, uitam æternam quæ non videtur: vt dum in ea re plus ei modo creditur quàm hoſti, ut dignum eſt, ſanetur hac vera fide illa perfida fides, qua olim plus diabolo, quàm ſibi iniuſtè creditũ eſt. Sicut igitur non in ligno vetito, ſic nec in Chriſti Sacramento debet viſus aut guſtus, ſed fidei vigere iudicium. Quia ſicut pomum viſu decorum & ſuaue ad comedendum cibus vitalis uidebatur, & mortem intulit: ſic econtrario Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti videtur cibus mortalitatis noſtræ, cum vere vita ſit æterna. Quapropter vtriq; rei media vera fides videtur neceſſaria: Adæ, vt crederet mortẽ eſſe in pomo, & ita vitaret: nobis vt in Sacramento Chriſti vitã credamus, & ita eum aſſequamur.

Anſelmus Laudunenſis, Vix. an. 1101.

Gloſſa Marginali, In Epiſt. 1. Cori. Accipite & manducate, Hoc eſt corpus meum) Poſt celebratum uetus Paſcha, Dominus corpus & ſanguinem ſuum Diſcipulis dedit, vt oſtenderet veteris Teſtamenti Sacramenta ceſſatura. Sacramenta ſunt itaque tria in hoc Sacramento. Vnum quod tantum eſt Sacramentum, vt ſpecies viſibilis panis & vini: alterum quod eſt Sacramentum & res: vt caro Chriſti propria & ſanguis: tertium quod eſt res & non Sacramentum, vt eſt myſtica caro Chriſti. Sacramentum vero eſt ſacræ rei ſignum. Et ſpecies illa vtramque rem ſignat, & vtriuſque

expreſſam

expreſſam gerit ſimilitudinem. Nam ſicut panis præ cæteris cibis corpus reficit & ſuſtentat, & uinum hominē lætificat & inebriat: ſic caro Chriſti interiorem hominem magis cæteris gratiis ſpiritualiter reficit & ſaginat, & ſanguis ſpiritualiter lætificat, & ſic inebriat, vt ſobrium reddat. Verum corpus Chriſti eſſe in altari ipſa teſtatur veritas cum inquit: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et Sāctorum auctoritates in medium ductæ comprobant. Sciendum eſt quod in prolatione verborum illorum: Hoc eſt corpus meum: & hic eſt calix ſanguinis mei & cætera, myſterium cōſummatur & *panis in corpus Chriſti conuertitur.* Nos incerta relinquentes, quod ex auctoritatibus certum eſt, profitemur ſcilicet ſubſtantiam panis & uini, in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Dominici conuerti: modum uero conuerſionis nos ignorare nō erubeſcimus fateri. Quæ autem remanent de priori ſubſtantia accidentia, ſcilicet color, ſapor, forma, pondus nec ipſum corpus Chriſti afficiunt, nec in eo fundātur. Si uerò quęritur vbi fundētur, dicimus nobis potius videri quod ſint ſine ſubiecto quā in ſubiecto. Credere debemus panem & uinū, quæ Criſtus in cœna Diſcipulis dedit manducandū & bibēdum in uerum corpus, & in verum ſanguinem Chriſti ibidem conuerſum: cum prius panis verus & uinum verum eſſent. Nec mirandum quemadmodum dicit Auguſtinus: ſi mortalibus manibus ſe immortalem ferebat, cum in transfiguratione, qui tunc, & poſtea mortalis fuit, ſe in gloria immortalitatis & impaſſibilitatis Petro, Iacobo, & Ioanni oſtendit.

Tranſubſtantiatio.

Paſchalis II. Papa, Vixit anno 1106.

Domine Imperator *hoc corpus Domini* natum ex Maria virgine, paſſum in cruce pro nobis, ſicut ſancta & catholica tenet Eccleſia, damus tibi in confirmationem veræ pacis & concordiæ inter me & te.

Ad Henricum Imperatorem Auguſtum.

Berengozius Abbas, Vixit anno 1112.

Sermon. de laude & inuentione S. Crucis.

Sed quoniã in myſterio Dominicæ paſſionis & crucis duplex nobis gratia eſt data, vt in Sacramentis Dominicis nec uino debeamus carere nec aqua, ideo vtraque deferenda ſunt in obſequium Dei, ne vel lex deſit gratiæ, vel gratia legi. Sciendum eſt quippe, quia ſi vel ab vno, vel ab alio vinum ſolummodo deferatur in ſacrificium Redemptoris, *ſanguis eius* incipit eſſe ſine nobis. Si verò aqua ſola ab illo miniſtretur, aut iſto, ſola plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Et ideo ſicut in ipſa ſanctæ matris Eccleſiæ didicimus ſchola, in ſacrificiũ Domini, nec vinum ſolum, nec aqua deferendo ſola, ſed utrunquè potius ſimul miſceatur, vt ex vtroq; vnum Sacramentum ſpirituali ſanctificatione perficiatur.

Edmerus Anglus, Vixit anno 1116.

Libro 2. de vita beati Anſelmi.

Tertio igitur anno poſteaquàm à ſecũdo exilio per regem Henricum reuocatus eſt, omnes cibi, quibus humana natura vegetatur & alitur, in faſtidium ei verſi ſunt. Manducabat tamen naturę ſuę vim faciendo, ſciẽs ſe viuere non poſſe ſine cibo. Qua vi per dimidium circiter annum vitam quoque modo tranſigens, ſenſim corpore deficiebat: animi virtute ſemper idem, qui eſſe ſolebat, exiſtens. Spiritu itaque fortis, ſed carne nimium fragilis: pedes oratorium adire nequibat. Attamen conſecrationi *Dominici corporis*, quod ſpeciali quodam deuotionis affectu venerabatur, intereſſe deſiderans, ſingulis diebus illic ſe in ſella faciebat deferri.

Herueus Britannus, Creditur vixiſſe circa annum 1118

In Epiſto. ad Corint.

In nocte autem traditus eſt ad paſſionem, ſed venit inde ad reſurrectionis lucem. Dominus Ieſus) id eſt, Saluator credentium (in nocte qua tradebatur) id eſt, iam imminente ſuæ paſſionis articulo (accepit panem, & gratias agens, fregit,) Accepit panem, vt ſignificaret

ficaret ſe accepiſſe corpus,quo nos paſceret, & gratias egit Patri de reparatione hominum futura per paſſionem eius, ac per Sacramentum, corporis & ſanguinis eius. Fregit panem, vt omnibus ſuis ex eo daret, & vnum omnes illos faceret.(& dixit eis: Accipite)hâc ſpiritualem eſcam(& manducate) hoc Sacramentum, id eſt,& mente accipite, & ore comedite. Manducate quod tribuo,quia(hoc eſt corpus meum)Senſibus quidem exterioribus videtur eſſe panis,ſed ſenſibus cognoſcite mẽtis,quia hoc eſt *corpus meum*,non aliud, ſed *illud idem ſubſtantialiter*,quod pro vobis redimendis tradetur ad mortem & crucifigetur.(hoc)quod dixi (facite) id eſt,corpus meum accipite,& manducate per ſucceſſionem temporis vſque in finem ſeculi. Vel vos Sacerdotes,hoc facite,id eſt,ex pane corpus meum per myſtica verba conſecrate,in memoriam paſſionis meæ, vt recogitetis eam dum ſacrificiũ iſtud obtuleritis. Similiter) vt acceperat panem & fecerat ex eo viuum & verũ corpus ſuum,(accepit & calicem),& fecit ex vino ſanguinem ſuum. Nec mirum,quod de pane & uino *carnem & ſanguinem ſuum fecit*. Nam & in quolibet homine carnẽ & ſanguinem de pane & vino facit, quia panis comeſtus mutatur in carnem, & vinum potatum vertitur in ſanguinem per creatoris operationem. Aut certe uos, qui eſtis Sacerdotes,hoc facite,quod ego nunc feci, id eſt,calicem vini conſecrate,vt fiat ſanguis meus.

In cœna dedit Chriſtus illud idẽ corpus ſubſtãtialiter, quod pro nobis redimẽdis traditum eſt in mortem.

Hugo Folietanus, Vixit anno 1120.

Vltima de duodecim abuſionibus clauſtri habens in manibus,ad eam diſcutiendam pauca dicturus accedo: qui me ſolum inter cæteros in hac parte negligentiorẽ reperio. Qui licet ablutis manibus,lota facie: albis indutis veſtibus, accedã ad altare, tamen peruerſus opere,ore pollutus,immundus corde, *Chriſti corpus* meis nõ pertimeſco manibus tractare. Accedo elatus ad humilẽ, iratus ad mitem,crudelis ad miſericordem:& tamẽ pa-

Libro. 2. de clauſtro animæ cap. 24.

titur humilis elatū,mitis iratum,crudelem miſericors. Accedo ſeruus ad Dominum, non amore, ſed timore, non deuotione,ſed vſu.In altari illūm eundem conſpicio,quem ſuſcipiens Simeon in manibus gratias agens benedixit puerum in templo. Tria ſunt ſacrificii genera. Vnum Dominici corporis,alterum contriti cordis, tertium mortificatæ carnis. Oportet ergo præcedere ſacrificium humilitatis in mente, afflictionis in carne, vt habeatur deuotio in Dominici corporis conſecratione.

Rupertus Abbas Tuitienſis, Vix.an.1124

Lib.3. de S. Spiritus operibus. Septimus teſtis nobis ſecundum præſens negotium Dominici corporis & ſanguinis eſt Sacramentum. Huius nimirum Sacramenti virtus non vtcunque teſtimonium,ſed ipſum eſt vitæ & ſalutis noſtræ teſtamentum. Ait enim: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur:hic calix nouum Teſtamentum in meo ſanguine qui pro vobis fundetur.Hoc teſtimonium, & ſuperius diximus, teſtimonio, quod aduerſus nos habet diabolus, quadam oppoſitione propria oppoſitum eſt, quia videlicet contra cibi vetiti culpam,cibus & potus gratiæ eſt,contra ſerpentis venenum,ſancti Spiritus antidotus eſt. Et hoc vtique Sacramentum ab eadem Domini noſtri Ieſu Chriſti paſſione habet,venæ ſuæ principium.Sciendum quippe quia cum de iſto multa locutus fuerit ante ſuam paſſionem,nuſquam tamen traditionem eius dedit antequam ad ipſam veniſſet paſſionem.Iam enim erat venditus,vt Apoſtolus ait,ipſa nocte qua tradebatur,accepit panem,gratias agens,fregit & dixit:Accipite & manducate.Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur.Cur hoc,niſi quia non aliunde uiuificum hoc myſterium, ſed ex ipſa condebatur Domini paſſione:pulcer & rationabilis ordo ſalutis,vt prius ſupradictorum teſtium ſcilicet ſpiritus, ſanguinis & aquæ Sacramēto baptizati,maculam veteris cibi lauaremus,& tunc demum eidem edulio mortis, contra-

rium hunc cibum,& hunc potum ſalutis perpetuæ perciperemus. In typum horum duum Sacramẽtorum, olim prior populus, & mare tranſiuit, & in deſerto panem de cælo manducauit,& aquam de petra bibit, Vnde & Apoſtolus: Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt,& omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra. Petra autẽ erat Chriſtus, Et poſt pauca. Hęc, inquit, omnia in figura contingebant illis. In figuram cum dicit: ſubaudiendum neceſſario eſt horum, quæ re uelata ſuo tempore, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum fecit vel dedit. Proinde cum eãdem eſcam, & eun dem potum dicit, & non addit aliquid, vt verbi gratia dicat: Quam nos manducamus, vel quem nos bibimus nunc de menſa Chriſti, nullatenus diſſonat dictio eius Chriſto dicenti: Amen, amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Itaque cum dicit Apoſtolus, eã dem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & eundem po tum ſpiritualem biberũt,& non addit quam, vel quem nos hoc reuelatæ gratiæ tempore ſumimus, nõ contra rius eſt ſententiæ Chriſti, ſed ſicut alio tendit, ita & re lationes pronominum, eandem & eundem alio ducit. Intendit enim præſumptionem nobis ſecuritatis aufer re, ne putemus nos ſecuros eſſe debere quaſi quomodo cunque viuamus poſt baptiſmum,& menſę Chriſti par ticipationem ſine dubio debeamus regnum Dei videre, vitam æternam habere. Hoc intendens dicit: in figu ra noſtri illud contigiſſe, quod illi omnes mare tranſie runt,& omnes manna manducauerunt, & omnes aquã de petra biberunt, & tamen non omnes in illam repro miſſionis terram introierunt, ſed non in pluribus eorũ inquit, beneplacitum eſt Deo, nam proſtrati ſunt in de ſerto. Sic etenim non omnes, qui hunc panem manducant,

Explicatur Pauli locus feliciſſime.

Nota bene.

cant,& hunc calicẽ bibant,cuius ille panis, & illa aqua figura fuit, ingredientur in illam veræ repromiſſionis & viuentium terram,cuius illa terra figuram prætulit. Igitur eandem eſcam,& eundem potum cum dicit,ſub audiendum eſt mali,quam vel quem boni,eandem ſine dubio & eundem Chore,quam vel quẽ Caleb & Ioſue eandem eundemq; Dathan & Abiron, quam vel quem Moyſes & Aarõ.Quòd ſi quæritur,quomodo ergo eſca ſpiritualis & potus ſpiritualis erat,facilè reſpondetur, quia non alio,ſed eodem modo, quo & petra ſpiritualis vel Chriſtus erat. Sicut enim dixit ſpiritualem eſcã & ſpiritualem potum,ſic dixit de ſpirituali petra.Petra aũt erat Chriſtus. Conſtat vero, quia ſic petram ſpiritualem vel petrã Chriſtum dixit, ac ſi diceret:ſpiritualis petræ præfiguratiuam Chriſti ſignificatiuam. Ita ergo & ſpiritualem eſcam & ſpiritualem potum dixit,ac ſi diceret:eſcam figuratiuam eſcæ ſpiritualis,potum ſignificatiuam potus ſpiritualis. Cœnantibus aũt,inquit Euãgeliſta accepit panem,& benedixit,& fregit,& dedit Diſcipulis ſuis dicẽs:Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum.Et accipiens calicem,gratias egit,& dedit illis dicens:Bibite ex hoc oẽs, hic eſt ſanguis meus noui Teſtamẽti,qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Sicut de ſanguine dixit, qui pro vobis effundetur,ſic de corpore dixit, & apud Lucam deſcriptum quoq; eſt quod pro vobis tradetur. Cœnantibus itaq;,id eſt,ſedentibus adhuc in cœna,qua mãducauerant carnes agni,carnes Paſchæ veteris,accepit panẽ & benedixit.Panẽ cõem accepit,ſed benedicendo lõge *in aliud,quam fuerat,tranſmutauit*,vt veraciter diceret ſic: Hoc eſt corpus meũ,quod pro vobis tradetur.Itẽ vini ſubſtantiam accepit,ſed itidem gratias agendo vel benedicendo ſic in aliud vertit,vt diceret veritas,quæ nõ mentitur:Hic eſt ſãguis meus noui Teſtamẽti, qui pro multis effundetur.Sed non videtur oculis carnis,nõ ſentitur guſtu oris,quod panis ille caro Chriſti factus ſit, quod vinum illud in ſanguinem verſum ſit.Nimirum ſi videre-

Optime refutatur Sacramentariorum falſa interpretatio illius loci.

Tranſubſtantiatio.

videretur color, aut ſentiretur ſapor carnis & ſanguinis humani,homini non plus ſalutis, ſed plurimum afferret horroris. Sic ergo eſt corpus vel caro & ſanguis Chriſti,quomodo eſſe vel ad vſum noſtrum conuenit, & ad ſalutem noſtram ſufficit. Quomodo vel quibus eſſentiæ modis? Nimirum nomine,re,atq; effectu. Nomine videlicet eſſe intelligimus, in eo quod dicit: Hoc eſt corpus meum,hic eſt ſanguis meus, ſicut nuſquam, ita nec in iſto,imo maximè,nec in iſto nomen Domini in vanum accipere debemus. Si enim in cunctis ſanctificationibus, quæ per miniſtros Domini ad inuocationem nomini eius aguntur, nequaquam nomen Domini in vanum accipere audemus, quātò magis in iſta ſanctificatione,in qua nomē corporis & ſanguinis ſui ore proprio poſuit Dominus,nequaquam in vanum idipsū nomen accipere debemus. Re quoque corpus Chriſti & ſanguinē eſſe intelligimus,in eo quod ait: quod corpus tradetur,qui ſanguis effundetur. Effectu eſſe intelligimus in eo,quod cum dixiſſet:quod tradetur,qui effūdetur:addidit, pro uobis in remiſſionem peccatorum. Itaque ſicut in illa ſpecie,qua pepēdit in cruce, ſanctus ſanctorum eſt,& in illa ſpecie præteritis omnibus electis, remiſſionem peccatorum operatus eſt, ſic in iſta ſpecie panis & vini nihilominus ſancti ſanctorum eſt, & omnibus electis, qui poſt eandem paſſionem ad fidē eius, veniunt, idem illum efficere, id eſt, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam conferre non dubium eſt. Nam & alibi dicit: Qui manducat carnem meam,& bibit ſanguinem meum,habet vitam ęternam. Et protinus addit. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Accipite,inquit,& comedite: Hoc eſt corpus meum. Et alibi: Qui mādu cat carnem,& bibit ſanguinem meum, in me manet,& ego in eo. Cum hæc dicit agnus Dei, opportunè nobis ad memoriam recurrit illud, quod dixit ſerpens,imo per ſerpentem diabolus hoſtis humani generis. Accipite & comedite,& eritis ſicut Dij. Optimæ & ſpectabiles valde propoſitiones. Ille ſerpēs erat, iſte

Tribus eſſentia modis, Euchari. eſt corpus Chriſti.

I

II

III

Nota bene.

Aptiſſima collatio.

iſte agnus eſt. Ille vetus peccator, iſte antiquus creator. Ille ſpiritu diaboli falſum ſibilans, iſte ſpiritu Dei verum euangelizans. Ille de ligno non ſuo raptor obtulit, iſte de corpore & ſanguine ſuo largitor dedit. Ille quod non habebat mendaciter promiſit, eritis, inquiẽs, ſicut Dij: iſti quod habebat, quod ſemper naturaliter habet, fideliter dedit vt ſimus Dii, dũ manet ipſe in nobis. Illi tandem nefandiſſimè creditum eſt pluſquàm Deo: credatur econtrario huic Deo, ſi non plus, aut ſaltem quantum creditum eſt illi diabolo. Creditum eſt enim quod illi pomo ineſſet, quod non videbatur, ſcilicet vis Deos efficiendi: credatur huic Sacramento ineſſe, quod non videtur, videlicet veritas carnis & ſanguinis, valens efficere nos corporales vnigenito filio Dei. Hoc enim ratio vel ordo iuſtitiæ expoſcit. Accipite ergo, inquit, & comedite. Accipere enim eſt fideliter credere, cum gratiarum actione diligere, compatienti affectu corporis huius traditionem & ſanguinis huius effuſionem reſpicere. Hoc fieri non poteſt, niſi prius reiiciatur id, quod ab illo malè acceptum eſt. Illud igitur mendacium execrantes, hanc veritatem accipite, approbate, amplectimini, & contra cibum mortis, panem comedite vitæ æternæ, & calicem bibite ſalutis perpetuæ.

Nota.

Idem Comment. in Euang. Ioan.

Illi autem quid dicant, quid pro argumento adferant, non habent, niſi quod aliqui ex eis dum volunt Sacramentum corporis & ſanguinis Domini, ſolummodo ſignum eſſe ſacræ rei, iuxta errorem quondã Berengarii Turonenſis, etiam Beatum Auguſtinum ſentire ita putant, quod omnino falſum eſt. Ego autem *verum corpus Chriſti*, quod pro nobis traditum eſt, & verum eſſe decreto ſanguinem, qui pro nobis fuſus eſt, ſicut Eccleſia catholica tenet. Hoc quia probare conati ſunt beato me derogare Auguſtino contra eum ſentiendo, quem in ſui erroris patrocinium Berengarius citare conſueuerat, dicta eius malo ſenſu diripiendo. Verum hoc iam ferè nemo palã profiteri, aut defendere audet, vniuer-

Iſtud & noſtri temporis Sacramentarij conantur

vniuerſa ſciente Eccleſia catholica, quia *uerum corpus, & uerus ſanguis Chriſti eſt*. Breuiter nunc tibi pando quid
vel quomodo ſentiens de viuifico corporis & ſangui-
nis Domini ſacramentũ tractauerim, illa eiuſdem Do-
mini verba, quibus Sacramentũ illud commendat, quo
niam cauſſarum ſupradictarum prima hæc erat. Tribus
eſſentiæ modis corpus & ſanguis Chriſti eſt, quarto au
tem differt. Eſt enim nomine, re, atque effectu, differt
verò ſpecie. Eſt, inquam, nomine, quia ſummus cælorũ
Pontifex, qui cum ſit ipſa ueritas, nomina non vana
rebus ponere ſolet, adeo fortiter nomen hoc impreſſit
vt non ſaltem diceret, hoc vocetur corpus meum, hoc I
vocetur ſanguis meus ſed hoc eſt (inquit) corpus II
meum, hic eſt ſanguis meus. Eſt etiam re, quia ni- III
mirum ſanctum ſanctorũ eſt, quàm uere in illa ſpecie,
qua traditus & lanceatus eſt, ipſe ſanctus ſanctorũ eſt.
Eſt nihilominus effectu, quia quàm vere in illa ſpecie,
qua pependit in cruce, remiſſionem peccatorum ope-
ratus eſt omnibus, qui illum expectauerant ab origine
mundi cum fide, ſiue legalibus Sacramentis fidei, om-
nibus à iuſto Abel vſque ad latronem, quem in cruce
confitentem ſuſcepit: tam vere in iſtis ſpeciebus panis
& uini eandem operatur remiſſionem peccatorum
omnibus, qui ingreſſi ſunt vel ingredientur ad ean-
dem fidem, poſtquàm illa ſpecies hinc tranſiuit, &
ſeſe in cælum recepit. Quarto idem ſpecie differt,
quod & plurimum prodeſt, non modò, ne color aut
ſapor ſanguinis humani horrorem ſumentibus vllum
faciat, ſed & vt competenti antidoto nimia paren-
tum noſtrorum curetur credulitas. Crediderunt
enim deceptori diabolo in eo, quod non videbant,
ſcilicet quod illi ligno conſequendæ diuinitatis effe-
ctiua virtus ineſſet, & comedentes mortui ſunt. Creda
mus econtra fideli Saluatori Deo in eo, quod nõ vide-
mus, ſcilicet panẽ & vinũ in verã corporis & ſanguinis
tranſiiſſe ſubſtantiam, & comedentes atque bibentes
viuamus inæternum.

Euchariſt. tribus eſſentiæ modis eſt corpus Chriſti.

Quàm uere Chriſtus in illa ſpecie, qua pependit in cruce remiſſionem operatus eſt peccatorum, tã uere in ſpeciebus panis & vini

Nonne

eadem operatur peccatorum remiſſionem. Nonne hic idem Euangeliſta Ioannes dicit in Apocalypſi: Si quis appoſuerit ad hæc, apponat ſuper illũ Deus plagas ſcriptas in libro iſto, & ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius auferat Deus partem eius de ligno vitæ, & de ciuitate ſancta, & de his quæ ſcripta ſunt in libro iſto. *Digna lectu ſententia.* Nunquid vero minus timenda eſt hic illa maledictio, vt non detrahamus vel apponamus quidquã verbis dicentis, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hic eſt ſanguis meus nouum Teſtamentum, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *Tranſubſtãtiatio.* Cum.n. illo dicente: hoc eſt corpus meum, nos ſubauditionem appoſuerimus dicentes: figuratiuum vel per ſimilitudinem dictum, cum inquam illo dicente, hoc eſt corpus meum, nos dixerimus, hoc ſignificat corpus meum, nonne multum eſt quod apponimus, vel praua demutatione detrahimus, & ſenſum generamus, quem tãtus auctor, Deus & homo, nuſquã eſt locutus, nec aſcendit vnquam in cor eius? *Idem lib. 6. Comment. in Euange. Ioannis. Aperi ocu los, ò impie Sacramentarie.* Nempe cum obiicit quis, ſuiſq; ſcriptitat in ſchedulis, quod iti dem dixerit eadẽ veritas, ego ſum vitis, tam audacter quàm imperite in argumentum mendoſum illud attrahit, cum ſtatim ſubſequentia verba dicentis, ſicut palmes non poteſt fructum ferre à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis, manifeſte per ſimilitudinem dictum compellant intelligi, præſertim cum non ſignanter dixerit, ego ſum hęc vitis, ſicut ſignanter dixit: Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus, appoſita protinus deſcriptione veræ proprietatis, de corpore inquiens, quod pro vobis tradetur, de ſanguine autem, qui pro multis effundetur. *Refellitur argumentũ Sacramentariorum.* Igitur ne veniãt ſuper nos plagæ nouiſſimæ, neque apponimus, neque diminuimus quidquam diuinæ diffinitioni vel deſcriptioni, quam incarnatum verbum ore proprio deprompſit, imo quia perfecta charitas foras mittit timorem, non tam plagarũ timore, quàm veritatis amore confitemur: quia panis iſte corporeus, poſtquàm ſignauerit eum Pater, & vinũ hoc expreſſum acinis præ

ſenti-

ſentibus,mox vt eodem ſigno ſignatum eſt,per manus Eccleſiæ dicentis: vt nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, & cætera, vſque in mei memoriam facietis: corpus & ſanguis eius, qui huius traditionis auctor eſt, & hoc ſacrificiũ *ipſe christus eſt*,cuius paſſione, vt ſacrificiũ fieret, à Deo patre in veritate ſignatum eſt. Et re vera quem Pater dedit,panis Angelorum,vt carnem aſſumeret,& more retur,quatenus mortuos viuificaret,ipſe panis cæleſtis panem terrenum nobis dat,quem viuentibus,& à quibus manducari poteſt,vt vitam det æternam,in carnem ſuam tranſmutat. Proinde ſicut de carne noſtra,quam virgo Maria peperit, vere fatemur propter vnitatem perſonæ, quæ Deus eſt, ſic nihilominus de pane iſto viſibili quem eiuſdem verbi inuiſibilis diuinitas aſſumẽs *in carnem ſuam transfert*, vere & catholice confitemur, quia *corpus Chriſti eſt*. De hoc cibo corporis & potu ſanguinis Domini,hæc à ſanctis Doctoribus data eſt ſententia,quam & velut pro maxima vel prima diffinitione,aduerſus idem corpus & ſanguinem Domini nimiũ feſtiui Lectores, & immaturi præripuere Doctores. Hunc,inquiunt,cibum & potum ſocietatem vult intelligi corporis, & membrorum ſuorum, quod eſt ſancta Eccleſia in prædeſtinatis & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis Sanctis,& fidelibus eius. Igitur prædictam ſententiam nullatenus pro maxima diffinitione vel deſcriptione manducandi & bibendi ſanguinem Domini accipimus,præſertim cum ipſe ore proprio,quando voluit, quibus voluit, quosque dignos iudicauit, tam diligentem diffinitionem vel deſcriptionem dederit, vt nemo Dialecticorum aut Philoſophorum vnquam diligentius definire ſubſtantiam,vel quodlibet indiuiduum quiuerit. Nam quod ſolent facere illi, cum primarum quamlibet ſubſtantiarũ deſignare volunt,verbi gratia, cum æquiuocationem determinantes, contra argumentorum ſophiſticas importunitates dicũt. Alexander rapuit Helenam (cogimur enim nunc tanto

Sacrificium Euchariſt. eſt ipſe Chriſtus.

Verbi Dei inuiſibilis diuinitas,panem in carnem ſuam transfert.

to negotio meminiſſe nugarũ, & ſagittantes paruulos repercutere ſagittis parulorum) cum (inquam) dicũt: Alexander rapuit Helenam, quoniam poteſt opponi, Alexander non rapuit Helenam: etenim Alexander Philippi, rex Macedo, non rapuit Helenam: determinantes dicunt: Alexander is, de quo nunc agitur, Troianus, Priami filius, rapuit Helenam. Hoc idem ſumma ſapientia fecit, vbi oſtendere voluit, quomodo carnem ſuam nobis ad manducandum dare poſſet, hoc eſt, inquit, corpus meum: & addidit, qđ pro vobis tradetur. Item, hic eſt ſanguis meus: & adiecit, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Totumque modum mãducandi carnem ſuam, & biben di ſanguinem ſuum præſcribens, hoc, inquit, facite in meam commemorationem. Proinde cunctis figurarũ vel ſimilitudinum nebulis amotis, non corpus quodlibet, non corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia: ſed illud cor pus Domini, quod pro nobis traditum eſt, nos manducare, & illum ſanguinem, qui pro nobis fuſus eſt in remiſſionem peccatorum, nos bibere indubitanter credimus: & quod fecit ipſe, hoc idem in commemorationem ipſius ſcimus, & bene ſcimus nos facere, id eſt, carnem ipſius manducare, & ſanguinem bibere.

Illud corpus Chriſt. quod pro nobis traditũ eſt, in Euchar. edimus.

Honorius presbyter Auguſtudunenſis, Vixit anno 1126.

Lib. cui titulum dedit Gemma anima.

Corpus Chriſti, fit de pane.

Sacerdotes & miniſtri Chriſto inſtituente, panem & vinum offerunt. Hoc Sacramentum ideo ex pane fit, quia Chriſtus ſe panem viuum aſtruxit, quẽ ſcriptura panem Angelorum prædixit. Ideo *corpus Chriſti* etiam *de pane fit,* qui ex multis granis conficitur, quia Eccleſia corpus Chriſti per illud reficitur, quæ ex multis electis colligitur. Ideo etiam *ſanguis Chriſti de uino conficitur*, quod de multis acinis exprimitur, quia per illum corpus Chriſti Eccleſia recreatur, quæ de multis iuſtis congregatur. Diaconus calicem tenet, dum Papa ſangui-

ſanguinem ſumit: Subdiaconus corpus Domini accipit à Diacono, & fert presbyteris frangendũ populo.

Odo Epiſc. Cameracenſis,

Vixit ann. 1128.

Qui pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus. Accepit panẽ, adhuc panẽ, nondũ carnem (& eleuatis oculis in cælum ad te Deũ Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agẽs, benedixit) id eſt, corpus ſuum fecit, qui prius erat panis, benedictione *factus eſt caro*, modo caro, ante panis. O miraculum, frãgebatur inter digitos, ſedens incolumis inter Diſcipulos. Fregit. Erat integer, & diuidebatur in partes. In manibus tenebat ſeipſum, & de manibus porrigebat ſe Diſcipulis edendũ. Hoc ſignificabat Dauid, quando ſecundũ aliam translationem coram Achis rege, ſe in ſuis manibus ferebat. Sic quotidie Chriſtũ in altari conſumimus & permanet, manducamus & viuit, atterimus dentibus, & integer eſt, conſumimus, manducamus, & atterimus, non tantum ſpecie, ſed re: non ſolum forma, ſed ſubſtantia: vt miro modo conſumatur permanens, atteratur incorruptus, diſtribuatur indiuiſus. Sicut poſt reſurrectionẽ palpandum tribuit ſpirituale corpus, cum ſimili contrarietate non ſit palpabile, quod eſt ſpirituale, non ſit ſpirituale quod eſt palpabile. In ſpecie enim & ſapore panis & vini, manducamus & bibimus ipſam *ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti*, ſub eiſdẽ qualitatibus, mutata ſubſtantia: vt ſub figura & ſapore ſubſtantiæ prioris, facta ſit vera ſubſtãtia Chriſti corporis & ſanguinis. Pertinet ad fidem catholicam, credere poſt benedictionem eſſe verum ſanguinẽ, vt infidelis ſit, qui hoc non crediderit. Item dicitur myſteriũ, quod ſenſibus tegitur occultum, ſicut veritas ſanguinis in ſapore vini latet & ſpecie. Calix ergo altaris eſt myſterium fidei, quia ſub figura & ſapore vini occultus creditur verus ſanguis. Eſt myſteriũ fidei quia quod creditur, ſenſibilibus quibuſdam obtegitur.

In Miſſa canonem.

Infidelis eſt qui non credit corpus et ſanguinem Chriſti, vere in Euchariſt. exiſtere.

Nam verus ſanguis creditur,quod vinum viſu ſentitur & guſtu. Eſt fidei myſterium,quia quod fides credit,intus eſt occultum. Intus eſt verus ſanguis,vera fides:exterius eſt falſum vinum,vera ſpecies. Sentitur vinum, & non eſt. Nõ apparet ſanguis,& eſt. Senſus decipitur qualitate,certa tenetur fides rei veritate. Ideoque ſanguis dicitur fidei myſterium,quia ſanguinem fides credit intus occultum. Apertum eſt, quod ſentitur:occultum eſt, quod creditur.

Nota.

Franco Abbas Haffligiuienſis,
Vixit ann. 1130.

Tomo 10. de gratia Dei.

His de panibus myſticis pro loco & modo ingenioli noſtri diſſertis,ad panem verum,qui de cælo deſcendit tranſeamus: ipſum toto cordis affectu obſecrantes, vt de ſe ſcribenti inſolita bonitate adeſſe dignetur: ut ipſo inſpirante ſe digna & legentibus ſcribam perſpicua. Inſtituto itaque ſacro ſanctæ cœnæ conuiuio,vbi legalibus ceremoniis celebrato Paſcha typico finem impoſuit,verum & æternum Paſcha, ueri agni oblatione ſubſtituit:in cuius immolatione caritas,ipſa eſt gratia,de qua agimus oculis noſtris quaſi viſibiliter ſe contuendam exhibuit. Maiorem enim caritatem nemo habet, quàm vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Si autem animam ponere pro amicis, tam magna eſt caritas,vt maior eſſe nõ poſſit: quæ & qualis,aut quanta eſt caritas animam ponere pro inimicis? Nam cum pro amicis anima ponitur: viciſſitudo amicitiæ redditur. Cum verò pro inimicis anima ponitur: recte caritas,recte gratia vocatur. Commendat autem ſuam caritatem Deus in nobis,ait Apoſtolus: quoniã cum adhuc peccatores & inimici eſſemus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Typici itaque agui carnibus abſumptis,& legalibus,vt dixi, ceremoniis conſummatis, verus ipſe agnus,qui tollit peccatũ mundi,accepit panem in manibus:& benedicens & frangens Diſcipulis in hęc verba tradidit. Accipite & comedite,hoc eſt corpus meũ.

Paſtor

Paſtor bonns pro ouibus ſuis animã poſiturus,atq; diſpenſationis ſuæ curſu cõpleto, ac redẽptionis noſtræ myſterio expleto ad Patrem rediturus, quia gregi ſuo indiſſolubili vinculo caritatis connexus erat: nec præſentia corporali diu ab eo abeſſe poterat. Qui ergo ma ternã carnẽ aſſumpſit in vtero, & aſſumptã redemptio. nis noſtræ conuertit in opus, eadem verbi potẽtia aſſu. mit panẽ in manibus, & diuinæ benedictionis ac verbi. quod ipſe eſt, effectu, *vertit in corpus ſuum* ſalutis noſtræ Sacramentum. Frangit autem panẽ,tanquam poteſta tem habens ponendi animam ſuam,& iterum ſumendi eam. Frumentum ergo Euangelicum Iudæorum mani bus molitur, igne paſſionis coquitur,& verbo vitæ pa nis viuus effectum, vitale fidelibus efficitur alimentũ. Et accipiens calicem gratias egit. Vbique gratias agit, vbique ad agendas Deo gratias nos inſtruit,maxime ta men in articulo paſſionis:vbi quanto magis ex infirmi tate ſua caro nutat ac trepidat,tanto magis manu diuinæ conſolationis indiget,quæ nutantem ſuſtentet. Spiritus quidem promptus eſt:caro autẽ infirma ait Conditor & Cognitor carnis & ſpiritus. Quia igitur infirmitatem noſtram nouit, qui nos condidit, fortique & armato,niſi fortiore nos protegẽte fragiles & inermes non poſſe reſiſtere, contra implacabile hoſtis antiqui odium, panis quotidiani inexpugnabile nobis contulit prɛſidium. Nouit Dominus aduerſarium noſtrum felle inuidiæ ab antiquo infectũ, infatigabili aduersũ nos malitia ſæuire, nec poſſe inter diſcordantes abſq; detrimento ſalutis noſtræ fœdus aliquod interuenire. Nouit etiam pius inſpector cordium, iter corruptionis noſtræ tenebroſum eſſe & lubricum: nec illæſum pertranſire poſſe quemquam hominum. Quia igitur quotidie periclitamur, quotidie labimur, quotidie ægrotamus, quotidianam ſui in myſterio corporis & ſanguinis ſui dignatus eſt nobis exhibere præſentiã qua liberemur, qua erigamur, qua conualeſcamus. Sed ſunt aliqui qui viſibilem ſacroſancti myſteri ſpeciem

Tranſubſtãtiatio.

In veritate fidei caligant, hæſitãtes quomodo manente priſtini panis ſapore & ſpecie in ſubſtantiam corporis Chriſti panis ſubſtantia tranſire poteſt.

dum attentius attendunt, in veritate ipſa fide caligant: hæſitantes quomodo manente priſtino panis & vini ſapore & ſpecie in ſubſtantiã carnis & ſanguinis Chriſti, poſſit ſubſtantia panis & vini alia in aliam tranſire. Sed huic infirmitati fidei facile poteſt mederi conſideratio omnipotentiæ Dei, quod nõ ſit omnipotenti impoſſibile aut difficile creaturarum ſuarũ aliam in aliã pro placito ſuo transformare, qui omnia ex nihilo potuit verbo creare. Vt enim quiddam de uſu noſtro loquar, non de Dei potentia (Deo enim omnia æqualiter ſunt poſſibilia) facilius eſt in eam quam voluerit formam transformare quod eſt, quàm ex nihilo formare quod non eſt. Nunquid abbreuiata eſt manus Domini, vt non poſſit ſaluare? Nunquid qui cælum & terrum verbo creauit hominis in ſeruitutem, non valet minimam panis & vini portionem in verum corpus ſuum cõuertere hominis ad ſalutem? Ne ergo fluctuet de veritate corporis Chriſti fides Chriſtiani pectoris ne & fruſtra portet nomen Chriſtianæ profeſſionis, & fruſtra celebret Sacramenta diuinæ religionis (ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo) nam licet Eccleſiam quis intret, Eccleſiaſticis Sacramentis participet, ad ſolennem orationem amen reſpondeat, otioſe, imo perniciose hæc agit, ſi fidem eorum, quæ geruntur, non habeat. Stultitiæ autem proximum eſt omnia fidei noſtræ Sacramenta & diuinæ virtutis opera infirmis humanæ ſapientiæ ratiocinationibus velle diſcutere, & omnipotentiam Dei, intra anguſtias impoſſibilitatis noſtræ includere. Omnia enim diuinæ virtutis opera humano intellectu velle comprehendere, quid aliud dixerim, quàm Deum homini componere, vt ille non poſſit, quod iſte non intelligit? Et vnde tantum eſſet fidei meritum, ſi per ſingula humanæ conſuetudinis haberet experimentum? Sed Chriſtiana ſobrietas, magis vult audita pie credere, quàm impia in Deum, verbis eius non credendo exiſtere. Habet autem fidei ſuæ præmium, ipſum cui credit,

Deum.

Deum. Magnum eſt ergo fidei Chriſtianæ meritũ: cui tantum compenſatur præmium.

Hugo Abbas S. Victoris, Vix. an. 1133.

Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti unũ eſt ex his, in quibus principaliter ſalus cõſtat: & inter omnia ſingulare: quia ex ipſo eſt omnis ſanctificatio. Hæc enim hoſtia ſemel pro mundi ſalute oblata, omnibus præcedentibus & ſubſequentibus Sacramentis virtutẽ dedit, vt ex illa ſanctificarent per illam liberandos omnes. Sacramentum corporis & ſanguinis ſui ipſe Dominus Ieſus Chriſtus inſtituit, quando poſt cœnam veteris Paſchæ panem & vinum, *in corpus & ſanguinem ſuum diuina potentia tranſmutans* Apoſtolis ſumendum tribuit, & vt idem poſt hoc in memoriam ſui agerẽt præcepit. Solẽt quidã quærere quale corpus ſuum Diſcipulis ſuis Dominus Ieſus Criſtus tradidit: hoc eſt, paſſibile & impaſſibile, mortale an immortale, & cætera: quæ ad hanc pertinẽt quæſtionẽ. Ego in hmõi ſicut & in aliis profeſſus ſum ſecreta diuina magis veneranda, quàm diſcutiẽda. Simplicitati fidei hoc ſufficere puto ſi dicimus: quia tale dedit, quale voluit, & rurſum, quale dedit, ipſe nouit. Ideo enim tale dedit, quale voluit: quia omnipotẽs erat, & potuit omne quod voluit. Ideo autem ipſe nouit quale dedit: quia ſapientia erat, & non potuit ignorare quod fuit. Si ergo hoc eſſe potuit: vt ipſe ſeipſum manibus geſtaret, & Diſcipulis ſine corruptione ſui edendum diſtribueret, & tamen ipſe, qui dedit & qui dabatur, qui portauit & qui portabatur, idẽ eſſet: quid mirum eſt ſi dicitur, quia ipſe in eo quod dabat, mortalis fuit, & in eo quod dabatur immortalis fuit, & inde ipſe qui mortalis dabat & qui immortalis dabatur, nõ duo, ſed ipſe vnus fuit? Quomodo enim immortalis non dabatur, qui inuiſibiliter ſumebatur, & incorruptibiliter manducabatur? Inuiſibiliter ſumebatur quãtum ad formam, dico propriam corporis ſui, non quantum ad ſpe-

Lib. de Sacramentis

Tranſubſtantiatio.

Secreta diuina, veneranda magis quam diſcutienda.

ciem Sacramenti ſui. Inuiſibiliter autē ſumebatur, quia in eo qđ ſumebatur quod ipſe erat nō videbatur. Chriſtus enim ſumebatur, & ſpecies panis & vini tantum videbatur. Ideo dico & inuiſibiliter ſumebatur, quia quod erat, non videbatur. Si ergo in eo quod dabatur, quod ipſe erat uidebatur: & in eo quod dabat, dabatur, quod ipſe erat non videbatur, & ſi in eo quod dabat, tenebatur & crucifigebatur, & in eo quod dabatur frangebatur & non diuidebatur, edebatur, & non corrumpebatur: quid miraris ſi in eo quod dabat mortalis dicitur, & ī eo quod dabatur immortalis & impaſſibilis fuiſſe prædicatur? Cum unum ſit Sacramentum, tria ibi diſcreta ponuntur: ſpecies uidelicet viſibilis, & *ueritas corporis*, & virtus gratiæ ſpiritalis. Aliud eſt enim viſibilis ſpecies, quæ viſibiliter cernitur: aliud eſt veritas corporis & ſanguinis, quæ ſub viſibili ſpecie inuiſibiliter creditur: atque aliud gratia ſpiritalis, quæ cū corpore & ſanguine inuiſibiliter & ſpiritualiter percipitur. Quod enim videmus, ſpecies panis eſt & uini: quod autem ſub ſpecie illa credimus, *verum corpus eſt, & verus ſanguis* Ieſu Chriſti, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere. Nec per panem & uinum corpus & ſanguinem tantum ſignificari credimus: ſed ſub ſpecie panis & uini uerum corpus, & uerum ſanguinem conſecrari, & ſpeciem quidem viſibilem Sacramentum eſſe veri ſanguinis, & veri corporis: corpus autem & ſanguinem Sacramentum eſſe ſpiritualis gratiæ, & quemadmodū illic ſpecies cernitur, cuius res vel ſubſtantia ibi eſſe non creditur, ſic res ibi veraciter & ſubſtantialiter præſens creditur, cuius ſpecies non cernitur. Ergo diuiniſſima Euchariſtia, quæ in altari & ſecundum panis & vini ſpeciem, & ſecundum corporis & ſanguinis Chriſti veritatem viſibiliter & corporaliter tractatur, Sacramentum eſt, & ſignum, & imago inuiſibilis & ſpiritualis participationis Ieſu, quæ intus in corde per fidem & dilectionē perficitur. Voluit enim ſapientia Dei, quæ ſe per viſibilia manifeſtat, oſtendere, quoniam ipſa animarum cibus

& refe-

& refectio eſt:& propterea carnem aſſumptam in edulium propoſuit, vt per cibum carnis ad guſtum inuitaret diuinitatis. Sed ne rurſum infirmitas humana contactum carnis in aſſumptione horreret, cõſueti & principalis edulii ſpeciem illam velauit, & ſic ſumendã propoſuit, vt ſenſus in vno foueretur, & fides in altero ædificaretur. Fouetur enim ſenſus in vno, dum ſolita tantũ & conſueta percipit: ædificatur autem fides in altero, dum in eo quod videt, quale ſit illud quod non videt, agnoſcit. Proponitur ergo ſpecies panis & uini, vt doceatur plena, perfectaq; refectio eſſe in ſumptione corporis & ſanguinis Chriſti, ex diuinitate Chriſti. Per verba ſanctificationis vera panis, & uera vini ſubſtantia, in uerum *corpus & ſanguinem Chriſti conuertitur,* ſola ſpecie panis & uini remanente, & ſubſtantia in ſubſtantiam tranſeunte. Conuerſio aũt ipſa non ſecundũ vnionẽ, ſed ſecundũ trãſitionẽ credenda eſt, quoniam nequaquã eſſẽtia eſſentiæ in augmentũ accedit, vt per id qđ accedit, id ad quod accedit maius fiat, ſed tranſitione: vt id quod accedit, cum illo ad quod accedit, vnum fiat: nec ſic in pane corpus Chriſti conſecrari dicimus, vt de pane corpus Chriſti eſſe accipiat: nec quaſi nouum corpus ſubitò factum de mutata eſſentia, ſed in ipſum corpus verum mutatam eſſentiã. Nec ipſam ſubſtantiã panis & vini in nihilum redactam, quia deſiit eſſe quod fuit, ſed mutatam potius, quia cœpit eſſe aliud quod nõ fuit, & ipſum quod cœpit eſſe, ex ea eſſe non accepit, quia panis fuit, ſed ipſa eius eſſe accepit, quando deſiit eſſe quod fuit. Hoc expreſſus diſtinximus propter eos, qui ex ſua ratione, fidei præiudicium faciunt, & ſenſu ſuo incedentes, aſſerere nitũtur, vel hoc eſſe ſolũ quod cernitur, vel tale eſſe quod creditur, hoc eſt, quia ſola panis & uini ſpecies cernitur, ſolam eſſe ibi panis & uini ſubſtantiam, vel quia ibi ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti creditur, paſſibiliter ei ineſſe ſpeciem & qualitatem panis & uini, quæ cernitur, quaſi non poſſet ſpecies apparere, cuius non adſit ſubſtantia, uel ſubſtan-

Tranſubſtãtiatio.

tia latere, cuius non appareat forma.

Guido v. Prior Chartuſiæ, Vix. an. 1136.

In Vita S. Hugonis Epiſcopi.

Quæ mater eius cum poſt abſceſſum viri (præter quē nullum penitus nouerat) vellet & ipſa cuncta relinquere, pij filii inſtructa monitis, continentia & eleemoſynis, orationibus, atq; ieiuniis, ac reliquis ſanctis operibus in domo propria quod reliquum erat impendit tēporis, filios ſuos militaribus ſtrenuos actibus, ab immoderatis quantum poterat frænans exceſſibus. Cui decūbenti ea qua obiit ægritudine, optata adeſt filii præſentia, *adoranda tradit myſteria* extrema, non multo poſt ſepulturæ ſoluit obſequia, quod imperat Deus lege Moſaica dicens: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.

Petrus Abbas Cluniacenſis Vix. an. 1138.

Tractat. de Miſſæ ſacrificio & ueritate tranſubſtantiationis, contra Petrobruſianos, & cæt.

Et quia iam expeditior via ſe præbuit, per quam liberior ſermo ad oſtendendum & confutandum ſtultiſſimum errorem decurrat. Audite non me, ſed Dominum non Chriſtianum, ſed Chriſtum: non hominem tantū, ſed Deum. Audite eum, quem qui nō audierit exterminabitur de populo ſuo. Dic Domine Ieſu, Deus noſter, Sacerdos noſter, hoſtia noſtra: Dic, reſponde aduerſariis teſtamenti tui, qui volunt reſcindere quod ſtatuiſti, eradicare quod plantaſti, deſtruere quod conſtituiſti. Dic, forſitan acquieſcent tibi, qui Eccleſiæ tuæ reſiſtūt: verebuntur faciem tuam, qui tuis irreuerēter obuiant: & ſi oues tuæ ſunt, vocem tuam audient. Plane iſti redēptorem te negant, qui pretium redemptionis humanæ quod nobis & pro nobis dediſti (corpus dico tuum) redemptis auferre contendunt. Volunt rurſum vincere, à te olim ſolutum nodum captiuitatis, dum largitorem reſpuunt libertatis. Dic ergo Domine, teſtator noui & æterni Teſtamenti, vtrum teſtamētum hoc unius diei,

vt iſti dicunt,eſſe volueris, an potius æternum eſſe decreueris. Audiant iſti non me,ſed te, vt conuertantur non ad me,ſed ad te.Quid ergo? In cœna vltima quam cum Diſcipulis tuis,uetus Paſcha nouo commutans,celebraſti,accepiſti panem,gratias egiſti, fregiſti,dediſti Diſcipulis tuis.Sed quid dixiſti? Accipite,hoc eſt corpus meum,quod pro uobis tradetur. Et quid addidiſti? Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem,poſtquàm cœnaſti dicẽs. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.Audiſtis? Nolite fieri ſimulacra,quæ oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt. Auditis hoc non à quolibet Doctore,ſed ab illo,de quo Pater clamans præcipit:ipſum audite. Auditis eum dantem corpus.Sed quod corpus? Sunt enim corpora cæleſtia & terreſtria, & quidquid viſui, auditui, olfactui,guſtui, tactui hic ſubiacet,corpus eſt.Vnde ne quis putaret, animalis cuiuſlibet, aut hominis cuiuslibet hoc eſſe corpus ad excludendũ omne aliud ſenſibile vel inſenſibile corpus, poſtquàm dixit,accipite,hoc eſt corpus,adiunxit meum. Suũ ergo, non alterius corpus Diſcipulis dedit.Rurſum ne alicui cogitatio occulta obreperet,potuiſſe creare, in manibus ſuis corpus,quod ſuum quidẽ eſſet,ſed tamẽ, quod ipſe erat,non eſſet,Addidit,quod pro vobis tradetur.ac ſi diceret, Nolite dubitare, nolite hoc vel illud vobis fingere,nolite aliud & aliud cogitare,quia hoc eſt corpus,non alterum,aut alterius,ſed meum,non permutatum,uel nouiter creatum:ſed quod pro vobis tradetur, pro uobis crucifigeẽ,pro uobis morietur. Sic & de calice,Hic eſt,ait,ſanguis,non bouis,aut arietis,non agni, aut cuiuslibet hominis, ſed meus; non alius, uel noua creatione productus,ſed qui pro uobis fundetur, flagellis prouocatus,clauis extortus,lancea excuſſus. Quid ad demonſtrandam veritatem *corporis & ſanguinis Domini* dici potuit clarius,lucidius,manifeſtius?Nõne & lõge ante paſſionem,commeudans magnificum & ſalutare Sa-

re Sacramentum, Diſcipulis & Iudæis ſæpe dicebat? Niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem nō habebitis vitam in uobis:&, Panis quem ego dabo, caro mea eſt, & caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Hoc quare? vt nomine corporis circa diuerſa corpora cogitando vagaris audito carnis nomine ab innumera corporū multiplicitate reuoceris. Rurſus audito nomine Filii hominis non alterius alicuius carnem exiſtimes, niſi illius, qui cum eſſet Dei filius, factus eſt hominis filius. Vnde quia tenaciſſimè recolendum, quia vnicè amplectendum eſt tantum tantæ miſericordiæ opus, tacito ſæpe nomine filii Dei, quod pro ſe eſt, nomen filii hominis frequentat, quod pro nobis eſt. Idcirco vocat carnem ne quodlibet corpus putetur: idcirco filii hominis, ne alterius, quàm ſua æſtimetur. Sed forte impoſſibile putatur, vt vel panis in carnem, vel vinum commutetur in ſanguinem. Fortaſſis & hoc cogitatur, illius vnius corporis Chriſti finitam, ſatisque modicam quantitatem, morſibus totius mundi, per tanta ſecula non ſufficere poſſe.

Inſana Berēgarij verba. Hoc enim eſt quod quondam Berengarium dixiſſe audiui. Nam forte Andegauis conſtitutus, & de hoc corporis Chriſti Sacramento cum quibuſdam agens. Si, inquit, corpus Chriſti tantæ fuiſſet magnitudinis, quantæ turris hæc, quæ in conſpectu noſtro immenſa mole attollitur, à tot totius orbis populis comeſtū ante multa iam annorum ſpatia defeciſſet. Quantum peruerſus, tantum peruerſa locutus. Sed quid reſpondendum eſt eis, qui nihil volunt Deum poſſe, niſi quod poſſunt nihil ſcire, niſi quod ſciunt nihil agere niſi quod agunt? Quid reſpondebitur iis, qui æternæ ſapientiæ altitudinem, qui diuinæ virtutis omnipotentiam ſic coarctare nituntur, vt ſi eis aſſenſus præbeatur, ſapiētia Dei & omnipotentia pereunte, Deus iam Deus eſſe non poſſit? Quid dicetur ſurdis, & audire nolentibus per Prophetam clamantē, quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Et in alio loco: Quæ eſt uia ſapiētiæ, aut

tiæ, aut quis locus intelligentiæ? abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium. Et alius, Quis transfretauit mare, & adduxit eam, & attulit ſuper aurum electum? Nonne à mari vſque ad mare, ab ortu ſolis vſque ad occasũ, totus mundus inſonat: Omnia, quæcunq; voluit Deus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis? & quis uniuerſa enumeret? Eſto ergo Deo, quod eſt iumentum tuum tibi Non nititur illud perſcrutari ſecreta tua, non coneris temerare arcana Dei. Docet (vt de vilioribus loquar animalibus) aſinus tuus, quid te velit facere Dominus Deus tuus: cuius ſi ſecreta penetrare volueris, eius iumentum eſſe non poteris, de quo Pſalmus. Vt iumentum factus ſum apud te. Serua ergo Deo tuo, quod tibi vis ſeruari ab aſino tuo, neque altiora te quæſieris, uel fortiora te perſcrutatus fueris: ſed ea cogita ſemper, quæ Deus præcipit: & in multis eius operibus ne fueris curioſus. Hæc omnia maieſtati Dei ſuperbiam tuam, ſapientię Dei ſtultitiam, tuam, vt dignũ eſt, ſubiiciunt, neque aliquid contra ipſum ſtultum loqui, uel non audendum audere permittunt. Sed licet au ctoritatibus & ratione obſtructum iam debeat eſſe os loquẽtium iniqua, ne inſipientiam vel imbecillitatem creaturæ Creatoris ſapientiæ uel virtuti audeant comparare: ſubiiciantur tamen exempla, quibus (ſi omnino beſtiæ aut impii non ſunt) eorum non ſolum auribus, ſed & oculis ſatisfiat. Vide igitur quiſquis in Sacramento Eccleſiæ panem in *Chriſti carnem uinum in eius mutari ſanguinem* aut non credis, aut dubitas, quia uel de uoluntate eius, uel de potentia, vel de vtroq; diffidis. Nulla enim alia res te uel ad non credendum, vel dubitádnm impellit. Aut enim voluit & non potuit, aut potuit & non voluit, aut neque voluit neque potuit. Sed quod voluerit, ſi Euangelio credis, dubitare non potes. Nam in ſui memoriam hoc fieri non præciperet, ſi hoc fieri noluiſſet. Quod uero potuerit, ſi Prophetæ credis certum tenebis. Nam ſi omnia quæcunque voluit fecit, vtiq; & hoc, quia voluit, fecit. Voluit ergo, & potuit vt

panis

Tranſubſtantiatio. panis in carnem ſuam, & uinum conuertatur in ſanguinem ſuũ, & quia voluit & potuit, idcirco & fecit. Si enim Deus omnipotens eſt, & Chriſtus Deus eſt, ſequitur: quia ad conuertendum panem in corpus ſuum, & uinum in ſanguinem ſuum omnimode, ſicut & ad uniuerſa, potens eſt. Et quamuis omnipotentia Dei cuncta hoſtilia munimenta diſſoluat, ſequantur tamen, vt dictum eſt, exẽpla, quibus etiam brutæ pecudes acquieſcere cogãtur. Quid, inquam, dicis, qui ueritati lucide cõtradicis? Nõ credo, ait ille: Dubito, dicit iſte, quod panis altaris in carnem, vinum conuertatur in Chriſti ſanguinem, quia alterius generis ſubſtantiam, in alterius ſubſtantiæ genus conuerti mihi nouum atque inſolitum eſt. Nouum quia nunquam factum eſt, inſolitum, quia nunquam viſum eſt. Si recolere, inquam, volueris præcedentia tempora, quod dixiſti nouum, vetus eſſe, reperies, quod dixiſti inſolitum, vſitatum eſſe cognoſces. Relege, vt ait Ambroſius, virgã Moyſi mutatã in ſerpentẽ. Recole aquas Aegyptiacas mutatas in ſanguinem, & ſi cognoueris diuerſas ſubſtantias ſerpẽtis & virgæ, aquarũ & ſanguinis, ab opinione malè concepta reſipiſce. Recole & primũ Saluatoris illud, & ſingulare totiq; mundo manifeſtiſſimũ miraculũ, quo aquas in vinũ, non phantaſticum ſed verũ & bonũ mutauit. Huius generis miraculis, veteris ac noui Teſtamẽti initia omnipotentis prouidentia ideo inſigniuit, vt contra vtriuſq; legis maieſtatẽ ſe agere cognoſceret, quiſquis res in res, hoc eſt, ſubſtantias in ſubſtantias, virtute diuina poſſe mutari negarẹ. Poſt Moyſis & Chriſti tam ſolẽnia & nota miracula, perhibeat mundus ipſe teſtimonium veritati & ad hoc oſtendendum niues & grandines, nubes & elementa producat. Arguat incredulos, etiã eos non auribus credere, ſed oculis cernere dubitata cõpellat. Oſtẽdat alia atq; alia ex aliis multimodè, & multiformiter aſſidue creari: imo ex creatis in alias & alias creaturas mutari. Doceat aeriam puritatem quotidie in nubium craſſitudinem denſari, nubes ipſas penè aſſidue deflue-

Exempla naturalia, unã ſubſtantiam in alteram poſſe conuerti.

re in

re in imbres, molleſcere in niues, durari in grandines, flammari in ignes, & in his omnibus, diuerſas ex ſubſtantiis ſubſtantias, varias ex ſpeciebus ſpecies nõ tantum videntibus ad cernendum, ſed etiam cæcis ad palpandum creari. Deſcendat hinc de cælis ad terram curioſus oculus, & miracula quotidiana, quæ non miratur obſtupeſcat. Videat quàm ſit ſtulta incredulitas, quàm cæca dubitatio vel non credere, uel dubitare panem in Chriſti carnem, vinum mutari in eius ſanguinem virtute diuina, cum per eandem multa ſæpe
commutentur in aliud, in rerum natura. Nonne Cora- I
lius lapis de ligno fit lapis, cum diuerſa ſit materia li-
gni & lapidis? nonne phœnix quingentorum annorũ, II
vt dicitur, auis inter aromata ſuccenſa moriens de ſolo
puluere reuiuiſcit, cum alia pulueris, alia iam ſit ſubſtã
tia auis? Et ne forte iſta inuſitata, vel incognita ſibi III
eſſe cauſſetur, attendat vſitatiſſima, & quotidiana, &
ſic etiam ſi negligenter attenderit, dubitare ceſſabit.
Et vt melius ſuis manibus, quàm alienis operibus ac-
quieſcat, de fœno, vel filice arte notiſſima diuerſiſſi- IIII
mæ naturæ vitrum conficiat, ſicque, ut ſic dicam, non
diuina, ſed ſua miracula admiretur. Cernat liquidiſſi-
mum & fluidum aquæ elementum, brumali apud nos,
omni aut tempore apud Noricos & Scythas in glacia
lem teſtam tenaciſſime congelari, in Alpibus etiam, V
& multis terrarum partibus uſque adeo obdurari; vt de aqua lapis fiat, & cryſtallus dicatur, quæ eſt glacies multos durata per annos. Conſideret de eodem cryſtallo, uel uaſe uitreo, & perſpicuo aqua repleto, cum ſolis radio opponitur contra complexiones elementorum, ignem exire. Cum cryſtallus frigidus & ſiccus, aqua, quod plus eſt, frigida & humida, ignis calidus & ſiccus eſſe probetur. Intueatur ſimul ipſum orbem terrarum, qualiter de hoc informi & infimo terræ elemẽto tam diuerſa in ſubſtantiis, uaria in qualitatib', in coloribus multiformia, in uirtutib' multiplicia, iuſſu Conditoris aſſidue procreentur, quæ ſi ꝑ

ſingula conſiderētur, victus rerum infinitate, ante conſiderator, quàm conſideranda deficient. Sed quid ad veritatem comprobanda de pane mutatæ carnis, & de vino mutati ſanguinis Chriſti exemplis immoror: cũ quotidie, ipſum, de quo agitur, panem in humanã carnem conuerti, vinum in humanum ſanguinem mutari

VI videam, cum ita hoc manifeſtum ſit, vt ad hoc aſſerendum non fidem conſulere, ſed oculos aperire neceſſe ſit? Teſtis eſt mundus, teſtis eſt omnis homo, maxime cum ſine hac mutatione panis in carnem, & vini in ſanguinem nec vnus poſſit ſubſiſtere homo. Operatur ſane natura per digeſtionem in corpore humano, vt panis in carnem, vinum conuertatur in ſanguinem: dum (ſicut ſciunt hi, qui vel leuiter rerum humanarum attigerũt ſcientem) defœcatiorem, ac puriorem ſuſcepti cibi vel potus partem, à fœculentis ſegregans, ſingulis corporis membris ad nutriẽdam, confouendam, ad augendam carnis & ſanguinis ſubſtanciam impertit. Fit igitur hoc modo omnibus notiſſimo de pane caro, de vino ſanguis: & hoc non in vno homine, ſed in omni homine, nec in uno tempore, ſed in omni tẽpore. Quare ergo non creditur, quare dubitatur Deũ hoc poſſe per virtutẽ, quod poteſt natura per digeſtionem? An potuit illud Deus dare humanæ origini, & non potuit reſtaurationi? An potuit illud conſtituere creans hominem, & non potuit hoc facere redimens hominem? An debuit illud fieri, cum homo à Deo plaſmatus eſt, & non debuit, cum homo à Deo ſuſceptus eſt? ceſſet ergo infidelitas, ſanetur dubietas, quia omnipotens verbum Dei, per quod omnia facta ſunt, ſicut quotidie facit, vt per comeſtionem & digeſtionem humanam, panis in carnem, & vinum vertatur in ſanguinem multorum filiorum hominum: ſic quotidie facit, vt per conſecrationem & virtutem diuinam, panis & vinum *commutetur in cárnem & ſanguinem ſuum*: hoc eſt unius filii Dei & hominis. Qui enim dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt: qua potentia facit hoc vniuerſaliter in aliis, eadem

Idem eodem Tractat.

eadem potentia facit hoc ſingulariter in ſeipſo, vt mutatio ſubſtãtiarum, quę hominibus ſolet conferre mortalem vitam, nunc iiſdem hominibus ſed fidelibus conferat ſempiternam. Sed quid mirantur homines facere Deum aliquid de aliquo, cum in principio omnia creauerit de nihilo? Nam longe maius eſt (vt dicunt ſancti Patres Eccleſiæ) non ſubſiſtentia creare, quàm ex ſubſiſtentibus alia atque alia formare.

Sed forte aliquis econtra. Non poteſt quidem negari res in res multis modis conuerti: ſed in his quãdo ſubſtantiæ in ſubſtantias mutantur, ſpecies quoque pariter conuertuntur. In hoc autem Sacramento etiam ſi ſubſtantia mutetur, forma tamen non mutatur. Et poſſem quidem dicere faſtidioſiſſime iſta requiri, cum totam omnipotentiam ſibi vendicare velit impotentiſſimus homo, & totam ſapientiam inſipientiſſimus homo, maxime cum certa ratio ſit, & pene omnibus manifeſta, cur mutata ſubſtantia, non mutetur pariter & forma. Sed quia neceſſe eſt talia cuncta pati, vt hominibus tertii cæli arcana rimantibus ſatisfiat: Dentur & inde exempla, vt ſicut oſtenſum eſt mutari in rerum natura ſpecies cum ſubſtantia, ſic etiam oſtendatur mutari aliquando ſubſtantias nõ mutata priſtina forma. Et ne ſit neceſſe ad inquirẽda peregrina exempla qualeſcunque vires animi fatigare: de quibuſdam ſuprafcriptis, & ad præcedentia probanda prolatis, exempla trahantur, ex quibus inuiſibilium fides rerum, viſibiliũ exemplis, vera eſſe vt creditur, ipſis corporis ſenſibus demonſtretur. Conſule ergo ipſos carnales oculos tuos quicunque carnem Chriſti ſub Sacramẽto panis, quicunque ſanguinem Chriſti ſub Sacramento vini latentem miraris; & non mutata panis ac vini ſpecie ipſarum rerum mutatam in aliud naturam obſtupeſcis. Aſpice aquam in glaciem commutatã, glaciem in cryſtallum alteratam, & cernes in his aperte ſubſtantias permutari, formas ſubſtantiarum, ſeu ſpecies reſeruari. An non vides glaciem ex aqua frigore obduratam, glaciem

Tranſubſtãtiatio.

Exemplis naturalibus oſtenditur, mutari ſubſtantiam aliquando, non mutatã ſpecie.

ciem ipſam in cryſtallinum lapidem eodem diutius cō
tinuato rigore, permutatam, ſubſtantia in aliud, quàm
fuerat, translata, formam priſtinam conſeruare? An nō
cernis præter glacialem duritiam, præter lapideam fir
mitatem (quantum ad ſpeciem, vel perſpicuitatē iam
dicti elementi pertinet) nihil vtique ſubſtantiæ detra-
II ctum? Simile quoddam in orientalibus Hiſpaniæ par-
tibus rerum natura profert exemplum, quod prius au-
diens vix credidit: ſed poſt, quod audieram, videns, du
bitare non potui. Extant in regionibus illis ſalita (vt
ita dicam) vel ſalſa montana, quæ pro ſaxis uel rudibus
lapideum ſal continent, ſicq; perlucidum, vt quia gem
meam pretioſorum lapidū claritatem æmulatur, ſalis
gemma vocetur. De quibus montibus, cum diutius ru-
ſticorum labor lucri auidus, multam lucidi illius lapi
dis quantitatem eruerit & eruendo foſſas multas eo ſa
le in aues reliquerit proceſſu temporis pluuiali inunda
tione foſſarū illa vacuitas repletur, ac repleta poſt pau
lulum in naturam illius, cui admiſcetur, lapidis com-
mutatur. Tali recompenſatione effoſſus mons pene
annuatim damna illata reſtaurat: & quidquid de lapi-
de amiſit, aqua in lapidem conuerſa compenſat. Fit er-
go cæleſtis aqua terrenus lapis, quæ licet naturalē mol
litiem in lapideam duritiem commutans, in alienam
ſubſtantiam tranſeat, formam tamen priorem ſeu ſpe-
III ciem, ſicut de cryſtallo ſupradixi, conſeruat. Addatur,
& aliud non contemptibile de aceto exemplum. Appa
ret enim in illo quædam & ſi non ſubſtantialis tamen
accidentalis mutatio, quia dum ex naturali uel dulci
mero, in naturali acredine aſſumpta aceſcit, non ſubſtā
tiam, ut dixi, ſed qualitatem commutās, accidentia ſo-
la permutat, ſpeciem priorē reſeruat. Nam quod erat
prius calidum & ſiccum, vna qualitate mutata, fit fri-
gidum & ſiccum. Vnde ſi viſus iudicio acquieſcatur, nō
niſi vinum naturale credetur. Si guſtus accedat, acetum
in naturale probabitur. Quæ ergo cauſſa vel non cre-
dendi vel dubitandi tibi ô cæleſtium arcanorum ſcru-

tator,

tator, iam remanet, cum quod de altaris Sacramento credendum fides interior imperabat, exemplis indubitatis ſenſus exterior non iam credere, ſed dubitata cernere compellat? Fit de aqua glacies lapis: fit rurſus de eadem aqua ſalitus vel ſalſus (vt ſupra dictum eſt) lapis, in his omnibus ſubſtãtia mutata, ſpecie reſeruata, fit de vino acetum, qualitate (vt dictum eſt) mutata ſpecie reſeruata, voluntatis diuinæ iuſſu ſic operante, & non poterit de *pane caro, & de vino ſanguis* Chriſti fieri, ſubſtantia vt in illis permutata, ſpecie reſeruata, omnipotentis verbi Dei, per quod omnia facta ſunt, voluntate ſic & imperio ordinante? An omnipotens ad illa potens creditur, & ad iſta impotens iudicabitur? An natura naturæ auctore potentior ad illarum rerum ſubſtantiam permutandam, & ſpeciem reſeruandam cenſebitur: & ipſius naturæ conditor ad ſubſtantiam panis & vini, in aliud, quam fuerat, permutandam, & ſpeciem quam habuerunt reſeruandam infirmior æſtimabitur? Et quia hoc ſacrum & ſalutare Sacramentum aliud eſſe videtur, & aliud eſt: per virtutem verbi diuini ſubſtantia (vt iam ſæpe dictum eſt) mutata, ſpecie reſeruata, de mutatione, quæ propoſita ſunt, exempla ſufficiant. Quæ ſi cui non ſufficiunt, conſulat & perlegat de hoc Sacramento magnorum voluminum conditores. Quòd ſi forte nec ipſi curioſo animo ſatisfecerint, neſcio quid aliud vtilius perſuadere poſſim, quàm vt ſi Chriſtianus eſt Chriſtianæ fidei colla ſubmittat: & ſi intelligere non poteſt ſecundum ſacræ ſcripturæ præceptum, credat, vt intelligat. Quia in his craſſis tenebris ignorantiæ humanæ, non fides intelligentiæ fructus, ſed intellectus fructus fidei eſt. Soluat ei omnes dubietatis nodos, de qua ſuperius egi, potentia Dei. Quia incredulitati nihil reliquum eſſe poteſt, vbi omnipotens mortalibus conſulens ſic voluit, ſic potuit, ſic præcepit, ſic fecit, cuius voluntas ratio, cuius omnipotentia indeficiens, cuius præceptum miſeratio, cuius opus miſericordia eſt.

In declaratione nonnullarũ difficultatum, ad S. Bern. Abbatem.

Ricardus S. Victoris, Vixit ann. 1139.

Quis eſt iſte panis, qui quod carnis eſt facit à ſeipſo deficere & comedentem in ſui ſimilitudinem tranſire? Sed ne ſuper hoc mireris amplius, audi qualem tibi panem, quale tibi azyma comedẽdum proponimus. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Proculdubio ſi hunc panem comederis non ipſe in te, ſed tu in illum mutaberis. Si mihi non vis credere, audi illum, cui non audeas contradicere. Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Sed forte adhuc quæris euidentius tibi oſtendi quonam modo id poſſit fieri. Si ergo veritate frueris, & tali cibo delectaris, putas quia veritatem eſuriendo, & fruendo, veritatem in falſitatem mutare poſſis? Si *Chriſtum in tuum cibum* aſſumis, melius tibi eſt, vt te faciat de mendace veracem, quàm tu illum de verace mendacem. Procul dubio Chriſtus ſumma veritas eſt: procul dubio Chriſtus ſumma puritas eſt. Zyma veritatis facit de mendace veracẽ, Zyma ſynceritatis facit de immundo mundicordem. Cum in veritate & ſynceritate confirmati fueritis, procul dubio azymi eritis, & digni vt in agni cibum aſſumi debeatis. Sed cum *ille cedit in cibum tuum*, & cum te aſſumit in cibum ſuum, vtrobique non ille in te, ſed tu mutaris in illum. In prima mutatione facit te ſimilem ſibi in iuſtitia, in ſecunda facit te ſimilem ſibi in gloria. In prima, vt dictum eſt, facit de mendace veracem, & de immundo mundicordem. In ſecunda, de mortali immortalem, & de corruptibili incorruptibilem, quando configurabit corpus humilitatis noſtræ corpori claritatis ſuæ. Oportet eum, teſte Apoſtolo, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Si volumus illi itaque in gloria ſimiles fore, oportet nos azymos eſſe, & ſi azymi fieri volumus, oportet vt azyma ſynceritatis

& puritatis comedamus. Non autem ſufficit huiuſmodi azyma haberi, & quid ſynceritatis ſit, vel quid verũ conſtet per intelligentiam capere & memoriter tenere: niſi addamus etiam vt comedamus, & operádo quidem velut maſticando ſtudeamus in effectum noſtrum tranſigere, & intima noſtra eiuſmodi ſuauitate & ſatietate replere. Vides certe, quia aliud eſt azyma habere, & aliud eſt azyma comedere, aliud denique azyma eſſe. Si igitur azyma eſſe non poſſumus, niſi deſignatũ azyma comedamus, quid mirum, ſi eos, qui iam azymi ex parte erant, & ex parte non erant, & mediante noua conſperſione ex toto azymos ſieri volebant, quid, inquam, mirum ſi eos ad azyma comedendum inuitabat. Principaliter autem inuitat eos ad eſum agni, ſine cuius gratia perſeuerare non poterant in eo quod iam erant azymi, vel in eo quod adhuc zyma erant, nec noua conſperſio, nec ex ea azymi fieri. Nunc illud obſecro attende quàm ſit conſequens, quamve cõueniens, vt qui de ſeipſo fecit tibi cibum tuum, tu illi de teipſo facias cibum ſuum.

S. Malachias Archiepiſc. Ardinachenſis,
Vixit anno 1140.

Non debueras (inquit Diacono ſuo) hodie miniſtraſſe, ſed verecunde te ſubtrahere ſacris, & deferre tantis, tanquàm diuinis myſteriis, vt hac humilitate purgatus dignius exinde miniſtrares. *Vide S. Bernardum, in vita huius Malachiæ.*

S. Bernardus Abbas, Vixit anno 1141.

Tu ergo ſi diuini verbi pabulo repleas animã tuam fideliterque, & ſi non digna, certe quanta potes deuotione, ſuſcipias panem illum, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, *Dominicum videlicet corpus Ieſu*, vt veterem vtrem corporis tui, noua illa reſurrectionis caro reficiat & ſuſtineat, quatenus nouum, quod intus eſt, viuum hoc ſolidatus glutino valeat continere: ſi denique ex ſide viuas, & nequaquam gemere oporteat, *Sermone 1. de Natiuitatis Domini vigilia.*

quia oblitus ſis comedere panem tuum, Bethlehem factus es.

Idem Serm. 1. in feſtiui tate omniũ Sanctorum. Ego enim quantum in me eſt, nihil aliud ſum quàm conſeruus veſter, qui vobiſcum pariter & mihi, & vobis (ſicut ipſe Dominus nouit) mendico panem de cælo, & alimoniam vitæ. Propterea non ego vobis, ſed Pater veſter ipſe eſt, qui dat vobis panem de cęlo viuum, ipſe vos paſcit, & operibus, & ſermonibus, etiam & carne filii ſui, qui eſt vere cibus. Nam & de operibus lego, meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei, & de verbis, quoniam non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Ergo nunc quidem cibari habemus factis eius & verbis, poſt hæc etiã illibatum *Domini corporis* Sacramentum in altaris menſa ſacroſancta, ipſo propitio, percepturi.

Idem Sermone de S. Martino. Vera carnis Chriſti ſubſtantia eſt in Eucha. Neque enim eſt quod cauſſemur noſtro huic negatam tempori, ſiue eam, quæ ad patres veteris Teſtamẽti facta eſt, apparitionẽ; ſiue eam quæ Apoſtolis exhibita eſt præſentiam carnis eius. Siquidem fideliter conſiderantibus neutram deeſſe liquebit. Adeſt enim nobis etiam nunc *carnis ipſius vera ſubſtantia*, haud dubium ſane quin in Sacramento.

Epiſt. ad S. Bernardum.

Euervvinus præpoſitus Stenueldenſis, Vixit anno 1242.

In cibis ſuis vitant omne genus lactis, & quod inde conficitur, & quidquid ex coitu procreatur. Hoc de conuerſatione ſua nobis opponunt, in Sacramentis uero ſuis ſe tegunt, tamen nobis aperte confeſſi ſunt, q̃d in menſa ſua quotidie, cum manducant ad formã Chriſti & Apoſtolorum, cibum ſuum, & potum ſuum in *corpus Chriſti, & ſanguinem* per Dominicam orationem conſecrent, vt inde ſe membra & corpus Chriſti nutriant.

Quemlibet inter eos baptizatum, electum dicunt, & habere poteſtatem alios, qui digni fuerint baptizandi, & in menſa ſua *corpus Chriſti & ſanguinem* conſecrandi.

di. Nuptias damnant, ſed cauſſam ab eis inueſtigare nõ potui, vel quia eam fateri non audent, vel potius, quia eam adhuc ignorabant. Sunt item alii quidam hæretici in terra noſtra omnino ab iſtis diſcordātes: per quorum mutuam diſcordiam vtriq; nobis ſunt detecti. Iſti negant in altari fieri corpus Chriſti, eo quod omnes Sacerdotes Eccleſiæ non ſunt conſecrati.

S. Amedeus Epiſcopus Lauſannenſis,

Vixit anno 1143.

Quis mihi de te fratrem ſugētem vbera matris meę, vt inueniam te foris & deoſculer, etiam nemo me deſpiciet? Inueniam te apparente in carne, qui lates in inuiſibili maieſtate, Inueniam te ſponſum procedentem è thalamo, qui in uentre virginali conceptus es de Spiritu ſancto, & deoſculer. Deoſculer vnita tibi in perceptione *carnis tuæ & ſanguinis*, & iam non ſumus duo, ſed vna caro. Deoſculer ĩ uno ſpiritu adhæres tibi, quia qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt: & iam nemo me deſpiciet. Non Deus pater, videns proprium Filium incarnatum: non Angelus ſanctus adorans Deum hominem factum: non ſuperbus Dæmon, dolens à Chriſto ſe ſuperatum.

Homilia 1 de laudibus uir. matris.

Drogo Epiſcopus Hoſtienſis,

Vixit anno 1144.

Ecce ſublatus es, amplius te tuus nõ videbit Eliſeus, remanſit tamen ei pallium tuum in memoriam tui, vt *præſentia abſentiæ tuæ*, dolorem eius ſemper & augendo leniat, & leniēdo augeat. Hoc ſumite, ait, in meam cõmemorationem, hoc eſt Sacramentum *corporis tui*, quod ſumimus in commemorationem, donec venias. Palliũ tuum, eſt caro tua, qua veſtitus, ad nos proceſſiſti, & latuiſti quidem perfidos, ſed fidelibus tuis teipſum oſtendiſti, ſicut & vſque hodie. Sub hoc pallio abſcondita eſt maxima fortitudo Samſon, quam etiam dilecte non diligenti te ad vltimum nõ celaſti, vt inimicam vetteres

Libro de Sacramento dominicæ paſſionis.

in amicam. Intantum amaſti mulierem, non amantẽ te, ſed perſequentem, vt propter amorem eius ſapiẽtia tua ſtulteſceret, & fortitudo tua infirmaretur.

Idem eodem Libro.

Veriſſimum & ſanctiſſimum corpus Chriſti in altari ſumimus.

Quæ eſt nubes quæ præcedit veros Iſraelitas, niſi *veriſſimum & ſanctiſſimum corpus tuum*, quod in altari ſumimus, in quo velatur nobis altitudo diei immenſitas maieſtatis tuæ, cuius & calorem & ſplendorem mortalis infirmitas ſuſtinere non poſſet, niſi mediatrix nubes interpoſita & ardorem temperaret deſuper, & tutam ſubtus ſe viam præmonſtraret.

Petrus Epiſcopus Pariſienſis. Vix. an. 1146.

In Epiſto. ad Corinth.

Itaque Dominus noſter Ieſus Chriſtus de hoc mundo ad inuiſibilia æternæ maieſtatis tranſiturus, celebrato Sacramento veteris Paſchæ, poſt typicum agnũ, in vltimo *corpus ſuum & ſanguinem* in ſpecie panis & vini tradidit Diſcipulis. Vbi diligenter animaduertendum eſt, quare poſt typici agni Sacramẽtum, ſui corporis & ſanguinis Sacramentum dedit Apoſtolis, & quare ſub alia ſpẽ, & cũ ſub alia, quare potius ſub iſta: poſt, quid à bonis quid à malis ſumatur, deinde quæ ibi videntur eſſe vel fieri, vtrum vere ſint, vel non. Sciendum igitur ideo poſt celebratum vetus Paſcha Dominum *corpus & ſanguinem ſuum* dediſſe Diſcipulis, vt oſtenderet veteris legis Sacramẽta ceſſatura, inter quæ præcipuũ erat agni Paſchalis Sacramentum, & nouæ legis Sacramenta inſtituenda: inter quæ excellit Dominici corporis Sacramentum. Ideoque etiam poſt alia dedit, vt memoriæ Diſcipulorum tenacius inſigeretur, & ab Eccleſia deinceps frequentaretur, Sub alia verò ſpecie ideo tradidit, & à fidelibus deinceps ſumendum inſtituit, vt fides haberet meritum, quæ non eſt de his, quæ vidẽtur. Quia fides non habet meritum, cui experientia præbet exemplum. Et ne abhorreret oculus, quod teneret manus, & ne ab incredulis nobis inſultaretur. In hac enim ſpecie tradidit, quia res huius ſpeciei expreſſam habet

ſimilitu-

ſimilitudinem cum vtraque re huius Sacramenti, contenta ſcilicet & ſignata,& ſignificata & non contenta. Res contenta & ſignificata eſt *caro Chriſti*,quam de virgine traxit,& ſanguis,quem pro nobis fudit. Res autē ſignificata & non contenta, eſt vnitas Eccleſiæ in prædeſtinatis,vocatis,iuſtificatis & glorificatis. Poſt hæc videndum vtrum à bonis & malis corpus Chriſti ſumatur. Veruntamen ante oſtendi oportet verum corpus Chriſti eſſe in altari, quod à quibuſdam incredulis eſſe negatur,quos & ipſa ueritas confutat,dicēs. Accipite, Hoc eſt corpus meum,& ſanctorum auctoritates in medium deductæ. Eſt quidem etiam in peccatoribus & indignè ſumentibus *vera Chriſti caro,& verus ſanguis*:ſed eſſentia,non ſalubris efficientia. Multi accipiunt corpus Domini indignè,de quibus Apoſtolus. Qui manducat corpus Domini,& bibit ſanguinem indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

Bruno Canonicus Remenſis, Vixit circa annum 1147.

Credimus in *viuam carnis Chriſti ſubſtantiam* abiiſſe, quod ſub ſpecie panis occultatur. Sed quam carnem? Haud dubium,quin in hanc ipſam,quam enixa eſt virgo mater Maria. *Serm. de cœna Domini.*

Petrus Trecenſis, Vixit anno 1148.

Nota, quia in canone cum proferuntur hæc verba, Hoc eſt corpus meum,hic eſt ſanguis meus, ex virtute horum verborum *fit transfiguratio*. Vnde credibile eſt,cū Dominus eadem verba dixit,mutaſſe panem & uinum *in carnem & ſanguinem ſuum*, & tunc eandem vim contulit verbis illis in poſterum. *Hiſto. Scholaſticæ capi. 156.*

Rupertus Epiſcopus Lincolnienſis, Vixit anno 1150.

Ipſa Euchariſtia eſt telete teletarum omnium digniſſima & maxima,propter rem omnium digniſſimam & maximam in hac telete contentam. Eſt enim in Eucha- *In Commentarys,in Eccleſiaſticam*

hierarchiã B. Dionyſ. riſtia (ſecundùm Beatum Ignatium) *caro Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*, pro peccatis noſtris paſſa, quam benignitate ſua pater ſuſcitauit. Omnis alia telete virtutem huiuſmodi congregationis & reductionis ad Dei communionem & perfectionis, ab hac telete ſuſcipit, quæ primo per ſe, & principaliter eſt noſtri ad Deum congregatiua, & communionis ipſius effectiua. In hac enim telete eſt *vera caro noſtri Saluatoris*, quam aſſumpſit de virgine, in qua paſſus nos redemit: non diuiſa ab anima, nec à Deitate, ſed inſeparabiliter vnita, & ſic eſt in ea Dei filius Deus & homo perfectus: qui noſtram aſſumẽs humanitatem nos couniuit & communicare fecit ſecum in una natura, & donans nobis ſuam carnem ſingularem, ad comedendum, counit nos cum ſua ſingulari perſona: ut omnes ſimus unum in Criſto, & eius perfectione perfecti, & in eius communicatione couniti & congregati. Merito igĩ huic telete, (quia ipſa primò principaliter eſt noſtri ad Deum congregatiua, & communicationis ipſius effectiua & perfectiua, aliis teletis ex ſua uirtute tribuens horum efficientiam) appropiatur per excellentiam, nomen communionis. Non enim eſt fere aliquam perfici teletem Hierarchiam, niſi diuiſſima Euchariſtia, ſacræ perficiente eam: hoc eſt cõſummantem communione ipſius, per virtutem à Deo traditam ipſi Euchariſtiæ.

In Sacramẽto Eucha. eſt vera caro Saluatoris.

Idẽ Iiſdem. Venit (ſcilicet Antiſtes) ad ſymbolicam ipſarum diuinarum ſacrificationum operationem, id eſt, ad ſacrificationem panis & calicis, ipſos benedicens, & *in Chriſti corpus conuertens & ſanguinem.* Et hoc Deo tradente, id eſt, ſicut Deus tradidit & fieri præcepit. Ipſa autem ſacrificatio panis & calicis, ſymbolum eſt diuiniſſimarũ operationum, quas fecit Dominus in cœna, corpus ſuũ & ſanguinem ex pane & calice conficiens. Et quia ad tantum ſacrificium ſacrificandum & offerendum humana infirmitas ſe ſentit minorem & indignam, conuenienter poſt diuinarum operationum laudes, antequã ſacrificet Hierarcha, ſuam excuſat audaciam per diui-

Sacrificium Miſſæ, eſt diuina traditio.

Sacerdos ex diuina traditione conuertit per conſecrationẽ, panẽ in corpus Chriſti.

nam

nam præceptionem,velut ipſum ad hoc compellétem: hoc itaque inſinuans,quia non ex propria præſumptione,ſed ex Dei traditione venerit ad ſymbolicam ſacrificationem. Excuſat ſe Hierarcha pro ea ſacrificatione quæ ſuper ipſum eſt. Operatio enim,quam quis facit, ſuper ipſum operantem eſſe,dici poteſt. Excuſat (inquam)prius ſacræ clamans,ad ipſum Chriſtum videlicet. O tu Chriſte dixiſti,Hoc facite in meam commemorationem.

Thomas Græcus, Vixit ante annum 1154.

Totum autem *corpus & ſanguinem* Domini *ſuſcipit*, etiam ſi myſteriorum tantũ partem accipiat.Sicut enim vnum ſigillum,diuerſis totam figuram ſuam imprimit, & integrum manet poſt diſtributionẽ: & ſicut vna vox penetrat ad multorum auditus, ſic nulli dubium ſit *corpus & ſanguinem Domini* totum in omnibus reperiri. *In Euangelium Lucæ.*

Arnoldus Abbas Bonæuallis, Vixit anno 1156.

Hoc etiam in titulo Pſalmi triceſimi tertii continetur,ubi affectare Dauid in perſona Criſti prędicitur:cũ coram Abimelech vultũ ſuum mutaſſe perhibetur. Affectabat Dauid & tympanizabat ad oſtia ciuitatis & ferebatur manibus ſuis:& in barbã eius defluebãt ſaliuæ. Affectante quippe Criſto,& hoc ſitiente,vt manſueſceret domus exaſperans,& duræ ceruicis populus molliretur,exhauſtoq; pœnitẽtiæ antidoto,felleas, viſcoſaſque peccati fæces euomerẽt, viſa ſunt eis huius doctrinæ verba, oĩ ratione carentia, & dementiæ aſcribebãt quod eos ad carnis ſuæ eduliũ inuitabat: horrebant potum ſanguinis,& carnem humanam cibum inſolitũ mẽſis ſuis inferre,impium & nefarium iudicabant. Durus erat ſermo huiuſmodi,quia ſenſu carnis oppreſſi, ſpiritum & vitam in verbis veracibus contemnebãt.Hoc intimabãt illæ per barbã Dauid profluentes ſaliuæ: quia infantilia hæc verba & friuola æſtimarent Iudæi, & contem- *Tractat. de ſeptem verbis Chriſti in cruce.*

contemnenda eſſent à profanis Sacraméta Dominica & quaſi arreptitii & furibundi reputandi eſſent horum dogmatum Diſcipuli, & intellectualium myſteriorum miniſtri. Mutatur omnino facies Chriſti in ſpecie Sacramentorum coram Abimelech, id eſt, coram Iudæis, qui ad regnum Dei, & ex promiſſionibus factis ad patres pertinere videbantur. Porrigit quidem Diſcipulis ſuis, imò toti Eccleſiæ Chriſtus propriis manibus Euchariſtiam quaſi ſeipſum ferens. Quam qui dignè accipit, viuit: nec immeritò proſcribitur, qui contemnit. Et aliis quidem tantæ rei myſteriũ odor eſt vitæ in vitã, aliis odor mortis in mortem.

Ioannes Epiſcopus Carnotenſis.

Vixit anno 1158.

In vita B. Thomæ Martyris. In Sacramentali *Dominici corporis* perceptione ſacratiſſimus Antiſtes non tardus, non moroſus, non noua præterquam in canone conſtituta ſunt adiungebat. Verum ea præſertim hora, profundiſſimas tanquàm ex intimis pietatis viſceribus lacrymas profundebat & ſingultus, tanquam ad tacta Chriſti vulnera tota intimi cordis excutiens viſcera, & effundens reuerentiſſimè illa tractabat, vt intuentiũ fidem & mores ipſa contritio confirmaret.

Petrus Bleſenſis Archidiaconus.

Vixit anno 1160.

Sermo. 33 Credat homo potius Chriſto, quàm ſibi, vt ſi cum Deo creditus ſpiritus eius. Abneget ſeipſum, & ſequatur Chriſtum, ſpe, fide. Nam ipſe eſt via, veritas, & vita. Scio (inquit Apoſtolus) cui credidi, & certus ſum. Et eiuſdem verba hæc ſunt. Quicunque comederit panem hunc, & ſumpſerit calicem hunc indignè, iudicium mãducat & bibit, non diiudicans corpus Chriſti. Tam in verbis magiſtri, quã in verbis Diſcipuli audis & intelligis *corpus Chriſti*. Nihil ergo in hoc, aut in alijs Sacramentis hæſites: ſed firma cor & fidem tuam in verbo illius,

ſius,cuius verbo,cæli firmati ſunt.

Ganfridus Antiſiodorenſis, Vix. an. 1163.

Epulemur in azymis ſynceritatis & veritatis. Inuitat nos Apoſtolus ad Paſchale conuiuium. Surrexit Dominus de ſepulcro,ſuperauit hoſtem, Patrem repro pitiauit.Attendamus igitur ad pacificam hoſtiam, comedamus carnes agni cũ azymo pane,& lactucis agreſtibus. Siquidem *caro eſt in ueritate*,panis in ſpecie,agreſtis lactuca in paſſionis commemoratione. *In Epiſtolã Corinthiorũ*

Alexander Papa III. Vixit anno 1169.

Si tibi conſtiterit quod ad torneamentum non ani mo ludendi, ſed percipiendi credita perueniſſet (licet ibi fortuito caſu obierit)corpus eius diſpenſatione, ecclesiaſticæ tradi facias ſepulturæ, maximè ſi *Dominicum corpus* ſuſceperit,& ſacri olei fuerit vnctione perũctus. *Epiſtola ad Epiſcopum quendam.*

Balduinus Archiepiſcopus Cantuarienſis. Vixit anno 1170.

Ante peractam conſecrationem manet vera ſubſtan tia panis,ſed dum conſecrationem peragit Sacerdos, benedictio ita mutat panem virtute & occulta ineffabi li potentia verbi, vt deſinat in *ueram carnem corporis Chriſti*. Iamque ibi ſub ſpecie panis abſconditus eſt is, qui poſuit tenebras latibulum ſuum, ad quem loquitur Eſaias Propheta dicens: Vere tu es Deus abſconditus,Deus Iſrael Saluator.Et qui olim ante cælũ, terram,mare in Dei patris ſinu occultabatur, & homo factus in forma ſerui latitabat:nunc in fine mundi idẽ ille latet abſconditus in Sacramento. *Sermone de diuiniſſimo ſacrament. altaris. Conſecratio virtute & ineffabili potentia verbi mutat panẽ in uerã carnem Chriſti*

Guibertus Abbas Gemblacenſis, Vixit anno 1171.

Celebrato igitur tam ſacro hoc conuiuio,qui Martinum hoſpitio ſuſceperat, miſeriæ propriè obliuiſci non valens(quippe& ſi multa habebat æger,pro dolor, non habebat ſeipſum) accedit propius ad ſancti pedes adorat, *Lib.1. Miraculorum S. Martini,ca. 6.*

adorat, corporis ſui fœditatem oſtendit, vt ſibi ſubueniat (quod nemo alius poteſt) ſupplex exorat. At ſanctus vt totus ſemper viſceribus charitatis affluebat in Domino, hominis compatiens miſeriæ, ſeſeque iã eius profitens debitorem, vtpote qui ſe ſuoſque pauerat, de Domini miſericordia fidere iubet, ſe interceſſorẽ pro eo non defore pollicetur. Hortatur interim ad animæ puritatem miſſarum ſolẽniis intereſſe, & ab ore ſuo ſacratam ſumere pacem, ipſum quoque ſacris communicare myſteriis. Quibus geſtis miſſas celebraturus Martinus procedit, leproſus ſupradictus deuotus adeſt, ab ore Martini pacem accipit, ſacroſancta myſteria, de ſanctis eius manibus ſumit. Tum mirum in modum *ſingulare illud ſacrificium*, quod animæ ſanitatem operari conſueuit, etiam corporis ſalutẽ operatur. Nam qui leproſus & immundus acceſſerat, viuifico cibo ſaginatus ſanus & mundus reuertitur.

Miſſa eſt ſacrificium.

Otto Epiſc. Friſingenſis. Vixit an. 1173.

Lib. 1. Hiſt. cap. 32.

Armenij Romanum pontificem agnoſcunt, eique ſubiectionẽ offerunt.

Armeniorum Epiſcoporum legati ab vltimo penè oriente ſummum Pontificem Viterbij adeuntes, nobiſque præſentibus ei ex parte illius Eccleſiæ ſubiectionẽ omnimodam offerentes, inter cætera formam ſacrificij iuxta conſuetudinem Romanæ Eccleſię ſibi tradi petierũt. Quos ſanctiſſimus Antiſtes Eugenius gratanter ſuſcipiens miſſarum ſolennijs adhibuit, diligẽter ea quæ fiebant ibidem, eos animaduertere commonuit. Quod dum facerent, vnus ex eis, ſummo Pontifice diuina *corporis Chriſti* myſteria agente, ſplendido fulgore radiũ ſolis ſuper caput eius coruſcare & in ipſo duas columbas aſcendentes & deſcendentes ſe vidiſſe perhibuit.

Lucius III. Papa, Vixit anno 1183.

Lib. 1. Decretalium.

Vniuerſos qui de Sacramento *corporis & ſanguinis Domini noſtri* Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu de peccatorum cõfeſſione, matrimonio, vel reliquis Eccleſiaſticis Sacramẽtis aliud aliquid ſentire, aut docere non

metuunt,

metuunt, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat & obſeruat, & generaliter quoſcunq; eandem Romana Eccleſia vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas cum conſilio clericorum, vel clerici ipſi ſede vacante cum conſilio ſi oportuerit vicinorum Epiſcoporū hæreticos indicauerint, vinculo perpetui anathematis innodamus.

Philo Epiſcopus Carpathius, putatur Vixiſſe circa annum 1186.

Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam carens mixto vel temperamento.) Vmbilico ſponſi Sacerdotium ipſius Eccleſiæ nunquā carens mixto comparat. Cum enim dicit, nunquam carens temperamento, vel mixto, manifeſtum eſt de Sacerdotali dignitate intelligi: quæ quidem in tam diuino, & tam ſalutari ſacrificio & tam ineffabili Sacramento, nunquam caret *vero corpore & ſanguine* Ieſu *Chriſti*, cui populus per fidem charitatemque miſcetur, id quod per aquam illam, quam Sacerdos vino miſcet in calice, apertiſſime docetur. Collum tuum ſicut turris eburnea) per collum puriſſimorū mandatorum Dei nitidam ac mundam obſeruationē, integramq; iuſtitiam, & vinculum ſanctiſſimum ac nexum fidelis animæ & Ieſu Chriſti ſignificat. Siquidem Eccleſiæ caput Chriſtus eſt, huic ſancta omnia fideliū membra firmiſſime adhærent: iique præcipue, qui miniſtri fideles diuiniſſimum *eius corpus* adminiſtrant, *& ſanguinem* ſalutis æternæ Chriſtiano populo ſalutarem cibum ac potum, iis ſolum notum, qui guſtarunt. Vt enim collum capiti proximum eſt atque coniunctum: ſic veri miniſtri Dei ſacratiſſimo corpori ac ſanguini Ieſu Chriſti ſanctiſſime atque proxime adhærent, ſuntque ipſius collum maxime ebutneum, quoties pura conſcientia & ſyncera animi charitate diuina ipſa myſteria immaculate celebrant, atque contrectant, vnà cum diaconibus. Eburneum igitur collum dicuntur eſſe Sacerdotes atque miniſtri: quemadmodum ſupra

In Cantica Canticorū.

Miſſa eſt ſalutare ſacrificium, quo verum corpus & ſanguis Ieſu Chriſti immolatur.

Sacerdotes diuiniſſimū corpus Chriſti & ſanguinē Chriſtiano populo adminiſtrant.

ſupra pixis eburnea dicebantur,qui ſordes animæ nullas admittant,ſed honeſtiſſima vita ac moribus diuiniſſimis Sacramentis immaculatiſſime miniſtrent. Sub malo excitaui te,& confirmaui.) Hæc malus ſalutifera,ſi ad arborem reſpicias, crux eſt humanæ ſalutis auctrix,in qua ſalus mundi, auctorq; pependit: ſi vero ad pomum eius ac fructum ſuauiſſimum atque ſanctiſſimum,de quo ſæpe iam diximus,cæleſte totum & ſalutare malum, corpus eſt Ieſu Chriſti, ſalutariter nobis ab eo datum in eſcam ſcilicet & potum ſub myſtico pane & vino,ex quo quidem Chriſtianos omnes ſanctiſſime paſcit ac beat.

Gilbertus Abbas, Vixit anno 1190.

Serm. 7. in Cantica.

Quid magis nouum, quàm quod in myſterio *Dominici corporis mutatur materies* & ſpecies reſeruatur? Priſtina manet forma,ſed noua gratia,quia noua ſubſtantia. Non quidē non in ſe, ſed in huiuſmodi ſpecie. Nouum plane, quòd *carnis Dominicæ ſubſtantia* in aliena ſpecie ſumpta,ſanctificationis virtutem animæ confert,& ſpiritualem emundat ſubſtantiam in myſterio altaris immaculata caro. Nouum quidem, & ſupra reliquorum vſum Sacramentorum, quòd non modo ſanctificationis noua gratia datur,ſed *ſubſtātia naturalis mutatur*. Nā per Sacramenti benedictionem, accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem,vt ex myſtica conſecratione, & verbi viuentis copulatione, hæc viuificatrix gratia in carne Chriſti redundat. Caro enim non prodeſt quidquam, ſed ſpiritus eſt qui viuificat, ſacroſanctæ carni conferens in ſolenni Sacramento ſpiritualem efficaciam ad viuificandos tanti participes myſterii.

Tranſubſtātiatio.

Mauritius Epiſcopus Pariſienſis. Vixit ann. 1192.

In Canone Miſſæ. Tranſubſtātiatio.

Cum Sacerdos illa verba Chriſti pronūntiat. Hoc eſt corpus meum,hic eſt ſanguis meus, panis & vinum *in carnem & ſanguinem conuertuntur*, illa verbi virtute,

quæ

qua verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis, quia dixit & facta ſunt omnia, mandauit & creata ſunt.

Alanus Epiſcopus Antiſiodorenſis,

Vixit anno 1194.

Cumque ageretur de diuiſione Eccleſiæ,& de ſciſſuræ obſtinatione,& Gvvillermus Aquitaniæ Dux reſpõdiſſet ſe in reſtitutione Epiſcoporũ,quos de ſedib' ſuis expulerat, nulla ratione poſſe induci, vir Dei Bernardus ad altare ſanctum oblaturus & ſupplicaturus accedit,comes ſuſtinebat pro foribus. Peractis igitur conſecrationibus,& pace data, & diffuſa in populum, homo Dei iam non ſe agens vt hominem,*corpus Domini* ſuper patenam ponit,& ſecum tollit,atque ignea facie & flammeis oculis non ſupplicans,ſed minax foras egreditur,& uerbis terribilibus aggreditur Ducem. Rogauimus te,inquit,& ſpreuiſti nos. Ecce ad te proceſſit, Filius virginis,qui eſt caput & Dominus Eccleſiæ,quã tu perſequeris. Adeſt iudex tuus,in cuius nomine omne genu curuatur,cæleſtium,terreſtrium,& infernorũ. Adeſt iudex tuus, in cuius manus, illa anima tua deueniet. Nunquid & ipſum ſpernes? Nunquid & ipſum ſicut ſeruos eius contemnes? Lacrymabantur vniuerſi qui aderãt, & orationibus intenti præſtolabantur exitum rei,& omnium ſuſpenſa expectatio neſcio quid diuinum fieri,cælitus expectabat. Videns comes Abbatem in ſpiritu vehementi procedentem,& ſacratiſſimũ *Domini corpus* ferentem in manibus,expauit & irriguit, membriſque tremebundis & metu diſſolutis, quaſi amens,ſolo prouoluitur. Eleuatus à militibus, rurſus in faciem ruit, nulli quippiam loquens, aut intendens in aliquem. Tum vir Dei ad eum propius accedit, & pede pulſans accliuem,ſurgere iubet & ſtare ſupra pedes,& Dei audire ſententiam. Præſens eſt, inquit, Pictauenſis Epiſcopus, quem ab Eccleſia ſua expuliſti. Vade reconciliari ei, & in oſculo ſancto, pacis cum eo iungens fœdera,ipſe ad ſedem ſuam eum reducito.Audiens hæc comes,auctoritate Spiritus ſancti & ſanctorum

Lib. vita B. Bernardi.

Nota.

rum

rum Sacramentorum præſentia victus, nec audebat reſpondere nec poterat.

Serm. 5. In Natiuitate Domini.

Guarricus Abb. Igniacenſis, vixit ann. 1197.

Fratres & vos inuenietis hodie infantem pannis inuolutum & poſitum in præſepio altaris; videte ne vilitas tegminis offendat aut perturbet obtutum veſtræ fidei, *veritatem reuerendi corporis*, ſub aliis rerum formis, intuentis. Sicut enim mater Maria, quibuſdam aſſumentis pannorum inuoluit infantem, ſic mater gratia diſpenſatoriis, ſpeciebus rerum eiuſdem *ſacri corporis obtegit ueritatem.*

Idem concione 4. in Epiphaniæ feſto.

In Sacramēto Euchariſtiæ verbo Chriſti, ſubſtantiæ rerū mutantur.

Hodie manifeſtauit gloriam ſuam coram Diſcipulis ſuis, quando mutatione aquæ in vinum illud ineffabile præoſtēdit myſteriū, in quo verbo ipſius, ſubſtantię mutātur rerū. Cū.n. tria ſunt, quæ nos faciunt Chriſtianos, fides, baptiſmus, & altaris participatio, hodierna dies fidē nobis initiauit, baptiſma cōſecrauit, ac mēſæ cæleſtis miracula præformauit. Quomodo ſane prima Gentium illuminatio fidem nobis initiauerit, quomodo Chriſtus baptizatus, baptiſma noſtrum conſecrauerit, qualiter illa conuerſio aquæ in vinū, *mutationem rerum* in conuiuio menſæ Dominicæ præoſtenderit, nequaquam iam opus eſt vt doceamus.

Lib. 3. de officio Miſſæ.

Innocentius III. Papa, Vixit anno 1200.

Agnus Paſchalis ſine dubio figurabat Dominicum corpus: ſed panis azymus ſyncerum opus. Sicut autem Ioannes Baptiſta qui dixerat. Ecce agnus Dei, per adiunctum determinauit, ecce qui tollit peccata mundi. Sic & Chriſtus qui dixerat: Hoc eſt corpus meum, per adiunctum determinauit, quod pro vobis tradetur. Sicut ergo corpus Chriſti veraciter tradebatur, ſic uere demonſtrabatur, non in figura, quæ iam ceſſauerat: ſed in veritate, quę iam aduenerat. Sane cum litigarent Iudæi ad inuicem dicētes, quomodo poteſt hic carnem ſuam nobis dare ad manducandum, dixit illis Ieſus. Amen, amen dico vobis, niſi māducaueritis

ueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam. Ideo dixit, amen, amen dico vobis, id eſt, in veritate non figuratiue: ſed vere intelligitur quod dixit, niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui ad maiorem veritatis expreſſionem adiunxit. Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Ego vero, qui vitam æternam deſidero habere, *carnem Chriſti* veraciter comedo, & *ſanguinem eius* veraciter bibo. *Illam vtique carnem* quam traxit de virgine *& illum ſanguinem*, quem fudit in cruce: Ergo corde credo, & ore confiteor, quod ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in hoc Sacramento comedo fretus auctoritate, quæ dicit, Qui manducat me, viuet propter me. Non autem, cum manducatur, per partes diuiditur, nec laceratur ſub Sacramento, ſicut caro, quæ venditur in macello: ſed illæſus ſumitur, & integer manducatur. Viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus. Manducatus non moritur, quia ſurrexit non moriturus. Sicut enim vidua Sareptana quotidie comedebat, & nunquam diminuebat farinam de hydria, & oleum de lecytho, ſic vniuerſalis Eccleſia quotidie ſumit & nunquam conſumit *carnem & ſanguinem Ieſu Chriſti*, ſub diuerſa ſpecie Sacramenti.

Illam Chriſti carnem mãducamus in Euchariſtia, quam traxit de virgine.

Abſalon Abbas, Vixit anno 1201.

Per hæc igitur membra, ſanguis Chriſti decurrit, dum filii Eccleſiæ modo per aquam ſanctificationis, modo per *corpus & ſanguinem eius*, modo percipiendo alia Eccleſiæ Sacramenta, redemptionis illius fiant participes, quam in paſſione ſua operatus eſt Dominus in medio terræ.

De Paſſione Domini, Serm. 23.

Poſſumus & aliter menſam hanc intelligere, videlicet Sacramentum altaris, de qua ſcriptum eſt. Ponam in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tri-

Idem Serm. 39. de dedi

catione Ecclesiæ. bulant me. Et de qua Apoſtolus. Non poteſtis communicare menſæ Chriſti & menſæ dæmoniorum. In hac menſa diligenter attendenti, quatuor panum genera ſunt, quæ apponuntur. Primus eſt Sacramentalis, de quo Apoſtolus. Panis quem frangimus nonne *communicatio corporis Chriſti eſt?* Domo igitur & menſa præparatis, reſtat diſponere, vt huius menſæ miniſtri ſint idonei, qui aſtant ante Dominum terræ, qui geſtant puerũ Ieſum, qui ponuntur mediatores inter Deum & homines, vt propitietur iniquitati eorum.

Cæſarius Heyſtarbachenſis, Vixit ann. 1202.

Libro Dialogorum capite 1. *Appollonius*. Quæ eſt forma huius Sacramenti? *Cæſarius*. Forma attenditur in verbis & in rebus. In verbis, quia cum hæc verba proferuntur. Hoc eſt corpus meũ. Et poſt, Hic eſt ſanguis meus, conuerſio fit panis & vini, in corpus & ſanguinem Chriſti: Vnde Ambroſius. Sermone Chriſti hoc conficitur Sacramentum: quia ſermo Chriſti *creaturam mutat*, & ſic ex pane fit *corpus Chriſti*, & vinum cum aqua in calicem miſſum *fit ſanguis*, conſecratione verbi cæleſtis. *Appollonius*. Quis eſt modus conuerſionis? *Cæſarius*. Modus eſt ineffabilis. Panis (vt dictum eſt) cum hæc verba proferuntur. Hoc eſt corpus meum, Dei virtute per miniſterium Sacerdotis *tranſit in corpus Chriſti*. Simile intelligas de vino, manentibus tamen accidentibus, colore ſcilicet, pondere, & ſapore.

Modus tranſubſtantiationis, eſt ineffabilis.

Idem eodem lib. cap. 65. Circa hoc biennium iuxta Coloniam in villa, quæ Belle vocatur, geſtum eſt, quod dico. Die quadam cum Sacerdos miſſam celebraret, & dicto Euangelio, hoſtiam patenæ ſuperpoſitam ſuper corporale collocaſſet, illa mox reſiliuit: Putãs hoc Sacerdos caſu accidiſſe, neque hoſtiam bene locatam, denuo eandem ſuperpoſuit: quæ remotius eo intuente reſiliuit, quàm prius: Cumque tertio id tentaſſet, quaſi turbine impulſa, proiecta eſt de altari. Quo viſo territus eſt valde, & præcepit ſcholari, vt eadem hoſtia reſeruata, aliam ſuperpo-

perponeret: quam & conſecrauit. Dicta vero miſſa tollens ſecum hoſtiam prædictam, Coloniam properauit, hoſtiam oſtendit, quid de ea actum ſit, recitauit. Cunctis cauſſam mirantibus, vnus clericorum hoſtiam contra lucem leuans, maculam in ea contemplatus eſt: quam cum in conſpectu multorum fregiſſet, cimex, qui vulgo pediculus parietinus dicitur, apparuit in ea decoctus. Et glorificauerant Dominum omnes qui aderant, haud dubium, quin à ſanctis Angelis reiecta eſt, qui non ſunt paſſi, vt panis tam fœtido vermiculo corruptus, per miniſterium Sacerdotis, *tranſiret in corpus Domini ſui*.

Stephanus Anglus, Vixit anno 1204.

Ioſias facturus Phaſe, purgauit terram & templum, & eiecit figuras idolorum. Eodem modo acceſſuri ad Sacramentum *corporis & ſanguinis Domini*, purgare debent terram, id eſt, carnem, & templum, id eſt, animã, & eiicere à corde figuras idolorum, id eſt, turpes imaginationes. *In Librum Regum 4.*

Nicetas Acominatus, Magnus Logotheta. Vixit ann. 1205.

Eodem tempore de diuinis myſteriis vulgatum dogma in factiones contrarias diuiſit Chriſtianos, palamque in foro & triuiis eleuabantur res veneratione ſimul & ſilentio dignæ. Poſt Xiphilinũ ſiquidem Georgium, qui ſeptem annis Eccleſiam gubernauit, Camaterus Ioannes patriarchicam ſuſcepit ſedem. Cumque debuiſſet tempore Xiphilini cœptum ſuſurrari & pullulare dogma radicitus extirpare, & ferire anathemate auctorem eius pſeudomonachum Siciditem, vt hæreſiarcham & nouas introducentem opiniones, aliis vero ſilentium indicere ipſius exemplo, ut eſſet myſterium iterum myſterium. Ille vero differendi arte vtebatur, *In Annalibus lib. 3. de rebus geſtis Alexij.*

batur, & demonſtrationibus compellentibus ad aſſenſionem aduerſarium, in rebus naturam excedentibus & externo artificio nequaquam indigentibus. Quin & pertinentes ad religionis inſtitutionem componẽs orationes, quæ ieiuniorum præfinitum tempus inſtare prædicerent, & ſpirituales athletas ad certamen ſeſe comparantes viciſſim admonens dogmatis: quo quidem pacto res in quæſtionem veniſſet, & quænam ipſe ſentiret: & quæ dicunt aduerſarii, ſilentio præteribat, refutationem vt arbitros veritus. Dogma vero aggrediens, illa mouens detexit, quę neque norant omnino neque vnquam in animum induxerant. Cum enim quæreretur num id quod percipitur ſacrum *corpus Chriſti* incorruptibile ſit, quale poſt paſſionem & reſurrectionem, an corruptibile vt ante paſſionem: alii quidem dicebant incorruptibile, confeſſionem enim quandam & recordationem eſſe, quòd & mortuus eſſet & reuixiſſet propter nos Dominus illam diuinorum myſteriorum perceptionem, vt magnus in re theologica Cyrillus tradit: & quòd quamcunque quis partem perceperit, illum recepit totum, qui à Thoma contrectatus eſt. Et quod comeditur poſt reſurrectionem quemadmodum aureus lingua Ioannes dicit in iis quæ ſequuuntur. O prodigium. Qui ad dexteram Patris ſedet in manibus noſtris peccatorum inuenitur: & rurſum floruit in lege, adoleuit in Prophetis, maturuit in cruce, comeditur poſt reſurrectionem, & ad hæc, quod nihil aliud eſt, quàm illud corpus, quod morte ſuperius oſtenſum eſt & vitæ noſtræ initium dedit. Quemadmodum enim modicum fermentum, vt ait Apoſtolus, totam maſſam ſibi ſimilem reddit & adæquat: ſic immortale factum à Deo corpus, in noſtro exiſtens corpore, totum id in ſe commutat & transfert. Illa vero lampadis Eccleſiæ Eutichii verba propoſuerunt alii. Totum igitur *ſacroſanctum corpus & pretioſus ſanguis Domini* recipitur, etiam ſi partem duntaxat quis illorum recipiat: diſtribuitur .n. citra

In Euchariſtia illum ſumimus, qui à Thoma cõtrectatus eſt

Eutichij teſtimonium

tra

tra diſtributionem inter omnes propter immiſtionem. Quemadmodum & ſigillum vnũ, omnes imagines ſuas & formas recipientibus impartit, & unum manet etiã poſt dationem, cum neque minuatur, neq; mutetur in ea quæ id receperũt, & ſi numero plura fuerint: aut quẽ admodum vna vox abs quopiam prolata, & in aerem diffuſa, & in eo, qui protulit ipſam, tota manet, & in aere exiſtẽs, tota auribus omnium infunditur, nemine eorum qui audierunt plus aut minus altero recipiẽte, ſed tota eſt indiuiſa & integra apud omnes, etiam ſi decies mille fuerint, aut plures qui audierũt, quamuis ipſa corpus ſit. Nihil enim aliud eſt vox, quàm percuſſus aer. nemo igitur dubitet incorruptum, poſt myſticum ſacrificium, & ſanctam reſurrectionem, & immortalem, & ſanctum & viuificum ſanguinem, ſimilis formæ exemplaribus infuſum per ſacrificia minus prædictis exemplis proprias imprimere virtutes, ſed totum in totis inueniri.

de ueritate corporis & ſãguinis domini, in Eucharistí. *Exemplum aptiſſimum.*

Quid verò primo, quid ſecundo, quid tertio loco referã ex iis, quę nefarii iſti uiri perpetrarunt? Heu ignominioſam adorandarum imaginum conculcationem. Heu reliquiarum ſanctorum Martyrum in fœda loca abiectionem. Quod verò vel auditu horrendum eſt, id tum erat cernere, vt *Diuinus ſanguis & corpus Criſti* humi effunderetur & abiiceretur.

Idem de Imperio Alexij Duca Murzuſli, Hæc horrẽda, per Sacramentarios ĩ Germania, perpetrata noſtro tempore ſunt.

Guilielmus Epiſcopus Antiſiodorenſis.

Vixit anno 1207.

Viſus dicit ibi eſſe panem & vinũ, & Deus dicit ibi eſſe *carnem & ſanguinem*. Vnde Dominus in Euangelio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, id eſt, proprium intellectum, & propriam voluntatem. Vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis, ſum etenim. Quia ergo ipſe ẽ magiſter, debemus ei magis credere, quàm nobis: & quia Dominus eſt, abnegare debemus propriam voluntatem, & ei tanquam Domino obedire,

In lib. 4. Sẽtentiarum.

Quando in cõſecratione

fiat tranſubſtantiatio. bedire, id eſt, voluntatem noſtram voluntati eius conformare. De tempore tranſubſtantiationis dicimus, quod in finali tempore horum verborum (Hoc eſt corpus meum) fit tranſubſtantiatio panis in corpus Criſti.

Honorius III. Papa, Vixit anno 1216.

Lib. 3. Decretalium. Sacerdos doceat frequenter plebem ſuam, vt cum in celebratione miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, idem faciens cum eam defert presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine, ferat & referat manifeſtè & honorificè ante pectus cum omni reuerentia & timore, ſemper lumine præcedente, cum ſit candor lucis æternæ.

S. Franciſcus, Vixit anno 1220.

In ſuo teſtamento. Dedit mihi Dominus, & dat tantam fidem in Sacerdotibus, qui viuũt ſecundum formam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ propter ordinem ipſorum: quod ſi facerẽt mihi perſecutionem volo recurrere ad ipſos. Et ſi haberẽ tantam ſapientiam quantam Salomon habuit, & inuenirẽ pauperculos Sacerdotes huius ſeculi, in parochiis quibus morantur, nolo prædicare contra volũtatem ipſorũ. Et ipſos & omnes alios volo timere, amare & honorare ſicut meos dominos. Et nolo in ipſis conſiderare peccatum, quia filium Dei diſcerno in ipſis, & domini mei ſunt. Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc ſeculo de ipſo altiſſimo filio Dei, niſi *ſanctiſſimum corpus & ſanguinem ſuum*, quod ipſi recipiunt & ipſi ſoli aliis miniſtrant. Et hæc ſanctiſſima myſteria volo ſuper omnia honorari, & venerari, & in locis pretioſis collocari.

Eucha. ſuper omnia veneranda & honoranda.

Idem admonitione ad fratres ſuos. Omnes qui viderunt Dominum Ieſum Chriſtum ſecundum humanitatem, & non viderunt & crediderunt ſecundum ſpiritum & diuinitatem, damnati ſunt. Ita & modo qui uident Sacramentum, quod ſanctificatur per verba Domini ſuper altare per manũ Sacerdotis in forma panis & vini: & non vident & credunt ſecũdum ſpiritum

ritum & diuinitatem quod ſit veraciter *ſanctiſſimum corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti* damnati ſunt, ipſo altiſſimo atteſtante, qui ait, Hoc eſt corpus meum, & ſanguis meus noui Teſtamenti. Et qui manducat meā carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternā. Vnde ſpiritus Domini, qui habitat in fidelibus ſuis, ille eſt qui recipit ſanctiſſimū corpus & ſanguinē Domini. Omnes alii qui non habent de eodem ſpiritu, & præſumunt accipere eum, iudicium ſibi manducant & bibunt. Vnde filii hominum vſquequo graui corde, vt quid nō cognoſcitis veritatem, & creditis in filiū Dei? Ecce quotidie humiliat ſe, ſicut quando à regalibus ſedibus venit in vterum virginis: quotidie venit ad nos, ipſe humilis apparens: quotidie deſcendit de ſinu Patris ſuper altare, in manibus Sacerdotis. Et ſicut ſanctis Apoſtolis in vera carne: ita & modo ſe oſtendit, in ſacro pane. Et ſicut ipſi intuitu carnis, tantum eius carnē videbant, ſed ipſum Deum eſſe credebant, oculis ſpiritualibus contemplantes: ſic & nos videntes panem & vinum oculis corporeis, videmus & credimus firmiter eius ſanctiſſimum *corpus & ſanguinem* viuum eſſe & verum. Et tali modo ſemper eſt Deus cum fidelibus ſuis: ſicut ipſe dixit. Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi.

Iordanus, Vixit anno 1225.

Nobis acceſſuris ad *corpus Domini*, prælibanda eſt orationis deuotio, vt quod minus fortè parati ſumus per ieiunium & confeſſionem, ſuppleat ſpiritualium aromatum, id eſt, orationum oblatio. Vnde dicitur, Paralipomenon. 3. quod magna pars populi quæ ſanctificata non fuerat, comedit phaſe, & orauit pro eis rex Ezechias dicens. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde quærunt Dominum Deum patrum ſuorum, & non imputabit eis, quòd minus ſanctificati fuerunt. *Sermon. 85.*

Gregorius IX. Papa, Vixit anno 1226.

Lib. 1. Decretalium. Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſiá, extra quã nullus homo ſaluatur. In qua idem ipſe Sacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius *corpus & ſanguis* in Sacramẽto altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur: tranſubſtantialis pane *in corpus*, & uino *in ſanguinem* poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo quod ipſe accepit de noſtro. Et hoc vtique Sacramentum nemo poteſt conficere, niſi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

S. Antoninus Patauinus, Vix. an. 1227.

Sermone, de cana domini. Panis Euchariſtiæ eſt panis cælicus, panis Angelicus, panis beatus. Hunc panem dedit Chriſtus Apoſtolis in cœna dicens. Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum. Accepit ergo Ieſus panem, panis enim eſt Chriſtus, panis viuificans, panis lætificans, panis fortificans, panis beatificans. Quidam ob reuerentiam *corporis Chriſti* dicunt. Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, unde frequenter ab Euchariſtiæ ſumptione abſtinent. Alii honorando corpus Chriſti gratanter recipiunt.

S. Ethmundus Epiſc. Cantuarienſis, Vixit anno 1228.

In Speculo Eccleſiæ, capite. 25 Dominus noſter dedit Diſcipulis ſuis *corpus ſuum & ſanguinem* in ſimilitudinem panis & vini. Hic debes cogitare, quod in Sacramento altaris ſunt tria, ſcilicet, ſimilitudo panis & uini, quam videmus corporaliter. Secundum eſt *corpus & ſanguis* Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod non poſſumus videre oculo noſtro corporali. Tertium eſt ſpiritualis gratia, quam recipimus quãdo dignè ſumimus illud ſanctiſſimum corpus atque beatiſſimum ſanguinem. Nos videmus ſimilitudinem pa-

nis &

nis & vini,& tamen ſubſtantia panis & vini non remanet poſt conſecrationẽ.Et nos credimus firmiter,quod illa ſimilitudo habet & continet in ſe veraciter *corpus et ſanguinem* Domini noſtri Ieſu Chriſti. Veruntamen ſimilitudinem corporis & ſanguinis Domini noſtri non poſſumus videre,quia abhorreremus,& timorem haberemus,quantum ad corpus comedere carnem crudam, & bibere ſanguinem hominis.Ideo dedit nobis Dominus corpus ſuum & ſanguinem ſub ſpecie panis & vini ad confortandum noſtrum ſenſum corporalem per talẽ cibum,quem ſolemus videre & audemus comedere. Et ad ædificandum noſtram fidem per hoc quod videmus vnum,& credimus aliud. Et ideo cum debes appropinquare ad altare,vt communices,ita ſumas illud Sacramentum,ac ſi reciperes viſibiliter corpus & ſanguinem illius,qui effluxit de latere eius.

Similitudo panis & uini in Eucharistia, continet uere in in ſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

S.Samonas Epiſcopus Gazenſis,Opinantur quidam , Vixiſſe hunc Anno 1119.

Aliquãdo fortè proficiſcebamur Emeſam cum multis aliis,& familiari colloquio de variis atq; diuerſis rebus vtentes,quod nos in itinere cõſolabatur, vltra quã decuit in ſermone progreſſi ſumus:ex quorum numero vir quidam doctus atque facundus , genere Saracenus , ad narrationem myſteriorum conuerſus,me interrogauit his verbis:Heus ex te audire velim Epiſcope,quam obrem vos Sacerdotes Chriſtianis illuditis , dum panẽ ex farina coctum eis minutim partientes,corpusq́; Criſti nominantes, remiſſionem peccatorum poſſe iis qui eum recipiunt confirmatis. Vobiſne ipſis illuditis , an eos,in quos habetis imperium? *Samonas.* Quid narras? paniſne , Dei corpus efficitur ? *Achmed.* In vtram partem cõtradictionis reſpondeã mihi incertum eſt. *Sam.* Tantumne quantus es,te genuit mater tua?*Ach.* Minimè.*Sam.*Sed quantum. *Ach.* Paruulum. *Sam.*Quis te in magnitudinem ita produxit? *Ach.* Alimentum,Deo ita annuente.

annuente. *Sam.* Ergo panis tibi in corpus conuerſus eſt? *Ach.* Ita prorſus exiſtimo. *Sam.* Quo tandem pacto panis tibi conuerſus eſt in corpus? *Ach.* Haud quidem ſcio. *Sam.* Per guttur cibus & potus in ventriculum demittuntur, tanquam in ollam aliquam. Sed cum hepar calidum adiaceat ſtomacho, coquitur alimentum, & chylum conuertitur: quodque craſſum eſt, deorſum abit: quod autem tenue, in chylum mutatum innarat. At verò cum iecur ſit calidum, molle, & laxum, ad ſe attrahit & in ſanguinem conuertit: nec non vniuerſum corpus per venas, veluti per canales, irrigat, alimentum in chylum conuerſum in ventriculo diſtribuens, in ipſoq; in ſanguinem conuerſum, ſingulis membris commutatum, cuiuſmodi eſt illud. Oſſibus os, medullæ medullã, neruis neruum, oculis oculos, capillis capillum, cuti cutem, vnguibus vnguem: atque ita fit infantis incrementum in virum, pane ei in corpus mutato, & potione in ſanguinem. *Ach.* Vera memoras. *Sam.* Eodem etiam pacto intelligas fieri noſtrum myſterium. Sacerdos enim panem ſuper menſam ſanctam deponit, pariter & vinũ & comprecando, inuocatione ſancta, Spiritus ſanctus deſcẽdit, & ſuperuenit in ea quæ ſunt propoſita, & igne ſuæ diuinitatis, *in corpus & ſanguinem Chriſti panem & uinum commutat*, non minus, quàm iecur alimẽtum in corpus cuiuſdam hominis. An non, amabo, concedis poſſe ſacroſanctum Dei Spiritum idem præſtare, quod tuum iecur? *Ach.* Concedo. *Sam.* Hoc igitur *corpus & ſanguinem* aſſumimus in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam, Domino noſtro ita dicente, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. *Ach.* At vero cum Chriſtus hoc Diſcipulis ſuis tradidit, non multas precationes effudit, neque ſic vos admonuit dicere: quomodo igitur vos non ita facitis: imò precibus multis vobis opus eſt? *Sam.* Chriſtus quatenus Deus, Dominus erat ſui corporis & animæ, vt ipſe ait: poteſtatem habeo dandi animam meã, & rurſum accipiendi eam. Cum igitur ipſe natura eſſet Deus,

Tranſubſtãtiatio.
Nota.

Deus, illico tunc panem illum ſua potentia diuina & gratia ſanctificauit: Hoc eſt corpus meum, dicens, habens Patrem & Spiritum ſanctum in ſemetipſo, ſicque *panem in corpus proprium conuertit,* nec alio quopiá ſe præſtantiore opus habuit, qui ſanctificaret panem. Nam quod inferius eſt, benedicitur à ſuperiore. Siquidem ipſe Chriſtus, cum non ſit inferior Patre & Spiritu ſancto, ſua potẽtia quidquid vellet efficiebat. Sacerdos autem, qui eſt apud nos, etſi Chriſti typum gerat, tamẽ homo eſt, omnino obnoxius peccatis & obuinctus (Nemo enim expers peccati, vt diuin⁹ ſermo habet, licet vnius horæ ſit uita eius, niſi ſolus Deus, propterea indiget multis precibus, & proinde quidem pro ignorãtiis propriis, deinde pro peccatis populi, vt ait Apoſtolus Paulus. Quo circa & omnis populus aſtans extra adytum, cum Sacerdote comprecatur, eumq; adiuuat. Sacerdos igitur Deum patrem orat, ne quid intercedat impedimẽti, quo minus ſacroſanctus Spiritus adueniat: ſed rurſus demittat Spiritum diuinũ, ſacræ huius operationis initiatorem atq; ſanctificatorẽ, qui nullo non loco præſens eſt, per quem omnia quæ in cælo & in terra, ſancta dicuntur, participationes eius ſanctificantis gratiæ ſanctificantur, vt propoſitum panem & calicem in ſacrificium perficiat, & ea *commutet in illud ipſum Dominicum corpus & ſanguinem Chriſti. Ach.* Hæccine communicatio & ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti, quod offertis Sacerdotes, verumne eſt Chriſti corpus & ſanguis verus, an exemplar corporis eius, perinde atq; ſacrificium hirci, quod Iudæi offerunt. *Sam.* Abſit nos appellemus exemplar corporis Chriſti, ſanctam communionẽ, aut panem nudum, aut figuram, aut imaginem: quinimo *corpus ipſum re uera & ſanguinem Chriſti Dei noſtri* in Deũ cõuerſum aſſumimus: qui incarnatus, & genitus eſt ex ſancta Dei genitrice, ſemperq; uirgine Maria. Sic.n. credimus, & ita profitemur iuxta vocẽ ipſius Chriſti, quã ad Diſcipulos in cœna illa myſtica tradens ei panẽ viuificantẽ, pronũciabat: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. **Nota.**

meum. Similiter & calicem eis tradens, inquit, hic eſt ſanguis meus. Non dixit, Hoc eſt exemplar mei corporis & ſanguinis aut imago. Et in pleriſque aliis locis conſtat Chriſtum dixiſſe, Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Cæterum cum ipſemet Chriſtus teſtificetur, *corpus ſuum eſſe re vera, & ſanguimem,* id quod nos fideles offerendo aſſumimus, quid amplius eſt opus de hac dubitare, ſi Deũ & filium Dei ipſum eſſe credimus? Si enim ex nihil mundum condidit, & verbum eius verum eſt, viuum, efficax, atque omnipotens, & quæcunq; voluit Dominus fecit omnia, nóne poteſt panem in ſuum ipſius corpus mutare, & aquæ & vini commixtionem in proprium ſanguinem? Nam quemadmodum initio dixit, Germinet terra herbam virentem, & vſque in hodiernum diẽ, eo pluuiam mittente terra germinat herbas, quæ Dei auxilio protegitur, eiuſque iuſſu id præſtare cogitur: ita locutus eſt Deus. Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus: &, Hoc facite in meam commemorationem: idq; omnipotentis mandato vſque ad eius ſecundum aduentum fit, diuina inſpiratione & acceſſu Spiritus ſancti. *Ach.* Sed quare Chriſtus ſub ſpecie panis, vini, & aquæ abditum ſuum corpus & ſanguinem potius ad ſumendum tradidit, quam ſub alia materia? *Sam.* De mittente enim ſe Deo, perq; ipſius inenarrabilẽ prouidentiam, condonationem, & erga nos dignationem factũ eſt, vt per ea, quæ nobis vſu ad edendũ & bibẽdũ familiaria ſunt, trãſeamus, & ad ea ſuſtollamur, q̃ noſtrã exuperãt naturã, id eſt, ad myſteria diuina. Quin ẽt inter alios oẽs cibos, panis ſibi primũ locũ vẽdicauit. Itidẽ & inter potiones aqua & vinũ primas tenẽt. His igitur, pane, inquã, vino & aqua, nobis aſſuefactis, Dominus cóiũcta ſua diuinitate, virtute ſui verbi, qua oĩa, vt eſſent, ex nihilo ꝓduxit, *in propriũ ſuũ corpus & ſanguinẽ ea trãsfert.* Veruntñ panis vinũ aſſumunt, & apparẽt. Ad hæc exteræ quoq; nationes condẽnaſſent nos uoracitatis carnis humanæ, dicentes nos more ferarũ ſanguinẽ bibere, ſolũ panẽ & vinũ vorare: quę propter increduli

Vſq; in mũdi finem perſtabit ſacrificium Miſſæ.

cur Chriſti caro in Eucha. figura panis contegatur.

tatē,ſolum panē & uinum intuentur: ſed fideles corpus
Chriſti, & ſanguinem ex incontaminato eius latere
effuſum. *Ach.* Non dubium eſt,quin omnibus modis re-
ctè prædices & recenſeas myſteria fidei Chriſtianæ:
verum de hac re ambigere quis poſſet, quo pacto cum
ſit vnus Deus & verum corpus Chriſti, in infinita cor-
pora & partes diuidatur. Multi ſunt ergo Chriſti, ea
quæ diuiduntur, an vnus? aut in ſingulis partibus vnus
& idem ſaluus & integer? *Sam.* His exemplis quæ ſub
ſenſum & materiam cadunt, declaramus ea, quæ carēt
materia,& quæ ſupra naturam ſunt. Audiat igitur qui-
ſpiam hoc exemplum, & intelligat vim verbi, quæ in *Exemplum.*
eo abdita eſt. Ponamus ita eſſe. Quiſpiam habēs ſpecu
lum alliſit terræ,& in multa fragmenta comminuit,in
ſingulis tamen fragmentis vmbram ſui ſaluam quis vi-
dere poſſit: ſic intelligat oportet ex hac vmbra, car-
nem Chriſti eſſe ſaluam atque integram in vnoquo-
que fruſto, quocunque tempore,quoties,& vbicunque *Aliud.*
frangatur. Rurſus tibi aliud exemplum aſſume. Om-
ne verbum, quod homo proferendo emittit,& qui lo-
quitur ipſum audit atque intelligit, & qui circunſtant,
& ſi multi ſunt qui audiant,non tamen diuiſum,ſed in-
tegrum audiunt. Eodem modo affirmandum eſt in cor
pore Chriſti. Illud Chriſti ſacroſanctum corpus aſ-
ſidens Patri,apud eum manet.Quin etiam panis conſe
cratus per Sacerdotem *in uerum Chriſti corpus transfor-
matus* potentia diuina per acceſſum ſacroſancti Spiri-
tus, licet diuidatur, tamen integrum & ſaluum in uno-
quoque fruſto habetur,vt etiam oratio eius,qui loqui-
tur, omnibus qui audiunt, integra nec diuiſa auditur.
Ita iis exemplis quæ ſub aſpectum & ſenſum cadunt,
peruicaces, nimiumque curioſos ad intelligenda Dei
myſteria, quæ ſupra naturam, rationem, intelli-
gentiam, & ſupra nos ſunt, adducimus. Cum igi-
tur panis ſanctificatus in partes diuiditur (qui ſacro-
ſanctum corpus Chriſti eſt) ne exiſtimes, quod par-
ticulatim diducatur, aut auellatur, aut more mem-
brorum à ſe auulſorum diuidatur:incontaminatum il-

lud corpus (nam immortale eſt & incorruptibile, quod que nunquam exhauriri & conſumi poterit) ſed quod partitio ea eſt accidẽtium, quæ ſub ſenſum cadunt, dun taxat poſt ſanctificationem, ad fidei robur, & exhibitionem ſigni viſibilis rerum, quæ permanent, ſimul & in arrhabonẽ & in viaticum parandæ nobis vitæ æternæ. *Ach.* Digna prorſus ſunt hæc admiratione, & paradoxa, abba pater, & ſupra naturam, mentem, & cogitationem humanam, ineffabilia myſteria fidei Chriſtianorum.

Oratione ad eos, qui haſitant, aiuntq; conſecratum panem & vinum, non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Nicolaus Epiſcop. Methonenſis, creditur vixiſſe circa annum 1130.

Myſticam hanc & incruentam conſecrationẽ, qua panem & calicem conſecratos *in corpus & ſanguinem* Do*mini tranſmutari credimus*, à quonam principium accepiſſe dicas? nonne ab ipſo Deo ac ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, quemadmodum nos ſacra docent Euangelia? Prorſus ab eo. Quis vero ille eſt ſermo, quo id traditur? Hoc facite, inquit, in meam commemorationẽ. Et Diuus Paulus: Quotieſcunque enim comeditis panem, & calicem hunc bibitis, mortem Domini annunciatis. Quo modo, quoque ritu, ab ipſo Seruatore didicimus. Accipiens enim, inquit, panem & gratias agens, fregit ac dedit Diſcipulis, & ait, Accipite, comedite, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur & traditur: ſimiliter & calicem poſtquàm cœnauit, di cens. Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. Id autem idem eſt quod & Diuus Matthæus, inquit, Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti. Quis vero ſcopus ac finis huius traditionis? Quid aliud, quàm participatio Chriſti, & vita in Chriſto participantiũ æterna? Si quis enim, inquit, comederit ex hoc pane, viuet in æternum: &, Panis autem quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita: &, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Carnem enim ſuam quaſi eſcam

hamo

hamo circumponens, diuina ſua virtute, ſerpentem quidem deprimit, nos autem erigit. Pape, quàm expaueſcendum & tremendum myſterium. Qui hoc tradidit, Deus eſt, qui propter clementiam & benignitatem ſuam homo quoque factus eſt, & tanquam ouis ad mactationem & mortem proceſſit, vt obnoxium morti propter peccatum, hominem morte eximeret. Cauſſa huius traditionis eſt, magni huius beneficii recordatio. *Corpus & ſanguis Chriſti*, ea ſunt, quæ hoc ritu perficiuntur: ritus finis, participatio Chriſti & vita æterna, quod idem eſt, quaſi diceres, participantium deificatio. Nam quia vniuerſa noſtra caro corrupta eſt à peccato, opus nobis fuit noua carne. Quis ergo tam audax & prorſus temerarius exiſtat, vt aduerſus hanc traditionem aliquid noui moliatur, myſteriumq́; falſitatis accuſet, atque abroget eum, qui ita tradidit & inſtituit? Si quis legem Moſis abroget, inquit Apoſtolus, ſine miſericordia vlla, ſub duobus, aut tribus teſtibus moritur: quanto dignus deteriori ſupplicio cenſendus erit, qui filium Dei conculcarit, & ſanguinem Teſtamenti profanum exiſtimarit, & ſpiritum gratiæ iniuria affecerit? Verum quis ille, qui conculcat filium Dei, & aliorum quæ diximus reus cenſetur? nonne qui ſanguinem eius, ingratus abrogat, nec admittit, & veracis ab omniq́ue mendacio alieni oris traditionem & mandatum nihil facit? Hoc eſt corpus meum dicentis: &, Hic eſt ſanguis meus. Quid hæſitas? quid omnipotenti impotentiam attribuis? Nonne ipſe eſt, qui ex nihilo omnia, vt eſſent, fecit? vnus trium perſonarum diuinitatis? qui poſtremis temporibus incarnatus eſt, *& panem in ſuum corpus transſmutari iuſſit?* Quid requiris cauſſam & ordinem naturæ panis tranſmutationis in Chriſti corpus, & aquæ viniq́ue in ſanguinem, cum ſupra naturam, rationem, mentem, & cogitationem ex virgine ſit natus? Non credes itaque nec mortuorum reſurrectionem, nec in cælos eius aſſumptionẽ, & alia Chriſti miracula ſupra naturam, mentem, & cogitationem

Nota bene.

Tranſubſtãtiatio.

Nota ò tu Sacramentarie. tionem eminentia. Id tibi accidit, quod Chriſtum, nō Deum verum, ac filium Dei confiteris, ſed Arrianiſmū vel potius Iudaiſmum reſipis. At fortaſſis dubitas, minimeque credis, quod non videas carnem & ſanguinē, ſed panem & vinum. Qua de re ſcias oportet, tu qui ingrato iniquoque animo erga beneficum affectus es, Deum qui omnia nouit, cum humaniſſimus ſit, prouide hoc feciſſe, ad hominum imbecillitatem ſe demittens, ne auerſarentur multi arrhabonem ęternæ vitæ, & ægre ferrent, carnem & ſanguinem intuentes. Itaq; rebus naturę conſuetis hoc fieri voluit, iis ſuam diuinitatem coniungens, cum dixit, Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus. Hoc facite in meam commemorationem. Propterea ei credentes, ita offerimus panem perfectum, viuum, ſiue corpus Chriſti, quod perfectum etiam poſt paſſionem permanſit & integrum, & à diuina vita inſeparabile, planè quale ipſe primus noſter ac magnus pontifex, & ſacrificus, victimaque, ſuis Diſcipulis tradidit: iique denuo, qui ab initio ſuis oculis verbum intuiti ſunt, eique miniſtrarunt, catholicæ Eccleſiæ ab extremis ad extremos vſque orbis terrarū limites tradiderunt. Libera ò Domine per tuam miſericordiam ab hac impoſtura & dementia omnes eos, qui non recte confitentur quem conſecramus panem & vinum, *corpus perfectum & ſanguinem pretioſum eſſe Chriſti tui.* *Chriſtus ſacrificiū Miſſæ Apoſtolis tradidit, eiq; toti terrarum orbi.*

Ioannes Pariſienſis, Vixit anno 1234.

Tractat. in Vvaleranū Epiſcopum. Qui ſic adhæret vni modo defendendi veritatem vt omnem alium modum abiiciat, veritati facit præiudicium. Nam homines diuerſimode diſpoſiti, non aſſentirent ueritati per vnum modum. At ego dico, ſed quiſquis alio modo, quàm veritatis in veritatem, quærit aſſurgere, ille facit præiudicium veritati. Qui enim vult aſſentire Deum patrem Filium generare perennē, per modum generationis noſtræ & deciſionis ex carne,

ne, articulo diuinæ geniture præiudicat, & non proficit illi quod credit. Ita qui credit *carnem Chriſti ſubſtantialiter exiſtere in Sacramento*, veritatem credit: ſed qui crediderit illam impanatam,& per impanationis modum ibi exiſtere, quia falſo modo verum credit, nihil credit:& ſanctæ communionis articulum afficit detrimento. Idcirco enim non ſolum verũ credendum: ſed vere credendum eſt verum: quod quia cum vno conuertitur ſolum eſt vnum. Et ſi modus tuus falſus eſt, quid vis pro illo contendere? Ecce, tantum vnum vni opponitur. Si ergo iſte modus & hæc via,quam Eccleſia tenet eſt uera, ſola eſt vera: & omnis alia falſa.

Hilarius Epiſcopus Aurelianenſis,

Vixit ante annum 1235.

Quendam Sacerdotem, qui paulo ante Miſſarum ſolennia celebrans, *corpus Dominicum* ipſius efficacia, Saluatoris verba proferenda conſecrauerat: quidam carnifex, quidem impudens, de cuius turpitudine non poteſt ſatis dici, grauiter dehoneſtauit.

Epiſtola ad Brixium, E*piſcopũ Nãnetenſem.*

Guilhelmus Epiſcopus Pariſienſis,

Vixit anno 1236.

Dignum & iuſtum eſt, vt adueniente vero ac viuifico pane cedat ei materialis ac viſibilis panis ſubſtantia,& recedat ab accidentibus & forma ſua viſibili, relinqués eam miniſterio tanti Sacraméti,cui ipſa forma neceſſaria eſt. Subſtãtia aũt ſuperuacua oĩno ibi eſſet, & oĩno inutilis. Siue.n.ſumeretur & comederetur illa ſubſtantia,ſiue non,omnino inutiliter ibi eſſet. Inutiliter enim comederetur, cum nec opus hoc ibi ſit, nec huiuſmodi comeſtio ibi quæratur.In tãto enim Sacramento, in tanto Dei opere aliquid eſſe ſuperuacuum vel inutiliter,impoſſibile eſt.Quod autem ibi ſit,& nõ comedatur faciente eo qui ſumit quæ ad comeſtionem pertinent,videlicet,maſticante,ſaporante,& tranſglutiente,ſecundum naturam impoſſibile eſt. Nec eſt con

Lib. de Sacramentis.

Veridica fides eſt, credere, quod aduenienti in Euchariſtiam viuifico pani, panis ma-

terialis (veluti creatori ſuo honorem deferens) cedat.

tra naturam nullo modo, imo ſecundum naturam eſt, eique conuenientiſſimum, nec iniuria eius eſt, imo iuſtitia & ius creatoris, vt ei aduenienti honorem deferat, relinquens ei penitus locum ſuum, & alia ſua quæ ab eo habebat, ſeruitio ipſius. Et hinc eſt quòd pia ac veridica fides in iſto Sacramento & tenet & prædicat, videlicet quod panis materialis atque viſibilis, aduenienti pani viuifico, velut creatori honorem deferens, locum ſuum relinquit & formam viſibile Sacramentali ſeruitio & myſterio ipſius. Et hec eſt intentio verbi tranſubſtantiationis, tranſitus ſcilicet ſubſtantiæ panis materialis atque viſibilis, ad aduentum viuifici panis ſaluata forma, id eſt varietate accidentium ad miniſterium Sacramenti. Tranſubſtantiatio vero, vere contraria eſt corruptioni. In corruptione enim omnia penitus deſtruuntur, præter primum, quod eſt materia: in tranſubſtantiatione autem nihil omnino remanet de pane præter nouiſſimum vel vltimum, quod eſt accidentium ſenſibilium varietas ſiue ſenſibilis forma. De his autem perſcrutari diligentius atque diffuſius prolixitatem nobis induceret, & præter propoſitū eſſet. Sufficit enim ad pietatem fidei, quam hic intendimus ſtabilire, credere & tenere, quod ſub forma panis materialis atque viſibilis in altari poſt benedictionem Sacerdotalem rite factam apponitur panis vitæ, & ſub forma vini viſibilis, potus vitæ. Et intelligimus non ſolum Chriſtum ipſum, ſolum ſecundum formam diuinitatis panem eſſe vitæ, ſed etiam potum vitæ, ſed etiam corpus eius, quod pro nobis in cruce pependit, & ſanguinem.

Alexander de Ales, Vix. anno 1240.

Quarta parte, ſummæ ſuæ.

In hoc Sacramento ſunt tria. Primum eſt ſpecies panis & vini. Secundum, eſt *corpus Chriſti*, quod ſumpſit de virgine & in virgine. Tertium, eſt corpus Chriſti myſticum, quod eſt Eccleſia. Hoc Sacramentum abundat ſuper alia Sacramenta. Habet enim hoc commune

cum

cum aliis, quod efficit gratiam quam ſignat: quæ gratia eſt in vnione corporis myſtici. Et præter hęc, quia eſt complementum Sacramentorium, continet enim illum, qui eſt principium, medium, & finis omnis Sacramenti. Alia etiam eſt ratio huius, quia hoc Sacramentum quod nouæ legis eſt, debet habere rem præſentem, ſicut & alia. Sed quia res huius Sacramenti eſt ſubſtantia, ſcilicet, *corpus Chriſti*, res aliorum eſt accidens, quod eſt gratia Spiritus ſancti: & accidens, quod eſt gratia, non eſt natum eſſe in ſubiecto corporeo, nec per ſeipſum niſi in anima. Subſtantia vero per ſe nata, eſt eſſe. Ideo in hoc Sacramento res eſt, non tantum ſignificata, ſed etiam intus contenta. In aliis vero ſignificata, & quodammodo effecta. In Sacramentis vero legis veteris eſt tantum ſignificata. Et ex hoc colligitur, quod finis legis eſt Chriſtus: ſicque illud Sacramentum finis eſt, & complementum omnium Sacramentorum.

Gilbertus Tornacenſis, ſcribit illum quidam vixiſſe anno 1242.

Sub ſpecie panis dedit Chriſtus *corpus ſuum* Diſcipulis ſuis. Panis eſt enim in ſpecie, & *corpus Chriſti in veritate*. Cuius ſpecies ſenſibilis informat te ad exemplum virtutis. Videtur enim panis iſte ſimilagineus, quia de farina triticea eſt: per quod admoneris, ſi eum recipis, ut puritatem habeas in intentione. Vnuſquiſque carnem amici ſui in obſidione comedet. Obſeſſi ſumus ab hoſtibus noſtris, licet non videamus eos, ipſi vident nos: ideo pane muniendum eſt caſtrum cordis noſtri & carnibus, Sacramento ſcilicet iſto, quod eſt panis in ſpecie, & caro in veritate verbi virtute. Virtute enim verbi panis *in carnem Chriſti conuertitur*. Panis .n. materialis adueniente Domino, ſcilicet quaſi digniori deferens ei honorem, locum ſuum ei relinquit, ita qđ iam conſecratione facta non remanet panis. Conuertitur ergo panis in carnem Chriſti.

Sermon. de Sacramento altaris.

Innocentius IIII. Papa. Vix. anno 1244.

In apparatu ſuper decretales. Nota quod licet tantum panis tranſubſtantietur *in corpus*, & vinum *in ſanguinem*, tamen ſub vtraq; ſpecie Chriſtus integer eſt. Non enim eſt corpus ſine ſanguine & anima, nec ſanguis ſine corpore & anima.

Bartolomæus Brixianus, Vixit anno 1246.

Apparatu, ſuper Decretum, de Conſecra. Si in vaſe ligneo, vel vitreo, (quod fieri non debet) quiuis conficiat *corpus Chriſti*, nihilominus eſt *verum corpus*: quia in verbo conſecrantis perficitur conſecratio, non in vaſe. Et in ſacrificio non debet offerri vinum ſine aqua, nec aqua ſine vino: ſed ſimul illa duo, vt perfectum ſit ſacrificium, ſicut & *corpus Chriſti* non de farina ſola, ſed de pane perfecto debet confici.

Bernardus Presbiter Compoſtellanus, Vixit anno 1247.

In lib. 3. Decretalium. Ad vim & prolationem iſtorum verborum, Hoc eſt corpus meum, &, Hic eſt ſanguis meus, panis & vinū in *corpus & ſanguinem Chriſti* tranſubſtantiantur. Videtur ſpecies panis & vini, creditur *veritas carnis & ſanguinis*, veritas vnitatis & charitatis: & ita inter iſta tria diſtinguendum eſt, quæ ſunt in hoc Sacramento diſcreta.

Iacobus Epiſc. Achonenſis, Vix. ann. 1248.

In uita Mariæ Ongienſis. Accidit aliquando quod quidam monachus tantum zelum acquirendæ, ſeu conſeruandæ innocentiæ haberet: quod primos ſenſualitatis motus non ſolum reprimere, ſed etiā ſine veniali peccato vitam ſuam in perfecta puritate cuſtodire ſtuderet. Cum autem inſtigante diabolo aſpiraret ad impoſſibile, in tam profundam deſperationis foueam lapſus eſt, vt nec *corpus Chriſti* accipere vellet. Pro cuius ſalute dū ancilla Dei

Maria

Maria lacrymoſis ſuſpiriis Domino ſupplicare inter Miſſarum ſolennia non deſtitiſſet:ille, quaſi de longin qua regione ad ſe reuerſus, *corpus Chriſti* deuote recepit, & ſumpta ſalutari medicina, perfecte conualuit.

Hugo Cardinalis S. Sabinæ,

Vixit anno 1249.

Niſi manducaueritis) id eſt, niſi iuncti fueritis per charitatem Filio Dei, qui eſt filius hominis, quod ſitis digni manducare *carnem eius* ſub ſpecie panis (non habebitis uitā in vobis)quia mēbra ſeparata à corpore nō poſſunt viuere. Tūc exponitur de illis qui ſe nō præparant ad hoc, vt digni ſint accipere corpus Chriſti. Caro enim mea vere ē cibus, & ſanguis meus vere eſt potus)id eſt habet efficaciam cibi:ſatiat ſpiritualiter, ſicut cibus corporaliter. De hoc pane dicitur. Vetuſtiſſima veterum comedetis, & nouis ſuperuenientibus vetera proiicietis. Vetuſtiſſima veterum ſunt, *corpus & ſanguis Chriſti* ſub ſpecie panis & vini, quæ in oblatione Melchiſedech figurata ſunt. *In Euangelium S. Ioannis.*

Henricus Archiepiſcop. Ebredunenſis,

Vixit anno 1250

In hoc Sacramento ſunt tria ſubtiliter diſcernenda. Primum eſt forma viſibilis, quæ ēſt panis & vini. Secundum eſt *veritas corporis & ſanguinis Chriſti*. Tertiū eſt virtus ſpiritualis, ſcilicet, vnitatis & charitatis. *In. 3. lib. decretalium.*

Humbertus, Vixit anno 1252.

Reuerentiam requirit ſacroſanctum *corpus Dominicū*. Interfectus eſt Oza tangens arcam Domini. Cauſſam huius dicunt Hebræi fuiſſe quod in nocte præcedenti cum propria vxore dormierat. Si temeritatem illam ſic puniuit Dominus: quanta pœna digni ſunt, qui ſine reuerentia ad Dominicum corpus accedunt: cuius figura fuit arca? Item reuerentiam requirit miniſterium Angelorum, qui miniſtris Eccleſiæ in altaris miniſterio aſ- *Lib. 4. de eruditione religioſorū.*

ſocientur. Cum contraria iuxta ſe poſita magis fiāt manifeſta: maior eſt impuritas miniſtrorum Eccleſiæ puritati Angelorum præſentium comparata. Maximè cauēda eſt irreuerentia his, qui corpus Dominicum ſunt accepturi.

Par. 4. Speculi moralis

Vincentius Beluacenſis, Vix. an. 1253.

Chriſtus factus eſt nobis viaticum internæ refectionis, qui ſeipſum dat nobis quotidie in cibum, & poculum animarum in Euchariſtiæ Sacramēto: de quo Pſalmus. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.

Ioannes Epiſcopus Boſsinenſis.

Vixit anno 1255.

In ſumma confeſſorum Idem Chriſtus qui de virgine natus pro nobis paſſus eſt in Euchari. continetur.

Secundum veritatem, idem Chriſtus, qui de virgine natus, & pro nobis paſſus eſt, in hoc Sacramento continetur vt catholica fides tenet. Et licet ex virtute Sacramenti, ſiue tranſubſtantiationis, tantum corpus ſit ſub ſpecie panis, & tantum ſanguis ſub ſpecie vini, tamen per quandam concomitātiam naturalem, eſt ſub vtraque ſpecie totus Chriſtus ſecundum corpus, animam, & diuinitatem: quia hæc tria ab inuicem ſeparata non ſunt.

Dauid Germanus, Opinor hunc vixiſſe circa annum 1256.

Libro. 2. de profectu religioſorum capit. 79.

Diuerſis autem affectionibus & intentionibus, diuerſi ad communicandum trahuntur. Aliquos trahit amor Dei, vt dilectum ſæpius ad ſe inuitent, eumq; in ſemet ipſis delectabiliter amplexentur. Aliquos gratiarum actio pro beneficiis diuinis, cum nihil dignius poſſumus reddere Deo pro omnibus, quæ tribuit, quàm calicem ſalutaris accipere, id eſt, ipſum Ieſum. Aliquos laus & honor Dei & Sāctorum: cum nō habeamus maius, quo poſſimus Deum vel Sanctos pro ſua dignitate venerari, quàm Chriſtum immolare Deo patri. Aliquos charitas

ritas & compaſſio proximorum:cum pro ſalute viuorũ & pro requie defunctorum nil efficacius interpellet, quàm ſanguis Chriſti pro nobis effuſus.

Theodoricus Turingus, Vix.an.1257.

Conſueuit(Beata videlicet Eliſabeth) ab adoleſcentia ſua,cum humilitate maxima, Miſſarum ſemper ſacris myſteriis intereſſe. Oculis namque fidei excellentiam ineffabilem intuens Sacramenti, ad propriæ conditionis paruitatem reſpiciens,ornatum corporis exteriorem,capitis,pectoris,brachiorum,digitorum cæterorumq́ue membrorum intra officium Miſſæ ſoluit,imminuit,inclinauit,vel penitus remouit. Hora uero Euangelicæ lectionis,& Canonis, & qua *Dominicum corpus & ſanguis* immolatur à Sacerdote & ſumitur,hâc humiliationẽ præcipue ſtuduit exhibere. Flagrabat enim erga Sacramentum hoc feruore omnium medullarum, ſtupore admirans grandi illam chariſſimam dignationem,& digniſſimam charitatem. *Lib.2. Vita S. Eliſabeth cap. 11*

Ioannes Archiepiſcopus Biſuntinus,putatur vixiſſe anno 1259.

Edentibus illis dixit Ieſus:Amen dico vobis,vnus veſtrum me traditurus eſt.Exemplum dedit nobis, vt criminoſum,occultum non deſignemus ſpecialiter,ne impudentior fiat:ſed mittendum eſt crimen in numerum, vt conſcius pœnitentiam agat. At Ieſus reſpondens ait: Qui intingit mecum manum in paropſide,hic me traditurus eſt. Audi ergo ò Sacerdos nunquam intinxeris manum in calice,cum ita eſt, cum Iuda tradis ipſum in manus carnificum & inimicorum, indignis communicans Sacramentum:vel cum ore,(lucro vel gratia) non diiudicans quod in immundam conſcientiam, & menſtruatum vas *corpus Domini* ſacroſanctum proiicias. Nũquid audis Chriſtum clamantem tibi, Iuda oſculo filium hominis tradis? Et iterum: Ecce manus tradentis mecum eſt in mẽſa. Filius quidem hominis vadit, ſicut *Ser. de dominica Palmarum.*

ſcriptũ eſt de illo,ſcilicet, quod homo pacis ſuę,qui cũ eo pacem fecerat, qui manducat panes Chriſti, in quo ipſe ſperabat,ille magnificauit ſupplantationem. Sed ve tibi ò Sacerdos, per quem Filius hominis traditur: bonum erat tibi ſi natus non fuiſſes. Nunquid cum traditore das ſignum dicens,quemcunque oſculatus fuero ipſe eſt,tenete eum?Quem oſculatus es in Miſſa, ipſum porrigis immundis crucifixoribus & blaſphemãtibus. Quid reſpondes Chriſto dicenti tibi dum es in altari, Amice ad quid veniſti,Nunquid vt me tradas, vt me in honores(Hæc ergo quidam attendentes,qui ſibi ſcioli videntur,vt Chriſtum honorent,ſubditos interficiunt, dantes eis occaſionem perſiſtendi in malitia ſua, parcẽtes ſiquidem Chriſto,indigno non dant Euchariſtiam, & parcentes verecundiæ indigni, ne ſine communione doloſa recedant,dant eis panem communem, qualẽ comedunt ſues & canes,cum Chriſtus dicat:Accipite, comedite:hoc eſt corpus meũ. Et iterũ:Bibite ex hoc,hic eſt ſanguis meus. Omnes igitur tenẽtur comedere non panẽ cõem,ſed Chriſtũ:& bibere nõvinum commune, ſed ſanguinẽ.Qui itaq; non cõmunicat mẽſæ Chriſti, cõmunicat menſæ dæmoniorũ. Tu ergo ò Sacerdos ſi ei non communicas menſa Chriſti, & tamen communicas:nunquid non ipſi communicas menſa diaboli, & de miniſtro Chriſti efficeris miniſter diaboli?Nihil ergo ei omnino dederis,niſi Chriſtum. Aut Chriſtum recipiat,aut diabolum. Et ſi Chriſtum recipiat impudenter,nec voluerit ſe corrigere,nec commonitus abſtinere à communione: dicito ei rotundo ore, vt intelligat *corpus Domini* noſtri Ieſu Chriſti,quod tibi do,perueniet tibi in mortem æternam. Non dices ei,vt aliis in uitam æternam.

Albertus Magnus Epiſcopus Ratiſponenſis.

Vixit anno 1260

Eleuatis oculis in cælum, ad te Deum patrem ſuum omnipotentem,tibi gratias agens,benedixit,& fregit)

Poſtquàm panem *in corpus ſuum* tranſubſtātiauit. Et hæc
fractio eſt in ſolis formis ſacramentalibus, & nō in cor
pore Criſti: hæc enim ſpiritualis eſt fractio, in qua vir
tus cognoſcitur Deitatis, vt forma panis frangatur &
corpus integrū remaneat. Dedit Diſcipulis ſuis dicēs,
Accipite & manducate ex hoc omnes, hoc eſt enim cor
pus meum.) Forma eſt Sacramēti, qua omnis Sacerdos
deinceps debuit uti, & continetur Matt. 26. & Marci. 14
in hanc enim formam verbum increatum deſcendit in
verbum creatum, & ſua inuiſibili potentia operatur trā
ſubſtantiationē panis *in corpus Chriſti*: ſicut etiam à prin
cipio in verbo inſtituta, & facta eſt omnis creatura. om
nia per ipſum facta ſunt. Portans omnia verbo virtu-
tis ſuæ.

Lib. de Miſſæ myſterijs.

Verbum in creatum, in uiſibilis ſua potentia, operatur trā ſubſtantiationem panis in corpus ſuum.

Et manducabantibus illis) hoc eſt, manducationem
agni typici perficientibus & conſummantibus, tunc pri
mum dedit vltimo corpus ſuum: vt vltimo datum nun-
quam à memoria recederet. Accepit panem & gratias
agens, fregit. Fractura tamen hæc non niſi in forma eſt
panis, & non in corpore Chriſti: quia *totus Chriſtus* indi
uiſus ſumitur, ſub qualibet parte. Sicut in integro ſpe-
culo, tota & unica forma relucet ī toto: & fracto ſpecu
culo reflexio ſit unius & eiuſdem numero, & totius in-
tegræ formæ ad quamlibet ſpeculi fracturam. Et dedit
eis, & ait: Sumite, hoc eſt corpus meum) Hæc eſt forma
Sacramenti, qua Chriſtus corpus ſuum ſimul & confe-
cit & exhibuit, ſicut & adhuc obſeruat Eccleſia. Et hæc
oratio referenda eſt ad intellectum ſub voce declaratū.
Et hoc modo indiuiſibili virtute ad effectum Sacramē
ti refertur. Ideo nulla eſt quæſtio, quid, vel quantum
quælibet dictio ſigillatim ad confectionem operetur.
In hac oratione verbum increatum operatur in verbo
creato, & *mutat creaturas* ea uirtute, qua condidit. Hoc
omnium Sacramentorum acceptiſſimum eſt, in quo of
fertur ipſe Deus.

Idem in S. Marcum.

Adelelinus

Adelelinus Epiſcopus Sagienſis, Vixit opinor anno 1261.

In vita S. Oportunæ virginis. Cumque iam prægnante corporis infirmitate duodecimo die ſicut ipſa domina noſtra Oportuna prædixerat,ſciret imminere horam vocationis ſuæ:præcepit Sacerdotibus pro animæ ſuæ commendatione Miſſarum ſolennia celebrare .Quòd cum factum eſſet,iuſſit *Dominicum corpus* afferri,& ſibi dari.Quo accepto dixit. Corpus tuum Domine proficiat mihi ad ſaluationem animæ meæ.

Vrbanus IIII. Papa, Vixit anno 1262.

In institutione feſti corporis Criſti. Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus paſſionis inſtaret,ſumpta cœna,in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis Sacramētum:*corpus* in cibum,*& ſanguinem* in poculum tribuendo.Nam quoties hunc panem manducamus,& calicem bibimus,mortem Domini annunciamus. In inſtitutiòne quidem huius Sacramenti dixit ipſe Apoſtolis,hoc facite in meam commemorationem: vt præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris, quo nos dilexit,eſſet nobis hoc præcelſum & venerabile Sacramentum.Memoriale,inquam,mirabile ac ſtupendum, delectabile,ſuaue,tutiſſimum ac ſuper omnia pretioſum:in quo innouata ſunt ſigna,& mirabilia immutata,in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas,ipſaque dulcedo Domini deguſtatur: in quo vtique vitæ ſuffragium conſequimur & ſalutis.Hoc eſt memoriale dulciſſimum,memoriale ſacratiſſimum, & memoriale ſaluificum:in quo gratam redemptionis noſtræ recenſemus memoriam:in quo à malo retrahimur, & in bono confortamur,& ad virtutum & gratiarum actionem proficimus in incrementa: in quo profecto proficimus ipſius *corporali præſentia* Saluatoris.Alia nanq;, quorum memoriam agimus,ſpiritu mēteq; complectimur: ſed non propter hoc realem eorum præſentiam obtinemus.

mus. In hac verò Sacramentali Chriſti commemoratione, Ieſus Chriſtus ſub alia quidem forma, *in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum.* O ſingularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idē penitus cum datore: Quam larga & prodiga liberalitas cum tribuit quis ſeipſum. Dedit igitur ſe nobis in pabulum, vt quia per cibum homo in mortem corruerat, per cibum releuaretur ad vitam.

Albinus Abbas Ferrarienſis, potuit vixiſſe circa annum 1263.

Interim uero dum triſtia patri filius pararet obſequia, validior patrē torquebat infirmitas, & in frigido corpuſculo vix halitus remanſit extremus, nec tamē ab orationis ceſſauit officio, vel diuinæ laudis obſequio. Et dum ſalutifero *corporis Chriſti & ſanguinis* viatico ſuū iter muniſſet, inter gratiarum actiones & verba orationis ſpiritum emiſit. *In uita B. Richerij abbatis.*

S. Thomas Aquinas, Vix. an. 1264.

Imméſa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Chriſtiano, inæſtimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim eſt aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi: ſicut Deus noſter adeſt nobis. Vnigenitus ſiquidē Dei filius, ſuæ diuinitatis nos volēs eſſe participes, naturā noſtrā aſſumpſit, vt homines Deos faceret, factus homo. Et hoc inſuper quod de noſtro aſſumpſit, totū nobis contulit ad ſalutem. Corpus nanq; ſuū pro noſtra reconciliatione in ara crucis hoſtiam obtulit Deo patri, & ſanguinē ſuum fudit in pretium ſimul & lauacrum, vt redempti à miſerabili ſeruitute, à peccatis omnibus mundaremur. Vt aūt tāti beneficii iugis in nobis maneret memoria, *corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum,* ſub ſpecie panis & vini ſumendum fidelibus dereliquit. O pretioſum & admirandum conuiuium, ſalutiferum & omni ſuauitate repletum. Quid enim hoc conuiuio pretioſius eſſe poteſt, in quo non carnes vitulorum & hircorum, *In officio feſti venerabilis Sacramēti.*

rum, vt olim in lege, ſed nobis ſumendus proponitur Chriſtus verus Deus? Quid hoc Sacramēto mirabilius? In ipſo nanque panis & vinum, in corpus & ſanguinē Chriſti ſubſtantialiter conuertuntur. Ideo Chriſtus Deus & homo perfectus ſub modici panis & uini ſpecie continetur. Manducatur itaque à fidelibus, ſed minimè laceratur, quinimò diuiſo Sacramento, integer ſub qualibet diuiſionis particula perſeuerat. Accidentia etiam ſine ſubiecto in eodem exiſtunt, vt fides locum habeat, dum viſibile inuiſibiliter ſumitur aliena ſpecie occultatum, & ſenſus à deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus iudicant ſibi notis. Nullum etiam Sacramentum eſt iſto ſalubrius, quo delentur peccata, virtute augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur. Offertur etiam in Eccleſia pro viuis & mortuis, ut omnibus proſit, quod eſt pro ſalute omnium inſtitutum. Suauitatem denique huius Sacramenti nullus exprimere ſufficit, per quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur, & recolitur memoria illius, quā ī ſua paſſione Criſtus mōſtrauit excellētiſſimę charitatis. Vnde ut arctius huiuſmodi charitatis immenſitas fidelium cordibus infigeretur, in vltima cœna quando Paſcha cum Diſcipulis celebrato trāſiturus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentū inſtituit: tanquam ſuæ paſſionis memoriale perenne, figurarū veterum impletiuum, miraculorum ab ipſo factorum maximum, & de ſua contriſtatis abſentia, ſolatiū ſingulare dereliquit.

Idem Tractatu 59. Quamuis autem ſit iſtud ſummum miraculum, & ſolius diuinæ virtutis, ſcilicet, facere incontinenti talem, tantam, & tam ineffabilem conuerſionem, & ſubſtātiarum mutationem, nihilominus hoc non apparebit impoſſibile, ſi conſideremus aliqua ſimilia in ſcriptura, & aliqua ſimilia in natura. Vxor enim Lot, quia retroſpexit contra mandatum Dei, ſubito conuerſa eſt in ſtatuam ſalis. Virga etiam Moyſi conuerſa eſt in colubrū, & poſtea in virgam. Et diabolus dicebat Chriſto ſciens

Exēpla ſcripturæ mutationis unius ſubſtantiæ in aliam.

diuinam

diuinam poteſtatem, dic vt lapides iſti panes fiant. Nō enim eſt multum diſſimile facere de lapide panem, & de pane carnem. In Euangelio Ioannis legitur quomodo Chriſtus conuertit aquam in vinum. Et multa talia ſunt in ſcriptura. In natura quoque ſatis ſimilia reperiūtur. Certum eſt enim, quòd ſunt quædam aquæ, in quibus lignum conuertitur in lapidem vel petram, vnde optimæ cotes fiunt. Videmus quoque continue, quòd homo comedit panem, & in corpore ſuo cōuertitur in in carnem: bibit vinum, & conuertitur in ſanguinem: & iſtud eſt commune hominibus & iumentis, quod eorū cibi & potus in carnem & ſanguinem conuertuntur. Si ergo Deus dedit talem poteſtatem ventri & ſtomacho animalis, non eſt mirandum, ſi talem poteſtatem etiam contulit ſuo vicario, vt mediante verbo Dei, virtute diuina, quæ omnia in omnibus operatur, cōuerſionem & mutationem efficiat ſupradictam. *Exempla naturæ.*

S. Bonauentura Epiſcopus Albanenſis.

Vixit anno 1266.

De Sacramento Euchariſtiæ hoc tenendum eſt, quòd in Sacramento *verum Chriſti corpus & verus ſanguis* non tantum ſignificatur, verumetiam veraciter continetur ſub duplici ſpecie, panis ſcilicet & uini, tanquam ſub vno, & non ſub duplici Sacramento. Hoc autē eſt poſt conſecrationem Sacerdotalem, quæ fit in prolatione vocalis formæ à Domino inſtitutæ ſuper panem, ſcilicet, hoc eſt corpus meum: ſuper vinum verò, hic eſt calix ſanguinis mei. Quibus verbis cum intentione conficiendi à Sacerdote prolatis, tranſubſtantiatur vtrumq; elementum ſecundnm ſubſtantiam in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti, remanentibus ſpeciebus ſenſibilibus in quarum vtraque continetur totus, non circunſcriptibiliter nec localiter, ſed ſacramētaliter totus Chriſtus. In quibus etiam proponitur nobis, vt cibus: quem qui dignè accipit, non ſolum ſacramentaliter, verum etiā per fidem & charitatem ſpiritualiter manducando corpori *Par.6. Breui loquij capit.9.*

pori Chriſti myſtico magis incorporatur, & in ſeipſo reficitur,& purgatur. Qui verò indignè accedit, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans ſanctiſſimum corpus Chriſti.

Thomas à Cantiprato, Vix. an. 1267.

Lib. de apibus cap. 63. Oppidum Duacenſe amplum & magnum eſt inter Cameracum & Atrebatum,nobiliſſimas ciuitates. Hic in Eccleſia Canonicorum Sancti Amati Epiſcopi,cum Sacerdos in Paſcha communicato populo,*corpus Chriſti* ſuper terram ſtupidus inueniſſet, & genibus flexis eleuare tentaſſet,mox per ſe in aera ſublimatum, panniculo,quo conſecratos digitos Sacerdos detergere ſolet, inhæſit. Clamans igitur Sacerdos,Canonicos uocat:ac currunt illi,ſpectant in panno corpus uiuificum in ſpecie faciei venuſtiſſimi pueri, & mox conuocato populo ad ſpectaculum,præſentatur,& indifferẽter nulli tãta cælitus viſio denegatur. Hæc cum audiſſem,fama vulgante,veni in oppidum quod prædixi,acceſſi ad Decanum Eccleſiæ,cui optimè notus eram,petii videre miraculum:annuit ille,præcepit vt fieret,aperta eſt theca, concurrit populus, moxque vbi pyxis reuoluitur, clamant omnes:ecce iam video, ecce conſpicio Saluatorem. Stabam ergo attonitus,nihil videns, niſi tantum ſpeciem panis albiſſimi, nihil quidem conſcius mihi, quare corpus ſacroſanctum in ſpecie pueri cum cæteris non uiderem. Nec diu cum iſta mecum uoluerem,ecce vidi faciem in mẽſuram ætatis plenitudinis Criſti, ſpineam habentem coronam in capite, & duas guttas ſanguinis de fronte ex vtraq; parte naſi deſcendentes.

Albinus Bolonienſis, Vixit anno 1268.

In lib. 3. de cretalium. In Sacramento plus de vino, quam de aqua ponatur in calice,in quo debet confici *corpus Chriſti.*

Philippus Cancellarius Pariſienſis,
Vixit ann. 1269.

In Pſal. 109 Ad morem Melchiſedec,qui obtulit panem & vinũ, Chriſtus ſub forma panis & uini obtulit *corpus & ſan-*

guinem

guinem proprium.

Ioannes Valenſis, Vixit anno 1270.

Septimus ordo eſt presbyterorum. Horum officium eſt Sacramentum corporis Domini in altari cōficere. Hoc officio Dominus vſus eſt, quando poſt cœnam, panem, & vinum *in corpus & ſanguinem ſuum* mutauit. Hoc ipſum excellenter officium implens exhibuit: quando ipſe Sacerdos & hoſtia in ara crucis ſe obtulit. *Lib. de regimine vitæ humanæ.*

Guilielmus Varonius, Vix. an. 1272.

Fide ſola tenemus, quod *corpus Chriſti* eſt ſub Sacramēto altari: quòd ibi ſit *corpus Chriſti* non dimenſiuo, non quātitatiuo modo: quòd ſit in diuerſis locis indiuiſum ſubſtantialiter, diuiſum localiter. *In deciſionibus, de Sacramentis.*

Innocentius v. Papa, Vix. an. 1273.

Euchariſtia eſt Sacramentum, quia ſignat & cauſſat ſanctitatem, quia totius ſanctitatis auctorem continet. Forma conſecrationis *corporis Chriſti* operatur ſine forma ſanguinis. Nam quælibet forma materiam determinatam, ſignificationem propriam, & per ſe operationem habet. *In lib. 4. Sententiarum.*

Guiardus, ſiue Godofridus Epiſcopus Cameracenſis, videtur vixiſſe circa annum 1277.

Tertia ablutio fit ſanguine, quæ ſimiliter duplex illa die recolitur. Vna enim eſt, ſanguis in pretium. Alia autem eſt eiuſdem ſanguinis in noſtræ fragilitatis remedium. Idem enim *ſanguis Chriſti,* qui ſemel effuſus eſt in pretium, quotidie in altari, ſumitur in remedium: Vnde in Euangelio legitur: Hic eſt calix noui Teſtamenti in meo ſanguine. Notandum autem, quod illa die *corpus Chriſti* nō conficitur, cuius plures cauſſæ ſuper illud Hieremiæ, Repulit Dominus altare ſuum, aſſignātur. Hæc autem cauſſa ad præſens ſufficiat, quia ea die hoſtia vera ſine uelamine eſt oblata: ideo ipſa die ſub velamine non offertur. *Lib. de Offic. diuinis de Officio cœnæ dominicæ & paraſceues.*

Guiliel-

Gulielmus Epiſcopus Miniatenſis.

Vixit anno 1280.

In Diuinorum officiorum rationali.

Cum ergo Sacerdos illa verba Chriſti pronuntiat (hoc eſt corpus meum,& hic eſt ſanguis meus)panis & vinum *in carnem & ſanguinem* cõuertuntur,illa verbi virtute,qua verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis, quia dixit & facta ſunt,mandauit & creata ſunt:qua fœminam mutauit in ſtatuam,& uirgam conuertit in colubrum:qua fontes mutauit in ſanguinem,& aquam cõuertit in vinum.

Gulielmus Archiepiſcopus Lugdunenſis.

Vixit anno 1282.

Parte 4. ſummæ vitiorum.

Non eſt datum ipſis Angelis, quod ſacerdotibus

Prædicatio ſi rara eſt,non ſufficit:ſi aſſidua,uileſcit. Idem verum eſt de celebratione Miſſarum. Si enim aliquis in die pluries celebrat: uileſcit ei opus illud ſuper Angelicum:non enim conceſſum eſt Angelo,vt ad prolationem talium verborum ſub ſpecie panis glorioſum Chriſti corpus incipiat eſſe, nec exhibet reuerentiam præſentiæ creatoris ſui,quam deberet.Neceſſaria eſt diligens cuſtodia poſt ſuſceptionem, & præcipue os cuſtodiendum eſt, in quo *Dominicum corpus* ſuſceptum eſt. Si quis in pixide,ubi Dominicum corpus poſitum eſt, fœtidum lutum imponeret,infidelis iudicaretur:qualis ergo iudicãdus eſt ille,qui os ſuum,in quo *corpus Domini* recepit,detractione, vel ebrietate, vel alia ſpurcitia polluit, cum ſpurcitia ſpiritualis longe maior ſit immunditia corporali?

Ioannis Genuenſis, vixit anno 1284.

In ſuo Catholiconte.

Euchariſtia dicitur Sacramentum panis & calicis,ſcilicet, ſacrificium *corporis & ſanguinis Chriſti*, quaſi bona gratia.Quid enim gratioſius corpore & ſanguine Chriſti?Habens conſcientiam peccati mortalis,quod dimittere non proponit, peccat mortaliter accedens ad ſumendum corpus Chriſti,quia indignè accedit.

Aegidius Archiepiſcopus Bituricenſis,
Vixit anno 1286.

In Sacramento Euchariſtiæ quoddam eſt ſecundum naturam, vt hoc quod ibi accidentia ſunt in loco termi nato. Quoddam eſt ibi ſuper naturam, ſed non ſuper in tellectum, vt hoc quod ibi ſunt accidētia ſine ſubiecto. Quoddam eſt ibi ſupra naturam & intellectū, vt quod ibi Chriſtus eſt totus & tantus, quantus fuit in cruce, nec tamen excedit terminos illius paruæ formæ. Tota ſubſtantia panis, in totam ſubſtantiam *corporis Chriſti* conuertitur. *Lib.6.compendij Theologicæ veritatis,ca.14.*

Renerus S. Laurentij. Suſpicor illum
Vixiſſe circa annum 1288.

Euenit præterea, vt circumpoſitas Tuitienſi cœnobio, graue incendium officinas corriperet, atque abſumeret. Vndique ſæuiebāt immaniter flammæ, vt ipſum iam cœnobium ſubſideret periculo, niſi diuina irroraſ ſet miſeratio. Vt enim videre aliquibus datum eſt, ſide reæ deſuper claritatis perſona aſtitit, quæ ſui amictus ora, veluti quodam flabello, inſurgētes ignium globos euentilaret. Refugere igitur vapores: illæſa emicuit do mus illa, impleto haud dubiè, quod ad Dominum Propheta dicit, Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Paræcitanam verò Eccleſiam depaſta ſunt incendia. Sed ibi nihilominus Chriſti glorioſe magnificata eſt dextera. Cum fuerit nanque tanta conflagratio, vt etiam campanas liquefecerit eiuſdem Eccleſiæ: armariolum tamē ligneum, quo in pixide clauſum *corpus Dominicum* habebatur, corrumpi aduſtione non potuit, ſacroſanctum ſcilicet ſuum ſeruante ſancto ſanctorū: cu ius caro requieuit in ſpe: cuius nō derelicta fuit anima in inferno: cui datum eſt non videre corruptionem. *Lib. de viris illuſtribus monaſterij ſui,*

Nicolaus Cabaſilas Epiſco. Dyrachij,
Vixit poſt annum 1289.

Sanctæ ſanctorum myſteriorum celebrationis, opus & effectus quidem eſt, donorum in diuinum *corpus &* *Lib. de Diuino altar. ſa-*

crificio, cap. 1.27. & 8. *ſanguinem mutatio*. Poſtquã Sacerdos eos eiuſmodi oratione dignatus eſt, & ſic animas erexit, cogitationes eorum à terra extollit, & dicit. Surſum corda habeamus: quæ ſupra ſunt cogitemus, non quæ in terra. Illi autẽ conſentiunt, & dicunt ſe illic corda habere, vbi eſt theſaurus noſter, vbi eſt Christus in dextera Patris ſedens. Habemus ad Dominũ. Qui autem pulcherrimè, & ſanctiſſimè ſic affectus eſt, quid reſtat, quàm vt ad gratias agendas conuertatur Deo, qui bona omnia ſuppediat? maximè primum Sacerdotem imitãs, Deo & patri gratias agentem, antequam daret Sacramentum communionis. Ipſe etiam ante orationem myſterii, per quam ſancta conſecrat, hanc gratiarum actionem fundit ad Deum, & patrem domini noſtri Ieſu Christi. Gratias agamus Domino, Et cum omnes conſenſerint, &, dignum, & iuſtum eſt, dixerint, ipſe Deo offert grati arũ actionem. Et poſtquàm ipſum glorificauit, & cum Angelis laudauit, & gratias pro nobis omnibus egit, quæ ab æterno in nos contulit, & poſtremo arcanæ eius, & quæ omnem ſermonem & rationem excedit, incarnationis meminit, deinde pretioſa dona conſecrat, & totum ſacrificium peragitur. Et quomodo? Cum veneran dam illã cœnam narrauit, & quomodo ipſam ante paſſionem dedit ſanctis ſuis Diſcipulis, & quòd accepit calicem, & quòd accepit panem, & actis gratiis ſanctificauit, & quòd dixit ea per quæ ſignificauit myſterium, & cum ea ipſa verba dixit, deinde procidit, & orat, & ſupplicat, diuinas illas voces ipſius vnigeniti Seruatoris noſtri etiam in donis propoſitis applicans, vt ſuſcepto eius ſanctiſſimo, & omnipotente ſpiritu, *conuertatur quidem panis in ipſum pretioſum & ſanctum eius corpus. uinum autem in ipſum immaculatum & ſanctum eius ſanguinem*. Hæc cum orauit, & dixit vniuerſum ſacrificium peractum, & perfectum eſt, & dona ſunt ſanctificata, & hoſtia integra, & perfecta effecta eſt, & magna hoſtia & uictima, quæ pro mundo mactata eſt, ſupra ſacram menſam ſita cernitur. Panis enim non amplius figura *Dominici corporis*

Surſum corda.

Habemus ad Dominũ.

Gratias agamus. Domino.

Dignum & iuſtum eſt.

Etiam Greci Miſſam, ſacrificium eſſe dicunt.

Tranſubſtãtiatio. apud Grecos.

ris,neque donum ferens imaginem veri doni,neque ferens aliquam deſcriptionem ipſius Seruatoris paſſionum tanquam in tabula:ſed ipſum verum donum,*ipſum ſanctiſsimum corpus Domini*, quod omnia illa verè ſuſcepit probra,contumelias,vibices,quod crucifixum,quod interfectum quod ſub Pontio Pilato pulchrum teſtimonium confeſſum eſt,quod colaphis appetitum, contumeliis affectum,ſputa paſſum eſt,& fel guſtauit.Similiter & vinum,ipſe ſanguis, qui exiliit occiſo corpore, *hoc corpus & ſanguis*,qui ex Spiritu ſancto conſtitutus eſt natus ex Maria virgine:qui ſepultus eſt: qui reſurrexit tertio die: qui aſcendit in cælos, & ſedet ad dexteram Patris.Et quænam eſt fides?Ipſe dixit. Hoc eſt corpus meum:hic eſt ſanguis meus. Ipſe etiam iuſſit Apoſtolis,& per illos vniuerſæ Eccleſiæ hoc facere Hoc enim inquit,facite in meam recordationem.Non iuſſiſſet autem facere,niſi eſſet poteſtatem daturus,vt poſſent hoc facere.Et quænam eſt poteſtas?Spiritus ſanctus,quæ ex alto Apoſtolos armauit,ſicut à Domino ipſis dictũ eſt. Sedete in ciuitate Ieruſalem, donec induamini virtute ex alto.Hoc eſt opus illius deſcenſus. Non enim ſemel deſcendit,deinde nos reliquit,ſed eſt,& erit ſemper nobiſcum. Propterea enim eum miſit Seruator, vt nobiſcum maneat in æternum.Et alium enim inquit, aduocatum mittam vobis,vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt ipſum,nec cognoſcit ipſum: vos autem cognoſcitis ipſum,quia apud vos manet,& eſt in vobis Is per manũ & linguam Sacerdotũ myſterium peragit. Neque verò ſpiritum ſolum miſit ad nos Dominus, vt maneat nobiſcum:ſed ipſe etiam pollicitus eſt ſe nobiſcum manſurum vſque ad cõſummationem ſeculi. Sed Paracletus quidem adeſt inuiſibiliter,quia ipſe corpus non geſtauit.Dominus autem & videtur, & contrectatur per veneranda & ſacra myſteria,vt qui noſtram naturam & ſuſcepit,& ferat in æternum.Hæc eſt Sacerdotij poteſtas,hic ẽ Sacerdos. Etenim qui ſeipſum ſemel

Panis poſt conſecrationem non eſt figura imago Dominici corporis, ſed ipſũ ſanctiſsimum dominicum corpus

Spiritus ſanctus per manum & linguam ſacerdotis dominicũ corpus conficit.

Dominus & videtur & cõtrectatur per Euchar. *myſterium.*

obtulit, & ſacrificauit à Sacerdotio non ceſſauit: ſed perpetuum hoc ſacrificii munus nobis obit, per quod etiam eſt aduocatus pro nobis ad Deum in æternum. Qua de cauſſa ei dictum eſt. Tu es Sacerdos in ęternũ. Propterea nulla eſt fidelibus de donorum ſanctificatione dubitatio, nec de aliis myſteriis, ſi ſecundum propoſitum & Sacerdotum preces peragantur. Et hæc quidem hactenus.

Guido Archidiaconus Bononienſis.

Vixit anno 1292.

In Decretũ de conſecratione.

Sacerdotes dicuntur cõficere corpus Chriſ. quia eorum miniſterio panis in corpus Chriſti tranſubſtantiatur.

Subſtãtia panis vel vini, quæ nõ fuerat corpus Chriſti vel ſanguis, ad verba Chriſti prolata, fit *corpus Chriſti & ſanguis*. Et ideo Sacerdotes dicuntur conficere corpus & ſanguinem Chriſti, quia eorum miniſterio ſubſtantia panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem. Et ſi dicatur, quòd de ſpecie panis fit corpus, ſiue Sacramentum efficitur, ſic intelligitur, id eſt, ad prædicta verba, ſubſtantia panis Sacramentum efficitur.

Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis,

Vixit anno 1294.

In hiſtoria Lombardica.

Accepit Chriſtus perſonam Epiſcopi, quando panẽ & vinum *in corpus & ſanguinem ſuum* tranſmutauit, & Apoſtolis poteſtatem conficiendi dedit. Et iſta eſt maior poteſtas quæ vnquam homini data fuit. Eſt enim poteſtas Dei magna, facere aliquid de aliquo, ſicut quando fecit hominem de terra, & Euam de coſta Adæ. Eſt alia poteſtas Dei maior, ſicut de nihilo aliquid facere, ſicut fecit cælũ & terram. Et eſt tertia maxima, ſicut de creatura creatorem. Iſtam poteſtatem non dedit Angelis, ſed ſolis Sacerdotibus: quia diuina virtute in *corpus, & ſanguinem* ſubſtantiam panis & vini conuertunt. Inuiſibilis enim Sacerdos, ſcilicet Chriſtus per miniſtros ſuos, viſibiles creaturas in corpus & ſanguinẽ ſuum ſecreta poteſtate conuertit verbo ſuo, ſcilicet illo: Hoc eſt enim corpus meum. Vnde non debet aliquis attendere,

Sacerdotalis functio maior eſt Angelica dignitate.

dere,ad viſum ſuum,quia viſus putaret ſe videre colorem panis,nec ad guſtum, quia putaret ſe ſentire guſtũ panis:nec ad olfactum, quia putaret ſe ſentire odorem panis & uini:ſed attendere debet ad auditum, quia cũ audit conſecrationis verba,ita eſt per omnia, ſicut audit:hoc eſt enim corpus meum. Quod ſignificatum eſt in Iſaac,qui cum benediceret Iacob, fuit deceptus eius viſus,quia ſui oculi caligauerunt,& ipſum non cognouit. Fuit & deceptus olfactus, quia credidit ſe ſentire odorem veſtimentorum Eſau. Fuit etiam deceptus guſtus,quia credidit ſe comedere de venatione Eſau,& comedit de ferculo Iacob. Fuit & deceptus in tactu, quia putabat ſe tangere manus Eſau, & tangebat manus Iacob.Sed ecce auditus,qui vocem Iacob audiuit,nõ fuit deceptus.Imo dixit:Vox quidem,vox eſt Iacob.Sic etiã in iſto Sacramento,omnes alii ſenſus decipiuntur præter auditum.Et ideo omnes fideles, qui audiunt verba conſecrationis, firmiter & veraciter credere debent, quod corpus Chriſti eſt ſanguis. *Nota.*

Ricardus Mediauillanus, Vix.an.1295.

In Sacramento altaris, ſubſtantia *corporis Chriſti* verè & realiter cõtinetur ſub ſpecie panis. Diuina enim virtus,quæ de nihilo mundum creauit, hoc inſtituere potuit,& inſtiruere voluit, fecit, & hoc facere congruum fuit,quia in hoc manifeſtatur ſuæ potentiæ immenſitas Hoc enim eſt tam admirabile, quod tranſcendit omnẽ facultatem naturæ, & ſuæ humilitatis profunditas in hoc quod voluit, quod poſſemus *ſuum corpus* ſacratiſſimum noſtris manibus contrectare, & eius inæſtimabilis charitas, quod in hoc à nobis viſibiliter recedens, nobiſcum voluit verum corpus ſuum inuiſibiliter remanere,& per hoc in volendo credere, in humilitate exercitamur,& in uirtute ſpei roboramur, & charitate amplius inflammamur.

In li.4.Sententiarum.

Sacramentum Eucha. tranſcendit omnem naturæ facultatem.

Henricus Archidiaconus Tornacenſis,

Vixit anno 1297.

Quodlibeto. 9. Fide firma tenendum eſt, in Sacramento eſſe *verum corpus Chriſti*, ſicut verba ſonant, quibus dicitur, Hoc eſt corpus meum, vt non ſit hic veritas, ſicut in ſolo ſigno, ſicut erat in Sacramentis veteris legis. Vnde illud Matthæi vltimo. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationẽ ſeculi, intelligere debemus de veritate corporalis præſentiæ in Sacramento, vt corpus, quod eſt uno modo eſſendi præſens ſolummodo in cælo, alio modo eſſendi præſens nobis eſt in Sacramento, & hoc in ueritate eadem eiuſdem corporis eſſendo præſens ibi & hic, quod ſola fide deprehenditur.

Berengarius Epiſcopus Beterenſis,

Vixit anno 1299.

Cõcione ad Sacerdotes. Si cum Chriſto & pro Chriſto eſtis, cum Chriſto eritis per intentionem, & pro Chriſto eritis per adminiſtrationem. Vobis ſe credit Chriſtus, vobis ſe credit populus. Vobis ſe credit Chriſtus ad ſacrificium, vobis ſe credit populus ad ſalutis negotium. Per vos Chriſtus confertur populo, per vos populus præſentatur Chriſto. Vos, qui Chriſtum in manibus geſtatis, cauete, ne proditores ſitis.

Ioannes Scotus, Vixit anno 1300.

In lib. 4. Sententiarum. Secundo non recipit ille, qui non tantum recipit Sacramentum, ſed recipit illud ut Sacramentum: credens ibi eſſe *corpus Chriſti*, & ſe recipere communione corporis Chriſti, ſicut in Eccleſia conſueuit fieri talis communio. De ſubſtantia fidei eſt, quod verum *corpus Chriſti* in Euchariſtia realiter continetur.

Renerus Piſanus, Vixit anno 1302.

Parte 1. Pãtheologiæ, capit. 28. In hoc Euchariſtiæ Sacramento *continetur eſſentialiter Chriſtus* Qui ſicut in mundum viſibiliter veniens largitus eſt gratiam, vnde dicitur: Gratia & veritas per Ieſum facta eſt, ita in hominem ſacramentaliter veniens operatur gratiam, ſi non ſit obſtaculum.

Ioan.

Ioannes Sanctogeminianus, Vix.an. 1303.

In hac cœna fuit appoſitus cibus Sacramẽtalis: quia in ea inſtituit Chriſtus Sacramentum corporis & ſanguinis ſui. Vnde iſte eſt panis omnino mirabilis: quia ſi conſideremus conuerſionem, tam mirabiliter fit, quod ibi nihil corrumpitur, vel augetur, vel minuitur, vel alteratur vel localiter mutatur, vel annihilatur. Item ſi conſideremus accidentium exiſtentium admirabiliſſimum eſt, quando ſine ſubiecto dimenſiones ſubſiſtunt, ſine ſubiecto immutant ſenſum, ſine ſubiecto localiter ſubſiſtunt. Item ſi conſideremus exiſtẽtiam Chriſti ſub illis accidentibus, valde eſt mirabile, quòd glorioſum & verum *corpus Chriſti*, quod ibi eſt, non circunſcribatur non contingatur, non extendatur, non cõmenſuratur, non condiuiditur, non mutatur. *Sermone de cœna Dominicæ.*

Clemens v. Papa, Vixit anno 1304.

Si Dominum in Sanctis eius laudare iubemur, dignũ profecto, iuſtum, & ſalubre nobis exiſtit, ut ſibi in ſui, quo nos quotidie ſpiritualiter reficit, memoriam corporis, laudes feſtiuæ uenerationis, & gratias referamus *Lib. 3. Clementinaru.*

Gerardus Leodienſis, Vixit anno 1305.

Chriſtus Dominus tuus, qui ſeipſum tibi in cibum tam diligenter & tam ſtudioſe præparauit, in Sacramẽto videlicet altaris: pro Symbolo tanti conuiuii à te vicem reddi petit, vt te ipſum in cibum eidẽ ſtudeas præparare: vt ſicut ipſum in cibum comedis, ita te ei eſibilem exhibeas, vt Salomon in Prouerbiis. Quando ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quę ſunt poſita ante faciem tuam, quia talia oportet te præparare. Dicit ergo. Quando ſederis in menſa, videlicet altaris, vt comedas cum Principe, id eſt, cum Chriſto, cum quo, & quem comedis in altari, attendẽ quæ poſita ſunt ante faciem tuam ad manducandum, quia panis uitæ, qui de cælo deſcendit, & vinum vuæ meraciſſimĩ. Chriſtus in cruce fuit quaſi vua preſſa in torculari, vt *Lib. de doctrina cordi.*

vinum ſui ſanguinis nobis propinaret. Attende ergo quid appoſitum eſt ante te in menſa altaris: agnus vide licet immaculatus. Dicitur enim in libro Numerorum quod manna ſimile erat grano piſo tonſo in ſimilitudi nem bdellii, & pruinæ, & ſicut ſemen coriandri. Iſtis ſi militudinibus adaptatur manna, ut per hoc triplex ſub ſtantia, quæ ſub iſto Sacramento ſumitur deſignetur, *corpus ſcilicet Chriſti*, anima cum diuinitate. Hæ tres ſubſtantiæ nobis in altari apponuntur.

Alanus Inſulenſis, vixit anno 1306.

Lib. 4. de art. Fidei, Propoſitione. 1.

Euchariſtia eſt Sacramentum corporis Chriſti ſub panis & uini ſpecie exiſtentis: cum panis *in Chriſti carnem* & uinum *in ſanguinem* ſit tranſubſtantiatū. Sub hac autem ſimilitudinis ſpecie Sacramentum inſtitutū eſt, quòd quemadmodum panis & vinum ſunt principale corporis alimentum: ita corpus Chriſti præ cæteris eſt fortius animæ ſuſtentamentum.

Hubertinus Caſalanus, Vix. an. 1307.

Lib. 4. Arboris vitæ ca. 4

Inter omnia opera dilecti Ieſu memoriale ſuæ feruidæ charitatis, & admirabilis poteſtatis, & diffuſæ liberalitatis fuit inſtitutio iſtius uenerabilis Sacramenti: qua non ſolum ſeipſum dedit in cibum, ſed etiam inſtituit, & poteſtatem dedit veris Sacerdotibus, Apoſtolorum ſucceſſoribus, ut iſtud Sacramentum conficerēt, & in æternum, dum durabit Eccleſia peregrina, illud haberent uerum ſacrificium, cibum, & viaticum, & memoriale digniſſimum ſuæ ſacratiſſimæ mortis. Secūdo debes videre, quomodo iſtud benedictum Sacramentum eſt memoria mirabilium. Eſt autem memoria mirabilis operationis, quia in hoc Sacramento eſt tanta multitudo mirabilium, vt ſuperent intellectum uiatoris, & ſenſum comprehenſoris. Vnde hic eſt uere Deus abſcōditus. Vnde ibi abſcondita eſt fortitudo eius, dum innumera mirabilia fiunt in hora conſecrationis, quæ latēt in abſcondito Sacramēto. Primo quidem ex partib. uir

tutis

tutis operatiuæ conſidera,quòd in hoc Sacramento co currũt ſimul virtus verbi creati & increati:illius vt pro ferentis,huius vt aſſiſtentis:illius vt inuocantis, huius vt operantis.Vnde Chriſtus ex humanitate promeruit ex Deitate perfecit. Ex humanitate formam protulit, Deitate conuerſionem plenam fecit.Concurrit etiam ſucceſſiua prolatio,& inſtantanea mutatio, vt talis oratio formæ ſit enunciatiua & operatiua. Et tamen ſucceſſiua eſt enunciatio,& inſtãtanea operatio. Quia virtus infinita Dei ſine tempore,tranſubſtantiationem panis & vini facit in inſtanti in *verum corpus & ſanguinem Chriſti* per prolationem,& ad prolationẽ formæ Sacramenti,quæ ſucceſſiuè profertur per os miniſtri cum intentione animi, vnde finis dicti per opus Dei eſt complementum facti.Miracula ſunt hæc, vt meritò poſſit intellectus dicere man hu,id eſt,quid eſt hoc? Hæc ſunt illa abſcondita,de quibus dicitur Eſaiæ 45. Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, vt ſcias, quia ego ſum Dominus. In hoc enim Sacramento per hanc operationem theſauri gratiæ abſconditi conferũtur: & arcana ſecretorum fidei Eccleſiæ proponuntur, vt ſciat intellectus fidelis credendo veraciter,quia ipſe eſt Dominus, qui quoniam potentiſſimus potuit,quia clementiſſimus voluit, quia veraciſſimus & ſapientiſſimus,facit ſigna & mirabilia in hoc Sacramento, quorũ non eſt numerus.Dicit enim.Hoc eſt corpus meum.Et ideo Eccleſia ſancta profitetur in Chriſto ineffabilem veritatem,qua ſic dixit: & inſuperabilem poteſtatem, qua potuit.Ex quibus concludit Sacramenti irrefragabilem veritatem,quia ita ſit. Omnia enim quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra: in mari & in omnibus abyſſis.Si conſideretur ſpecies contentiua,occurrit tibi trifaria conſideratio mirabilium, ſcilicet, quidditas trãſitiua,quantitas dimenſiua,qualitas obiectiua. Quidditas panis & vini tranſit in ſubſtantiam *corporis & ſanguinis Chriſti*, In quo tranſitu ſunt mirabilia mirabiliſſima. Nihil enim ſubſtantiæ relinquitur, 1 ſed

Innumera in conſecrationem Euchariſtiæ mirabilia.

Tria conſideranda circa ſpeciem Euchariſt.

ſed totum conuertitur: nihil ſubſternitur, nihil de nouo efficitur. Solum enim tranſit id in aliquid, & tamen ſine annullatione. Non enim annullata eſt ſubſtantia panis & vini, ſed vere in *Chriſti corpus & ſanguinem* conuerſa. Non tamē efficit corpus Chriſti de nouo, quod prius erat, ſed nouo ibi eſt per conuerſionem alicuius in ipſum, vbi & ibi prius non erat. Nihil ibi ſubſternitur: quia tranſit totum in totum, nullum habens ſubie-
II ctum commune. Quantitas etiam dimenſiua ſpecies ſine ſubiecto ſupra naturam ſubſiſtit, ſub qua Sacramentaliter continetur Chriſtus in ſe dimenſionatus à ſpeciebus, non dimenſione contentus: in ſe commenſuratus, non tamen commenſuratione contentus. Signatus quia ſic eſt in altari, vbi cōſecratur, quod non eſt in alio loco, vbi non conſecratur, & tñ non diffinitiuè, quia ſic eſt hic, quod tamē eodem modo alibi poteſt eſſe. Eſt igitur totus in tota ſpecie viſibili: totus in qualibet par
III te ſignabili, totus in qualibet parte partibili. Qualitas etiam ſpecierum inſenſibilium terminat viſum, alterat guſtum, excitat odoratum, immutat tactum. Nullus enim iſtorum quatuor ſenſuum diſcernit iſtum ſpiritualem cibum, ſolus fidelis auditus iudicat verum, dum audit, aſſentit, & credit, Hoc eſt corpus meū. Fides enim ex auditu. Ipſa etiā accidentia per virtutem diuinam accipiunt talem modum eſſendi & operandi, quod ex illis accidentibus, & circa illa accidentia poſſunt omnia fieri, quæ primò poterant, quando ibi erat ſubſtantia panis & vini. Durantibus illis accidentibus, tam diu exiſtit ibi verum corpus Chriſti, quàm diu non eſt facta talis mutatio, ex qua ſequeretur corruptio ſubſtantiæ panis & vini.

Malachias Dominicanus, Vix. an. 1308

Lib. quem Venenum, dixit cap. 2. Caro medici facta eſt medicina ægroti ſecundum illud: Caro mea verè eſt cibus, ad ſaluandam animam. Ergo contra venenum peccati, mors Chriſti in ligno. Remedium reſtaurratiuum, *corpus & ſanguis* Chriſti pro cibo.

bo. Remedium conſeruatiuum, gratia quotidiana cum compunctionis ſtimulo.

Gulielmus Haffliginienſis, Vix. an. 1309

Quærite Dominum, dum inueniri poteſt. In templo inuenitur materiali, ubi latet ſub ſpecie panis. In ſpirituali, quia Dominus in templo ſancto, id eſt, in ſanctis, qui templum ſunt ſanctum. Ecce vbi quærendus Deus. *Sermone de aduentu Dominico.*

Albertus Patauinus, Vix. an. 1310

Sub vmbra accidentium panis & vini verum *ſanguinem & carnem* Chriſti ſumimus. Canticorum ſecundo. Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi, & fructus illius dulcis eſt gutturi meo. *Sermon. poſt Pentecoſten.*

Ioannes Vitalis. Cardinalis, Vix. an. 1311

Vox quidem vox Iacob eſt: ſed manus quidem manus ſunt Eſau. Sicut tactus Iſaac deceptus fuit, & non auditus: ſic in iſto Sacramento, tactus, viſus, guſtus, olfactus decipitur, quia ſecundum iudicium iſtorum ſenſuum nihil ibi uidetur eſſe, niſi panis & vinum: ſed auditus non decipitur. Audis enim: Hoc eſt corpus meum, & veraciter eſt. *In ſpeculo Morali. Omnes humani ſenſus, auditu excepto circa ſacramentum Euchari. falluntur.*

Raymundus Eremita, Vixit anno 1312

Domine Deus, noſtræ ſalutis refugium ſingulare, adeò fuit humilis tua humanitas, quam ſumpſiſti, vt propter multitudinem maximè humilitatis velis propter ſanctitatem & verborum efficaciam, quòd panis materialis hoſtiæ ſacratæ efficiatur proculdubio *vera caro*, & uinum ſanctificatum efficiatur *verus ſanguis*. *Lib. 2. de Contemplatione.*

Ricardus Pampolitanus, putatur Vixiſſe anno 1313.

Et pluit illis manna, id eſt, docuit hæſitantes corpus Chriſti ſibi datum ad manducandum, vt ſit cibus animę & ipſo fruerentur, & delectarentur in eo. Et panem cæli dedit eis, id eſt, panem materialem mutauit in panem cælicum. *In Pſal. 77.*

cælicum. Panem Angelorum manducauit homo, id eſt, Chriſtum hominem factum, qui eſt panis Angelorum, id eſt, ſatietas Angelorum. Cibaria delicata valdè, id eſt, idem corpus Chriſti miſit ei cælitus. In abundãtia, quia cum comeſtum fuerit à populo, integrum manet.

Bernoldus Ciſtertienſis, Vixit an. 1314

In diſtinctionibus temporum.

Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Prima ad Corint. capite 10. In iſtis uerbis oſtendit Apoſtolus uerum eſum *corporis Chriſti* in lege noua traditum, figuraliter in lege veteri præceſſiſſe.

Prochetus Saluaticenſis, Vix. an. 1315.

Parte 1, de victoria contra Hebræ*os, cap. 21.*

Nota quod nullus rationabiliter poteſt inficiari cõuerſionem panis & uini *in corpus Chriſti* virtute Dei, ſi credit vel concedit conuerſionem aquæ in ſanguinem, de qua ſcriptum Pſalmo 77. Et conuertit in ſanguinem flumina eorum.

Gilo, ſiue Guido, Epiſcopus Cameracenſis, creditur à nonnullis vixiſſe circa annum 1316.

Lib. dialogorum, de adminiſtratione ſacramẽtorum. Dial. iſti aſſcripti ſunt à nonnullis Gulielmo E*piſco. Pariſieſi, ab alijs verò Petro Epiſc.* Came*rac. ſed falſo: nam quatuor conſen*

Petrus. Dic mihi quæ eſt materia Euchariſtiæ? *Gilo.* Panis & vinum, quia uirtute verborum, quę ſunt forma huius Sacramenti, tranſſubſtãtiatur panis in *corpus Chriſti*, & vinum *in ſanguinem*. *Petrus.* Quia per virtutem verborum, quæ ſunt forma huius Sacramenti, tranſſubſtantiatur panis & uinum in *corpus & ſanguinem Chriſti*, oſtende mihi quæ ſunt iſta verba, quæ ſunt forma eius. *Gilo.* Iſtius Sacramenti duæ ſunt formæ, vna ſuper panem, & alia ſuper vinum. Forma verò, quæ eſt ſuper panem, qua tranſſubſtantiatur panis in corpus Chriſti eſt hæc. Hoc eſt enim corpus meum. Forma verò ſuper vinum qua, tranſſubſtantiatur in ſanguinem, hæc eſt. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *Petrus.* Cum in Sacramento ſit uerum corpus Chriſti, & uerus ſanguis,

quomodo manent ila accidentia,quæ videmus & ſenti mus,ſicut albedo,dulcedo, magnum, paruum & huiuſmodi?*Gilo.*Illa accidentia , quæ vides & ſentis , uirtute diuina per ſe manent,quæ prius erant, in ſubſtantia pa nis & vini,& ſine ſubiecto.

tiẽtibus manuſcrip. vetuſtis exemplaribus Gilonis , ſiue Guidonis Epiſc. Cameracenſ. ſunt

Nicolaus Aquæuillanus, Vix.an.1317.

Concione 43.

Sextus panis poteſt dici Euchariſtia, hoc eſt *corpus Ieſu* Chriſti noſtri Saluatoris . De iſto pane dicitur Sap. 16.Præſtitiſti eis Domine (ſine labore) de cælo panem habentem in ſe omne delectamẽtum . Dicit Apoſtolus de iſto pane:quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.Certè nullus debet de iſto pane co medere,niſi ſit mundus à peccato luxuriæ,& illud opti mè ſignificatur primo Reg.cap.21.vbi legitur,quòd ve nit Dauid in Nobe ad Achimelech Sacerdotem, qui di xit ei. Non habeo panes laicos ad manum : ſed tantum panem ſanctum.Si mundi ſunt pueri,maximè à mulieribus & cætera. Panis iſte ſanctus erat , & Chriſti corpus ſignificabat,de quo nullus debet comedere , niſi ſit mundus maximè à peccato luxuriæ.

Petrus Archiepiſcopus Aquenſis, Vixit anno 1318.

Verba quibus conficitur *corpus Chriſti,*nõ ex deuotione,ſed ex opere operato efficiunt quod figurant. Nam ſi proferantur à malo Sacerdote,æquè habent effectum ſuum,ſicut ſi proferantur à bono Sacerdote. *In Lib. 4. Sententiar.*

Conradus Sanctogeorgianus, Vixit circa annum 1319.

Antequam accedat homo (ad Euchariſtiam) debet habere fidei integritatem.Et hoc eſt quod ſubiũgitur. Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis. Per ca put ſignatur Deitas, per pedes humanitas . Inteſtina , ſunt circa hoc Sacramẽtum inattingibilia , quæ omnia debet homo vorare,quia omnia fideliter debet credere etiam

Sermone de ſacrament. Euchar. Cre

dere ea debemus circa Euchar. quæ intellectu at tingere nequiemus.

etiam quæ intellectu nō pōt attingere. Credere oportet verum ibi eſſe *corpus Chriſti*, quod traxit de beata virgine. Eſt autem ibi corpus eius per tranſſubſtantiationem, anima uerò per naturalem colligationem, diuinitas per inſeparabilem vnionem. Sunt etiam ibi vtriuſque naturæ inteſtina, id eſt, Sacramenta inexplicabilia & ideo qui non poteſt altitudinem huius Sacramenti intellectu capere, debet hæc Spiritus ſancti poteſtati committere, & hoc eſt quod dicitur: Si quid reſiduum fuerit, igni comburetis. Abſconditus eſt iſte theſaurus ſub velaméto propter fidei meritum. Magnum ſibi meritum cumulat, qui aduerſarios huius Sacramenti, fortiſſimè credendo ſuperat. Aduerſarii iſti ſunt quinque ſenſus, qui omnes ſentiunt non eſſe ibi corpus Chriſti. Et imaginato ſimiliter contraria eſt, quia nullo modo imaginari poteſt, quomodo integer Criſtus, qui in cruce pependit, poſſit ſub tam parua hoſtia abſcondi. Contra omnem etiam rationem eſt, quod idé corpus ſimul, & ſemel poſſit eſſe ī diuerſis locis, ſicut apparet in hoc Sacramento, quod eſt perfeſſimè in cælo, eſt & perfectiſſimè nihilominus in altari: & tamen non plura, ſed vnum ſolum, idemque corpus. Propter huiuſmodi fidei meritum eſt corpus Criſti Velatum eſt & corpus Chriſti, propter ſenſus noſtri imbecillitatem. Si enim Chriſtus in gloria maieſtatis ſuæ, ſicuti eſt, ſeipſum oſtenderet nobis, nullus mortalis tantam maieſtatem & claritatem ſufferre poſſet, vel aſpectum. Sicut enim Moyſes, qui ex cōſortio ſermonis Domini tantum ſplendorem ac claritatem vultus ſui contraxerat, velabat faciē ſuā cum loqueretur filiis Iſrael, eo quòd non poſſent intendere in eum, propter claritatem vultus eius: & ſic Chriſtus condeſcendens noſtræ infirmitati, ſuperpoſuit uelamen ſuæ claritati. Velatum eſt etiam corpus Chriſti, vt à tanto myſterio arcerētur infideles. Ipſe enim dixit: Nolite ſanctū dare canibus, & margaritas porcis. quod verbo dixit, hoc facto impleuit: quia faciem ſuam in Sacramento hoc abſcondit.

Ioan.

Ioannes XXII. Papa, Vixit anno 1320.

Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna in memoriam mortis ſuæ inſtituit ſummum & magnificũ ſui *corporis & ſanguinis* Sacramẽtum, corpus in cibum, & ſanguinem in poculum tribuendo. *In Clementinas.*

Martinus Pœnitentiarius Epiſcopus, Vixit anno 1321.

In Euchariſtia eſt uere *corpus Chriſti et ſanguis.* Et licet vno & eodem tempore in diuerſis locis immoletur, tamen ſicut eſt una diuinitas, cui unitur, ſic non diuerſum ſed vnum idemq; corpus conficitur. *In Tabla Decreti.*

Nicolaus Lyranus, Vixit anno 1322.

Aduertendum eſt quod iſtud Sacramentum ſub duplici ſpecie inſtitutum eſt: ſcilicet panis & vini. Quia panis conuertitur *in corpus Chriſti,* & uinum *in ſanguinem.* Et iſtæ conuerſiones fiunt ſeparatim, quia ſanguis fuit ſeparatus à corpore, vel à carne in paſſione. Hoc auté Sacramentum, vt dictum eſt, inſtitutum eſt quaſi quoddam memoriale illius paſſionis, & ideo cõſecratio carnis & ſanguinis fit ſub ſpeciebus diſtinctis. Conſiderandum etiam quòd ſub vtraque ſpecie eſt totus Chriſtus, quia ſub ſpecie panis eſt tantum corpus ex vi conuerſionis vel Sacramenti. Sanguis autem & anima & diuinitas ſunt ibi ex concomitantia naturali & inſeparabili. Similiter ſub ſpecie uini, ſanguis eſt tãtum ibi ex ui Sacramenti. Cætera autem ex concomitantia. *In Matth. cap. 26*

Guilielmus Abbas Pictauienſis. Vixit anno 1323.

Quæro ad quid refert ſe pronomen, hoc vel hic in vtraque forma. Ad panem & uinum? Non. Quia illa nõ ſunt corpus. Itẽ nec ad corpus, nec ad ſanguinem, quia ibi *In ſuo Sacramentali.*

ibi non ſunt ante totius formæ prolationem. Alii intelligunt hoc, id eſt, totum hic contentum ſub his ſpeciebus eſt corpus & ſanguis, quia pronomen hoc, eſt demonſtratiuum ſeu demonſtratio alicuius ſenſibilis: quaſi dicat, hoc enim quod nunc eſt panis purus, ſed in fine *corpus eſt*. Quæro qualiter probantur media ſcilicet fortius hic eſſe quàm in Lazaro. Dic quòd duplici ratione Primò ex materia, quia magis eſt miraculoſum & remotum à curſu naturæ ſubſtantiam panis in corpus cõuertere, quàm animam propriam ab examine corpus reducere. Secundo ex parte fructus: Quia in reſuſcitatione Lazari viuificatur corpus: ſed in hac conuerſione, vnitur Deo perpetuò anima. Tertio ex parte termini. Quia in hoc humana anima ad proprium corpus reducitur: hic panis purus *in corpus Deificatum conuertitur*. Licet verba ſucceſſiuè proferuntur, in inſtanti conuertitur panis, diuinitus & ſupernaturaliter eius ſubſtantia omnino conuerſa eſt & commutata in veram ſubſtantiam corporis, nihil remanẽdo ibi de ſubſtantia panis.

Franciſcus Maronius, Vixit anno 1324.

In Concione quadam.

In miſſa adeſt quidem primò tota ſanctiſſima trinitas diuina, modo ſingulari ſcilicet faciendo tale & tantum miraculum poteſtate infinita tranſſubſtantiando panem in uerum *corpus Christi*, & uinum in ſanguinem. Et ſic fit à ſolis tribus perſonis eadem poteſtate, qua creauerat mundum, ſolo verbo & voluntate. Dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt.

Gulielmus Ockam, Vixit anno 1425.

Præfatione in tracta. de corpore Chriſti.

Stupenda ſupernæ munera largitatis ad reparationem generis humani eidem impenſa, ipſum ſuo redemptori magnifico obligant in immenſum. Vnigenitus ſiquidem Dei Filius, ſubſtantia noſtræ mortalitatis aſſumpta, vt nos à Diabolica ſeruitute redimeret, & priſtinæ reſtitueret libertati, ac tandem ad cæleſtẽ per-

duceret hæreditatem,ſemetipſum in ara crucis in redẽ ptionis humanæ pretium immolauit. Vt autem tanti muneris in nobis iugis maneret memoria,ac pro nobis qui quotidie labimur, Chriſtus quotidie myſticè immolaretur,*corpus ſuum* in cibum,*& ſanguinem ſuum* in potum in Euchariſtiæ Sacramento ſumendum fidelibus derelinquit,cuius ineffabilis altitudo humanæ indagini ſubiici non dedignatur, propter quod de illo ſummo & excellentiſſimo Sacramento cum omni timore & modeſtia eſt loquendum, quia circa nullum Sacramentum eſt error periculoſior, nec inquiſitio laborioſior,nec inuentio fructuoſior.

Nuſquam erratur periculoſius, quàm circa ſacrament. Euch.

Durandus Epiſcopus Meldenſis,

Vixit anno 1326.

Corpus Chriſti eſt in Sacramento altaris per verã exiſtentiam ſuæ naturæ,& non per ſolam communicationem ideomatum,quod patet, quia relatiuum ſemper refert idem numero quod præceſſit,ſed Chriſtus in conſtituendo hoc Sacramentum dixit hæc verba: Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis tradetur, Et: Hic eſt calix in meo ſanguine,qui pro vobis effundetur. Ergo illud idem numero quod poſtea fuit traditum ad crucifigendum,fuit prius traditum Apoſtolis in Sacramento ad edendum. Sed corpus quod fuit traditum ad crucifigendum,non fuit de natura panis,ſed fuit corpus pertinens ad naturam humanitatis:ergo corpus traditum Apoſtolis in Sacramento altaris fuit vere de natura humanitatis,& pari ratione in Sacramento noſtro eſt *corpus Chriſti* pertinens ad eius humanitatem, & non eſt ſolum ibi per communicationem ideomatum. Dicendũ eſt ergo, quod *verum corpus Chriſti* ſumptum de virgine & paſſum in cruce, eſt realiter in hoc Sacramento. Si volumus ſcire,vtrum ſit dictum ſecundum propriam ſignificationem,vel ſecundum figuratiuam,videamus ſequentia verba, quæ determinant præcedẽtia. Cum enim dixiſſet Chriſtus,hoc eſt corpus meum,ſubiunxit,

In li. 4. Sententia. queſ. 1.

quod pro vobis tradetur. Conſtat autem quod corpus traditum pro nobis,fuit corpus Chriſti verum, natum de virgine,& paſſum in cruce:ergo illud verbum eſt dictum non ſecundum metaphoram, ſed ſecundum propriam ſignificationem, propter quod à principio Eccleſiæ fuit articulus fidei ab omnibus conceſſus, quod *verum corpus Chriſti* eſſet realiter in hoc Sacramento & non figuratiuè,nec ſicut in ſigno tãtum, nec per ſolam communicationem ideomatum. De modo autem, per quem corpus Chriſti eſt realiter in hoc Sacramẽto, dictum ſit in generali,quòd non eſt ibi circumſcriptiuè, nec diffinitiuè, ſed rationem ordinis quẽ habet ad ſpecies panis virtute diuina propter conuerſionem ſubſtãtiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti,propter quã corpus Chriſti,vt ſubſtantia habet immediatum ordinem ad ſpecies, ſub quibus ſubſtantia panis in corpus Chriſti conuerſa eſt,& eſt eis realiter præſens,licet eis non efficiatur tanquam accidentibus.

Petrus Patriarcha Hieroſolymitanus, Vixit anno 1327.

In li. 4. Sentent. Quæritur primò vtrum corpus Chriſti ſit in Sacramento altaris realiter,præſentialiter, & eſſentialiter. Et videtur quod non, quia idem corpus non poteſt eſſe ſimul in diuerſis locis:ſed corpus Chriſti eſt in cælo,ergo non eſt in altari. Contra eſt quòd dixit Chriſtus: Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis tradetur. ſed illud fuit verum,non autem phantaſticum, vt Manichæi dicunt,ergo nõ eſt figuratè dictum, ſicut illud ego ſum vitis vera,& vos palmites, quòd ex conſequenti apparet metaphoricè dictum. Reſpondeo. Quia eſt firmiter fide tenendum *corpus Chriſti* realiter, præſentialiter, & eſſentialiter eſſe in altari. Quæritur vtrum Chriſtus ſit in Sacramento totus. Reſpondeo, dicendum quòd Criſtus totus eſt hic, & totum quod eſt in Chriſto, totum quod perſonæ naturæ diuinæ & humanæ ſubſtantialis & acci-

& accidentalis. Sed ſolum corpus Chriſti eſt ſub ſpecie panis ex vi Sacramenti, & ſolus ſanguis ſub ſpecie vini. Reliqua verò vtrobique ſunt ex naturali concomitantia.

Guilielmus à Petra alta, Vixit an. 1328.

Qui malus eſt inter bonos, eſt ſicut Iudas inter Diſcipulos Chriſti. Ad cumulum malitiæ præſumit *Dominicum corpus* ſumere, vel celebrando vel communicando, non attendens illud: Quicunque manducauerit corpus Domini, & biberit eius calicem indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. *Parte 3. Tractatus, de Profeſſione monaſtica.*

Aſtaſanus Aſtenſis, Vixit anno 1329.

In hoc Sacramento corporis Chriſti, id eſt ſub ſpecie panis, eſt totum *corpus Chriſti* ex vi Sacramenti, ſiue conuerſionis. Subſtantia enim panis conuertitur in ſolam ſubſtantiam corporis. Et intelligo hic nomine corporis contineri, non tantum carnes, ſed etiam neruos & oſſa, & alia huiuſmodi. Sanguis verò eſt ibi ratione permixtionis enim, & diffuſus ē in corpore: & ideo vbicunque eſt corpus Chriſti, ibi eſt ſanguis. Eius verò anima eſt ibi ratione coniūctionis, ſcilicet cum corpore. Eſt enim inſeparabiliter corpori coniuncta. Diuinitas autem eſt ibi ratione vnionis diuinæ naturę cum humana. *Lib. 4. Summæ ſuæ Titulo. 11.*

Adamus Goddamus, Vix. an. 1330.

Dico quòd tranſſubſtantiatio non eſt annihilatio, ſed conuerſio ſubſtantiæ panis *in corpus Chriſti* ex vi conſecrationis Sacramentalis, eo quod in inſtanti conuerſionis, ceſſat eſſe ſub illis ſpeciebus ſubſtātia panis & vini, quæ præerat, & ſuccedit pro eiſdē corpus & ſanguis Chriſti ex vi Sacramentalis conſecrationis. Nec eſt ibi aliqua conuerſio prioris in poſterius, niſi quod ad non eſſe prioris ſuccedit ſub illis ſpeciebus vi conſecrationis ſubſtantia poſterior. *In lib. 4. Sententiarum.*

Monaldus, Vixit anno 1331.

In Summa ſua. In neceſſitate poteſt Miſſa ſub diuo publicè celebrari, ſeu in tentoriis, in itinere, ſcilicet in exercitu, honeſte ſuper terram ſolidam, non in naui, quia in mari vel in fluminibus fluctuet, ne ea vagante fiat ſanguinis effuſio, vel *corporis Chriſti* indebita commotio.

Guido montis Rocherij, Vix. an. 1332.

Cap. 3 Manipuli Curatorum. Euchariſtia eſt Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, contentorum ſub ſpeciebus panis & vini, virtute verborum à Sacerdote prolatorum: in eo continetur ille, qui eſt fons gratiæ, ſcilicet Chriſtus. Quidam ſumunt iſtud Sacramentum corporaliter tantum, ſicuti aliquis infidelis, qui non credit in iſto Sacramento eſſe veraciter corpus Chriſti. Si enim ſumeret hóſtiam conſecratam, ſumeret iſtud Sacramentum corporaliter tantum: quia conſtat, quòd non ſumeret ſpiritualiter, cum non reciperet fructum Sacramenti, non etiam reciperet Sacramentaliter, quia ille recipit iſtud Sactamentũ ſacramentaliter, qui credit veraciter in iſto Sacramento eſſe *corpus Chriſti*. Quidam ſumunt ſeu comedunt ſacramentaliter & corporaliter ſimul, quia ex quo ſunt Chriſtiani, credunt ſub illis ſpeciebus eſſe veraciter *corpus Chriſti*, & ſic vtuntur Sacramento, vt eſt Sacramentum, ſed non recipiunt ſpiritualiter, quia non recipiũt fructum Sacramenti.

Petrus Epiſcopus S. Pauli, Vix. an. 1333.

Parte 2. de Præſepio Chriſti. ca. 3 Ad hoc ſeipſum Criſtus pro Eccleſia tradidit, vt ſanctificaret illam lauacro baptiſmi, & paſtu *corporis ſui* aleret. Quod Sacramentum in cœna inſtituit, & frequentandum dedit.

Guido Epiſcopus Maioricenſis, Vixit anno 1334.

Lib. de Hereſibus. Septimus error Catharorum eſt, quòd cum benedicunt panem dicendo, Pater noſter, dicunt non valere benedi-

benedictionem, quia panis nō poteſt benedici, cum ſit creatura Diaboli, nec ex pane conficitur *corpus Chriſti*. Vigeſimus ſecundus error, quod facta conſecratione *corpus Chriſti* non exiſtit vere ſub ſpeciebus panis & vini, ſed tātum in ſimilitudine & ſigno, nec Chriſtus trāſ ſubſtantiauit panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum realiter, ſed in ſimilitudine, & figura. Vigeſimus ſextus error, quòd negant verum *Chriſti corpus* & ſanguinem eſſe ſub Sacramento altaris. *De Vualdéſibus.*

Ludolphus Carthuſianus, Vix. an. 1336.

Multa mirabilia ſunt in hoc Sacramento. Primum, quòd ibi eſt *corpus Chriſti* in tanta quantitate, ſicut fuit in cruce, & ſicut iam eſt in cælo, nec tamen excedit illius paruæ formæ terminos vel quantitatem. Vnde mirum eſt quomodo ſub tam modica ſpecie tantus homo lateat. Secundū eſt, quòd ibi ſunt accidentia ſine ſubiecto. Tertium eſt, quod panis ita conuertitur in *corpus Chriſti*, quod tamen nō eſt materia corporis nec animę. Quartum eſt, quòd corpus non augetur ex multarū hoſtiarum conſecratione, & è conuerſo non minuitur ex earum ſumptione. Quintum eſt, quòd idem corpus ſimul in pluribus locis, id eſt, ſub omnibus hoſtiis conſecratis eſt. Deo enim cōuenit eſſe vbique ſimpliciter & propriè: creaturę verò in loco vno tantum eſſe. Corpus verò Chriſti medio modo habet ſe. Cum enim ſit creatura, non debet coæquari creatori in hoc quod ſit vbique. Cum verò ſit vnitum diuinitati, debet in hoc alia corpora excellere, vt ſimul & ſemel poſſit in pluribus locis eſſe, ſub iſto videlicet Sacramento. Sextum eſt, quòd cum diuiditur hoſtia, non diuiditur Chriſti corpus, ſed ſub qualibet parte totus eſt Chriſtus. Vnde hæc fractura in forma eſt panis, nō in Chriſti corpore, quia totus Chriſtus indiuiſus ſumitur ſub qualibet parte. Si cut integro ſpeculo tota & vnica forma relucet in toto & in fracto ſpeculo ſit vnius & eiuſdem formæ numero & totius integræ formæ ad quamlibet ſpeculi fra-

Parte 2. vita Criſti ca. 56. Quæ mirāda ſunt in Sacramento Euchar.

Similitudo.

ſturam reflexio.

Lib 3. de officio Sacerdotis Tractatu 14.

Albertus Brixianus, Vix. anno 1338.

Continetur ipſe Chriſtus realiter & vere in Euchariſtiæ Sacramento, qui quoniam ipſe in propria ſpecie ſecundum quam viſibilis eſt, corporaliter diſceſſurus erat à Diſcipulis, vt Eccleſia haberet ipſum Chriſtum in ſpecie ſacramentali, inſtituit Sacramentum Euchariſtiæ, in quo Chriſtus verè continetur. Verum autem *corpus Chriſti & ſanguinem* eſſe in hoc Sacramento, neque ſenſu, neque imaginatione, neque naturali cognitione hominis vel Angeli poteſt cognoſci. Quidam auté dixerunt corpus & ſanguinem Chriſti nõ eſſe in hoc Sacramento ſecundum veritaté, ſed ſolum ſicut in ſigno. Sed hæc poſitio eſt abiicienda & fugienda tãquam hæretica & pernitioſa. Diuina autem virtute in hoc Sacramento conuertitur panis in uerum *corpus Chriſti*, & uinũ cõuertitur in verum ſanguinem eius. Cum ergo in hoc Sacramento ſit uerum *corpus Chriſti*, & verus ſanguis eius, nec incipiat eſſe in hoc Sacramento per motum localem ipſius corporis vel ſanguinis, quia non deſinit eſſe in cælo per conſecrationem panis & vini, ſed incipit eſſe in hoc Sacramento per conuerſionem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam *corporis Chriſti*. Ideo illa poſitio, quæ dicit, quòd in hac conſecratione poſt conſecrationem manet ſubſtantia panis & vini, & non conuertitur in corpus & ſanguinem Chriſti, eſt uitanda tanquã hæretica, quia excludit veritatem huius Sacramenti. Hæc autem conuerſio panis & uini in corpus Chriſti & ſanguinem, non eſt ſimilis naturalibus conuerſionibus, ſed eſt omnino ſupernaturalis, & effecta per ſolam Dei uirtutem. In conuerſione autem naturali diuerſæ formæ ſucceduut ſibi in eodem ſubiecto, ſiue in eadem materia, & ſic totum non conuertitur in totum. Conuerſiò panis in *corpus Chriſti* & vini in ſanguinem nõ eſt naturalis, ſed proprio nomine poteſt dici tranſubſtantiatio, quæ & ſola Dei uirtute fieri poteſt.

Petrus Aruernus, Credo illum vixiſſe circa annum 1340.

Dicendum quòd Sacramentum Ordinis ad Sacramē tum Euchariſtiæ ordinatur, quod eſt Sacramentum ſacramentorum: ſicut enim templum, & altare, & uaſa, & veſtes, ita & miniſtri, qui ad Euchariſtiam ordinantur conſecratione indigent. Et ideo diſtinctio Ordinis eſt accipienda ſecundum relationem ad Euchariſtiam, quia poteſtas Ordinis aut eſt ad conſecrationem ipſius Euchariſtiæ, aut ad aliquod miniſterium ad Euchariſtiæ Sacramentum ordinatum. Si primo modo, ſic eſt Ordo Sacerdotum: & ideo cum ordinâtur, accipiūt calicem cum vino & pane, accipientes poteſtatem conſciendi *corpus Chriſti & ſanguinem*. Cooperatio autem miniſtrorum eſt uel in Ordine ad ipſum Sacramentū, vel in Ordine ad ſuſcipientes. Si primo, ſic eſt tripliciter. Primò enim eſt miniſterium, quo miniſter cooperatur Sacerdoti in ipſo Sacramento, quantum ad diſpē ſationem, ſed non quantum ad conſecrationem, quod ſolus Sacerdos facit. Ad Diaconum pertinet miniſtrare. Sacerdotibus in omnibus quæ aguntur in Sacramētis Chriſti, vnde & ipſi diſpenſant *ſanguinem Chriſti*. Secundo eſt miniſterium ordinatum ad materiam Sacramenti ordinandam in ſacris vaſis ipſius Sacramenti, & hoc pertinet ad Subdiaconum: unde in litera dicitur, quòd corporis & ſanguinis Chriſti uaſa portant. Tres ſunt ordines ſacri, qui habent actum circa corpus Chriſti & ſanguinem. Principalis actus Ordinis Sacerdotis eſt conſecrare corpus Chriſti. Vnctio ſolis Sacerdotibus fit, qui propriis manibus *corpus Chriſti* tangunt: ſicut & calix vngitur, qui continet ſanguinem, & patena, quæ continet corpus. *In Complemento Summæ B. Thomæ Aquinatis. Queſt. 127.*

Ioannes Andreas, Vixit anno 1341.

Si quæ ſunt uerba in Canone miſſæ, quæ ab Euangeliſtis dicta non fuerunt, primo credere debemus, quòd à Chriſto *In lib. 3. Clementinarum.*

à Chriſto Apoſtoli, ab ipſis, eorum ſucceſſores accepe runt. Secundo, quod in Sacramento Euchariſtiæ aqua cum uino tranſſubſtantiatur *in ſanguinem.*

Lupoldus Epiſcopus Babenbergenſis, Vixit anno 1342.

Lib. de zelo Catholicæ fidei veterum principum Germanorũ

Ex regibus verò Viſogotthorum Leonigildus, qui regnauit in finibus Hiſpaniæ, in tantum erat Arianæ perfidiæ deditus, quòd Hermigildũ filium ſuũ, pro fide catholica per eum detentum, *corpus Chriſti* à quodã Ariano Epiſcopo in die ſancto Paſchæ recipere renuentem, per ſuos apparitores interfici procurauit.

S. Germanus Epiſc. Conſtantinopolitanus. Vixit circa annum 1343.

Miſſa ſacrificatio incruẽtæ victimæ. Rerum eccleſiaſt. Theoria.

Agnoſcite omnes Sacerdotes, qui ſacro altari aſſidetis, & incruentam victimam ſacrificatis, quod viuas paſſiones Chriſti annuncietis. Ipſe dixit, Hoc eſt corpus meum, hic ſanguis meus. Ipſe & Apoſtolis iuſſit, & per illos vniuerſæ Eccleſiæ, hoc facere: Hoc enim, ait, facite in meam commemorationem. Non ſanè id facere iuſſiſſet, niſi uim inditurus fuiſſet, ut id facere liceret, & quæ eſt deprecatio? Spiritus ſanctus, uirtus ex alto, quæ Apoſtolos armauit, ut eis à Domino dictum fuerat, Sedete in vrbe Ieruſalem donec induti ſitis uirtute ex alto. Hoc opus eſt eius ingreſſus. non enim ſemel egreſſus, in poſterum dereliquit nos, ſed eſt nobiſcum, & erit in perpetuum in æuum. hoc per manum Sacerdotum & linguam myſteria cõficit: ac non ſanctum Spiritum duntaxat miſit Dominus noſter, ut maneat nobiſcum, ſed & ipſe pollicitus eſt ſe manſurum nobiſcum, vſque ad conſummationem ſeculi. At Paracletus incõſpicuus adeſt, quia ipſe corpus non guſtauit: Dominus uero & conſpicitur, & tangi ſe patitur per tremenda & ſacra myſteria, ut qui noſtram naturam acceperit, eam

Spiritus ſanctus inuiſibiliter præſens in Euchari.

que

que geſtet in ſecula. Hæc ergo Sacerdotij virtus, hic Sacerdos. nō enim ſemel cum ſe obtulerit & ſacrificarit, Sacerdotio defunctus eſt, ſed hoc perpetuo noſtrū miniſterii munus obit, quo & aduocatus eſt pro nobis apud Deum per æuum. Propterea nulla fidelibus de ſanctificatione donorum ſupereſt, neque de aliis Sacramētis, an ſecundum propoſitum & preces Sacerdotum cō pleantur. Signare autem diuina dona, vt aduentu & glorioſa ſancti Spiritus præſentia tranſmutet & faciat, ex pane quidem, ipſum pretioſum *corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti*: ex eo autem quod eſt in calice, *ipſum pretioſum ſanguinem* magni Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro mundi uita & ſalute: & vt participantibus ex eo fiat in remiſſionem peccatorum & vitam æternam. *cōſecrationo* *Tranſubſtātiatio.*

Bartholomæus Santocordius,

Vixit anno 1344.

Qualiter eſt Chriſtus in hoc Sacramento? Chriſtus idē, qui de virgine natus & pro nobis eſt paſſus in hoc Sacramento continetur, & ſicut ibi eſt vere Chriſtus, ita & ibi ſub vna quantitate. ſed non vtitur ea, occupādo locum, ſicut & non vtitur claritate ſua illuminando aerem. Item poteſt ſimul eſſe in pluribus locis, in quantum plura indiuidua, id eſt, panes plures tranſſubſtantiātur in ipſum. Item in qualibet parte hoſtiæ *eſt totus Chriſtus*, & in minima, quandiu ſcilicet manet ſpecies panis aut vini. *In Summa Piſana.*

Ioannes Haſalanus, Vixit anno 1345.

Euchariſtia eſt Sacramentum, & modo communi cū aliis Sacramentis, ſcilicet, ſignando & cauſſando ſanctitatem: & modo ſpeciali ſcilicet, continendo totius ſanctitatis auctorem, propter quod excellentiſſimum eſt omnium Sacramentorum. Si Sacerdos deficiat, quando corpus iam conſecratum eſt & non calix, vel etiam vſque ad finem Miſſæ de præparando calice cum uino oblitus fuerit, uel aliqua de cauſſa neglexerit: iam ab anti- *Lib. 3. Quæſt. Caſualium Titulo 24. Rubrica 48 & 54*

quo

déda. Primo, ut ſciat quis, quem recipere debeat. Quia verum dominum, qui fecit cælum & terram, & uerum hominem, qui pro nobis pependit in ligno. Secundo, quòd, quem eſt recepturus, eſt ſanctus ſanctorum, & omnis ſanctitatis origo. Tertio ut ad tam excellentem Dominum uereatur accedere tam uilis creatura. Quartò, multum cauere homo debet, ne cum tædio atque cordis torpore ad id Sacramentum accedat, in quo continetur ſumma bonitas & infinita iocunditas. Maximè in iſto exigitur Sacramento, vt cogitet quòd illam tā *nobilem carnem* in ara crucis immolatam pro nobis, dignatus eſt donare nobis in cibum, *& ſanguinem eius* effuſum pro redemptione humani generis de latere ſuo in potum. *muli amoris cap.16.*

Helvvicus Germanus, Vix. an. 1365.

Corpus Chriſti ſub Sacramento aſſimilatur illi libro quem uidit Ioannes ſignatum ſigillis ſeptem, propter ſeptem mirabilia, quæ ſub ibi. Primum eſt, quòd ſit de pane non mutatum, ſed manens idem: & ponitur à quibuſdam exemplum. Sicut cognitio mea mediante voce fit tua, manens mea. Secundum eſt, quòd tanta magnitudo ſub tam parua ſpecie tota latet. Et ponunt quidā exemplnm, ſicut in parua pupilla oculi totus mons magnus recipitus vel uidetur. Tertium eſt, quod totū corpus per os hominis intrat non diminutum, eadem potentia, ut quidam dicunt, qua clauſo utero de uirgine exiuit, & etiam de ſepulcro. Quartum eſt, quòd comeditur non conſumptum, & non diuiſum. Et ponunt aliqui exemplum in ſenſu viſus. Sicut uiror herbæ ab oculo videntis, quaſi quidam eius cibus ſuſcipitur, nec tamen ipſa herba minuitur vel diuiditur. Quintum eſt, quòd ab immnndis tangitur, ſine contragione ſui, ſicut lumen Solis recipitur in re fœda, nec tamen fœdatur. Sextum eſt, quòd à pluribus ſumitur, & in pluribus locis conficitur, nec tamen augetur vel minuitur: ſicut, ſi multæ candelæ ab vna accēdantur, illa una propter hoc *Lib.7. de Similitudinibus rerum, cap.9*

nec

Robertus Holcothius, Vix.an.1350.

In li. Sapien pientiæ c.16 Lectio.183.

Notandum quòd per manna in ſacra ſcriptura figuratur ſignanter Euchariſtiæ Sacramentum. Sicut enim filii Iſrael tranſeuntes per deſertum verſus teram eis à Domino promiſſam, cæli refocillabantur alimento: ita nos per mundum ad cælum pergentes, *corporis & ſanguinis Chriſti*, quotidiano viatico recreamur. Sermo Criſti mutat creaturam, & fit ex pane *corpus Chriſti*, & vinũ cum aqua in calice permixtum, fit ſanguis Chriſti conſecratione verbi cæleſtis.

Fiſchatius Doctor, putatur vixiſſe circa annum.1352

In 4. lib. Sentent. Diſtinctione 11.

Quæritur quare non datur populo *corpus Chriſti* ſub ſpecie vini, ſicut ſub ſpecie panis, vel ſimul ſub vtraque. Reſponſio, Multiplex aſſignatur ratio, una, quam tangit Iulius Papa De conſecra. diſt. 2. Cum omne. Alia eſt propter periculum. Facilius enim elaberetur gutta quàm hoſtia. Tertia, quia in lege & in ſacrificiis offerebantur libamina. De libamine autem nihil habebant offerentes, ſed tantum Sacerdos: licet de ſacrificio haberent. Et ideo ut innoteſcat & cõgruat veritas ſigno: de ſacrificio, ſcilicet de *corpore chriſti* ſub ſpecie panis datur populo, ſed ſub ſpecie libaminis non.

Ioannes Thaulerus, Vixit nono 1354.

Sermone in Dominico die. 7. poſt feſtũ S. Trinitatis.

Quod hodierna die quatuor hominum milia ſeptẽ panibus & piſciculis paucis Dominus noſter Ieſus Criſtus pauiſſe legitur, ſpiritualiter dilectiſſimi accipere debemus, quod videlicet idem ipſe ſanctam Eccleſiam ſuam non modo pane materiali, ſed etiam *ſacratiſſimi corporis ſui* pane ſuperſubſtantiali reficiat inceſſanter & paſcat. Et in præſentiarum de excellentiſſimo digniſſimi Sacramenti cibo, in quo tota conſiſtit ſalus noſtra, dicturi ſumus. Dominus & redemptor noſter Diſcipulis ſuis ait: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi. Hoc vltimum fuit illius

In Sacramẽto Euch. conſiſtit tota ſalus noſtra.

lius ad Diſcipulos verbum, quando ab eis corporaliter diſceſſurus locutus eſt, non ſolum vt eos, verum etiam vt omnes electos ſuos, quos in hoc exilio magno ſui deſiderio tenendos præſciuit, conſolaretur: ad memoriam eis reducens ſupereffluentem illam charitatem quando in ultima cœna ſacratiſſimum & amabiliſſimũ pignus, dulciſſimam pretioſiſſimi *corporis ſui præſentiam*, nobis omnibus dereliquit. Ait ergo iam iamque receſſurus: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Ac ſi diceret: Agedum chariſſimi mei videte, vt me ipſum uobis reliquerim. Ita enim non immeritò omnis dolor veſter in ſolenne vertetur gaudium, contemplantibus vobis, ut ad finem vſque ſeculi per præſentiam corporis mei vobiſcum in terris ſum permanſurus. Dum anima fidelis fideliter ſecum cogitat, in hoc digniſſimo Sacramento præſentia adeſſe illius *corpus, ſanguinem* & animam, diuinitati vnita, qui per diuinam præſentiam ſuam cælum, & cuncta quæ in illo ſunt, implet: quodque idem omnia, quæ ab ipſo petierit, ſaluti ſuæ vtilia, ſibi velit impẽdere ac impartiri, merito conſolatoria ſæpè fiducia & animæ pace repleri poteſt.

Guido, ſiue Vvido Epiſcopus Cameracenſis, videtur vixiſſe circa annum 1355

Tertius fructus eſt, quia hoc Sacramentũ munit animã & præmunit contra inſtantes neceſſitates & tentationes, ſicut caſtra armis & commeatu muniuntur contra hoſtes. Vnde Beatus Ambroſius loquens de hoc Sacramento dicit. Cum hoſpitiolum tuum aduerſarius tuus uiderit occupatum fulgore cæleſtis præſentiæ, fugiet. Cum enim caſtrum cordis pii videt Dominicalibus armis & ſpiritalibus circuncinctum, pane, uino, & carne repletum, receditque dicens: hoc caſtrum nõ poſſum vi euincere, nec longa obſidione expugnare: quia hic hoſpitium habet, qui fortis eſt in prælio. Et hic eſt ſub ſpeciebus panis & uini *corpus & ſanguis Chriſti*. Hæc

Sermone de 12. Sacramenti fructibus.

quo conſilium doctorum eſt, quòd *hoſtia corporis* ſi ſumpta non eſt: in corporalibus mundè reponatur, & calix ritè præparetur & ab illo loco. Simili modo poſtquàm cœnatum eſt, Canon ſuper calicem peragatur, quia tūc non iteratur, eò quòd nihil anteriorum dictum eſt ſuper calicem & tunc in fine Miſſæ corpus & ſanguis accipiantur.

Godofridus Tranenſis, Vixiſſe uidetur circa annum 1346

Lib. 3. ſuper Titolos Decretalium, Titulo. 22

De corpore Chriſti tres ſunt opiniones. Vna dicit quòd illa ſubſtantia, quæ prius fuit panis & vinum, poſtea fit corpus & ſanguis. Alia tenet, quòd ſubſtantia panis & vini deſinat ibi eſſe: & tātum accidentia ipſorum ibi remaneant, ſcilicet, ſapor, color, & pondus, & ſub illis accidentibus *corpus Chriſti*. Tertia verò aſſerit, quòd remanet ibi ſubſtantia panis & vini, & in eodem loco, & ſub eadem ſpecie eſt corpus & ſanguis Chriſti. Quælibet harum opinionum, fatetur *verum corpus Chriſti* eſſe in altari. Quarta opinio dicit, non eſse in altari corporis & ſanguinis veritatem, ſed imaginem tantum, ſeu ſpeciem, & figuram: & iſta reprobatur vt hæretica.

Nicephorus Caliſtus, Affirmant quidam illum vixiſſe circa annum 1347.

Eccleſ. hiſt. ca. 28. lib. 1

Cum verò rurſus diſcubuiſſet, myſticum tradidiſſe ſacrificium horrendorum ſimul & viuificorum noſtrorū myſteriorum fermentato pane & vino ex vite expreſſo, eaque cum per gratiarum actionem & ſanctificationem benedixiſſet, Diſcipulis dediſſe: Et cum *vere corpus & ſanguinem ſuum eſſe*, quaſi fide ſua interpoſita, confirmaſſet, accipere & participare eos illa, quippe nulla re *à diuina carne ſua diſcrepantia*, iuſſiſſe, atque id, ad eundem modum, in futurum deinceps fidelibus faciendum ad ſinceram euidentemque ſui memoriam per manus tradidiſſe.

Simon à Caſsia, Vixit anno 1348.

Li. 1. de My

Seipſum aliter non alium in verbo ſuo fecit, tranſſubſtan-

ſubſtantians terrena & mortali *in corpus & ſanguinem ſuum*, vt eſſent hominibus in anima cibus & potus, ut iã in deſerto uitæ præſentis præpararetur menſa peculiaris populo Dei, non in fomentum corporis ſed mentis: non ut caro, ſed vt anima nutrietur, & una menſa hominum & Angelorum, ſi non in eodem loco, ſaltem in eodem cibo, vſque dum eſſet omnia in omnibus Deus, & ſpes prærogaretur hominibus perueniendi ad Deum & fruendi Deo, cum in hac vita Deitate in rebus tranſſubſtantiatis in corpus cibantur & potantur. Vniri cum creatura volens Angelos non apprehendit, dæmones abhorruit: vt eſſet homo inter homines, & vnionem naturarum fecit. Et nunc *ſuum corpus* illi naturæ, à qua ſumpſit corpus in duplici ſpecie reliquit, inſinuans dignitatem dilectionemque ad homines, quaſi iam vicem reddens, vt illi naturæ, quæ dedit ei aſſumenti corpus, & relinqueret ſuum corpus, ita relinquens quod ferens, ſic ferens quod omnino relinquens, vt quod tenemus iam ſit in cælo, & quod eſt in cælo & nos inhæſitãter in terra teneamus. Virtute verbi eius facit ille, cuius intereſt ex ordine, Sacramentale *Chriſti corpus* efficere tranſſubſtantiando naturas. Attamen primus huius myſterii auctor extitit ille Chriſtus vnigenitus Dei filius, qui res, quas natura ſolita & ſolito & inſolitis produxit, in corpus ſuum & ſanguinem mirabili poteſtate conuertit. In iſto autem myſterio neque deſcenſio, neque aſſumptio, neque vnio facta eſt: ſed conuerſio ſubſtantiæ in ſubſtantiam.

ſterijs verbi increati, ca. 20.

Bernardus Abbas Montiſuaſsini,

Vixit anno 1349.

Facta tranſſubſtãtiatione panis & vini in *Dominicum corpus & ſanguinem* verum, poſtulamus à Deo quòd in ſublimi altari ſuo aſſumat fideles Eccleſiæ, qui ſunt corpus Chriſti myſticum.

In B. Benedicti Regulã.

Robertus

dere:ſed ſola fide conuenit hoc ſcire. Hæc enim ſolius diuinæ virtutis operatio eſt immenſa, & ideo fideliter hoc credendum eſt: & cauendum à præſumptuoſa perſcrutatione. Si poſſibile videtur,quod Conditor orbis dixit,& facta ſunt vniuerſa ex nihilo,quare tam impoſſibilis videtur hæc tranſmutatio? Et ſiue maior ſit actus iſte tranſſubſtantiationis,creatione, ſiue minor,ſiue æqualis,non inconſonum rationi eſt credere, quod hic, qui mundum ex nihilo producere potuit, uirtutem ſuã nequaquam ad hunc ſolum actum limitauit: ſed ſicut omnia quæcunque voluit fecit,ſic non erit impoſſibile apud Deum omne verbum,ſed ei ſubeſt, cum voluerit poſſe.Vnde ergo miraris vnum, reliquum verò non miraris? Præterea credis, quòd diuina ſapientia de quinque panibus quinq; millia hominum pauit, quæro qualis fuerit materia quæ omnipotentiæ ſuæ tunc ſubſeruiebat?*Diſcipulus.* Ad hæc reſpondere neſcio, niſi quòd mirabilia opera Dei eſſe exclamo. *Sapientia. Corpus Dominicum* non eſt eo modo in Sacramento, ſicut corpus in loco,quod ſuis dimenſionibus loco commenſuratur, ſed eſt ibi modo quodam ſpirituali. Et ſi quæris qualis ſit iſte modus,dico quod eſt talis, qui eſt proprius huic Sacramento, ad quem ſciendum imaginatio tua pertingere non poteſt.Vnde & intellectus tuus tanquam cæcutiens redigendus eſt in captiuitatem,videlicet in obſequium Chriſti,& præ oculis habendum quantum virtus infinita poteſt,cui omnis materia obedit ad nutum. *Diſcipulus.* Mirum eſt,ſi de cætero ab Eccleſia auelli potero,vbi Dominum meum præſentem habeo,non ſolũ ſpiritualiter,ſed & corporaliter! O quàm gratum mihi fuiſſet, ſi vel vnicam guttam tam pretioſi ſanguinis de dilecti mei vulneribus in os meũ recipere meruiſſem. felicem me reputaſſem, ſi de eius pectore tam pretioſiſſimum liquoris ſtillicidium ſumere potuiſſem. Nunc autẽ diligentiſſima conſideratione incipio aduertere, quòd non ſolum vnam guttam, vel duas de manibus, vel pedibus, ſeu de pectore profluentes recepi, quini-

mo totum ſanguinem ipſius ſumpſi,& corpus eius corpori meo ſociatum eſt.

Ricardus Notinghamius. Videtur Vixiſſe circa annum 1369.

In 1. ad Corint. Epiſt. Triplex cauſſa poteſt aſſignari, quare *ſanguis* non eſt tradendus fidelibus ſub ſpecie vini. Vna propter periculi vitationem: quoniam enim *ſanguis* fluxibilis naturæ eſt, citò ac facile poſſet effundi. Vnde propter vitandum periculum, ne effunderetur cum fidelibus traderetur, præordinatum eſt, vt non tradatur ſanguis ſub ſpecie vini, ſicut *corpus ſub ſpecie panis*. Secunda ratio eſt, propter erroris remotionem. Nam ſecundum Auguſtinum totũ corpus ſumitur ſub ſpecie panis, & totus Chriſtus ſub ſpecie vini. Cur tamen ſub duplici ſpecie ſe totum dederit, ratio fuit iſta, ut oſtenderet totam naturam humanam ſe aſſumpſiſſe: & quia panis refertur ad corpus, vinum uerò ad animam, ideo ſub vtraque ſpecie voluit Sacramentum iſtud eſſe confectum, vt animæ & corporis ſignificaretur in Chriſto ſuſceptio, & vtriuſque naturæ liberatio. Ne igitur ab infidelibus credatur non eſſe *corpus Chriſti* ſub vtraque ſpecie, ideo ſub vna ſpecie tantum traditur fidelibus. Tertia ratio eſt, propter myſticam ſignificationem Iudæ ſuo proditori intinctam buccellam porrexit. Ne igitur fideles videãtur ſimiles eſſe Iudæ proditori, conſuetudo Eccleſiæ habet, vt fideles Chriſtiani intinctum, non recipiant.

Cur ſub vni tantum ſpecie corp. Chriſti Chriſtianis tradatur.

Iacobus Lauſanenſis, Vix. an. 1370.

Concione. 1 de Cœna domini. Nulla res creata poteſt vnam ſubſtantiam in aliam permutare, niſi cum tempore & ſucceſſione. Hic autẽ panis ſubito *in corpus Chriſti* tranſubſtantiatur, propter quod hoc fit virtute diuina, quæ verbis Sacramentalibus talem virtutem indidit.

Guilielmus Anglus, Vix. circa an. 1371.

In Ioã. Vrſ clephum, & Bene oſtendis te eſſe de hæreſi Anthropomorphitarum, qui Deum credunt humanis membris in Deitate

forma

formari,quia dicunt ſcripturæ,Manus tuæ fecerunt me os Domini locutum eſt, & brachiū eius dominabitur. De quibus Auguſtinus de Hæreſibus cap. 1. Sic tu dicis:Panis naturalis eſt *corpus Chriſti*, quia ſic loquuntur verba ſcripturæ. Et eſt contra te Beatus Ignatius Antiochenus Primas,& Diſcipulus ſancti Ioannis, cuius verba ſunt fidelibus ſacroſancta.Ipſe namque ſcripſiſse fertur ſic in Epiſtola. Conſiderate quomodo Anthropomorphitæ à communione & oratione Sanctorum recedunt, quia nō confitentur Euchariſtiam *carnem eſſe Saluatoris*,quia poſuerunt Euchariſtiam eſse panē, quia ſcriptura vocat eam panem. *eius trialogum,*

Ioannes Contractus,putatur vixiſſe circa annum.1373

Tertio debet accedere cum fide integra.Ad Hebræos 10.Chriſtus initiauit nobis viam nouam & viuentē per velatam carnem ſuam,id eſt, *per carnem*, quę in Sacramento uelatur. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.Quicunque enim vult agnum paſchalē, id eſt,*corpus Chriſti* ſumere,debet baculum fidei in manibus habere ne cadat in errorem. Noli diſcutere qualiter ſit ibi *corpus Chriſti*,ſed certò ſcias, quòd ibi ſit verū corpus Chriſti, quod concepit & peperit virgo Maria: quod pependit in cruce:quod ſedet ad dexteram Patris in cęlo:quod apparebit in die nouiſſimo.Iſtud crede & noli dubitare, quia dixit ille,qui mentiri non potuit, Hoc eſt enim corpus meum. Si credis his, quæ tibi dicit homo verax, crede magis his, quæ dixit Chriſtus, qui eſt via,veritas,& vita.Noli dubitare, nihil Deo eſt impoſſibile. Omnes ſenſus hic falluntur, quia apparet ibi panis, ſed fides oſtendit ibi eſse *corpus Chriſti* verum. *Sermone de Cœna Domini.*

Himbertus Abbas Pruliacenſis,Putatur Vixit anno 1377,

Quæritur vtrum corpus Chriſti contineatur in hoc *In 4.lib.Sent.*

Sacramento altaris. Dicendum, quod ſicut enim perfectè Deo per Sacramenta coniungamur, oportet ipſum *Chriſtum realiter* in aliquo Sacramento cõtineri, & hoc eſt Sacramentum Euchariſtiæ. Vtrum cõtineatur Chriſtus in hoc Sacramento, quantum ad animam. Dicendum, quòd ſic, ſed non virtute Sacramenti, ſed per quãdam naturalem concomitantiam, quam habet anima ad corpus, & eodem modo dicendum eſt de diuinitate, & de aliis, quæ ſunt in Chriſto, præter eſsentiam corporis eius. Vtrum Chriſtus ſit in Sacramento per ſuam totam quantitatem. Dicendũ, quòd tota quantitas corporis eſt ſub dimenſionibus panis facta conſecratione, non tamen eſt ibi ſecundum proprias dimenſiones, ſed ſicut ſubſtantia corporea localiter eſt alicubi, & locum occupat ratione ſuarum dimenſionum: ſic in Sacramento altaris *eſt tota Chriſti quantitas* per modum ſubſtantiæ corporis exiſtentis Sacramentaliter in altari.

Pelbartus Pannonius, putatur Vix. an. 1378.

Sermo. 1. In ſolennitate corporis Criſti.

Sacro ſancta Euchariſtia per maxima reuerentia ab omnibus eſt adoranda & veneranda. Quia totus Deus, & Chriſtus Ieſus in hoc Sacramento eſt præſens, & veraciter continetur. Sed quæritur quomodo in hoc Sacramento comprobatur eſse totus Chriſtus, cum in cõſecratione panis, de ſolo corpore Chriſti fit mentio, & in cõſecratione vini de ſolo ſanguine Chriſti. Ad hæc reſpondetur, quod in hoc Sacramento primo continetur aliquid ex vi verborũ per trãſubſtantiationem, & ſic in hoſtia uel ſub ſpecie panis continetur verum corpus Chriſti, & in calice ſub ſpecie uini continetur ſanguis Chriſti, quia ſubſtantia panis cõuertitur ex vi verborum conſecrationis *in corpus Chriſti*, & ſubſtantia uini conuertitur in ſanguinem Chriſti.

Bartholomæus Piſanus, Vix. an. 1380.

Lib. 3. Conformitatum Fructu. 1.

Omnia miracula à Chriſto facta cum eſsent ſuę Deitatis declaratiua, unũ tamen erat omiſsum, in quo creatura nullo modo vires habebat, nec habere poterat, ſcilicet,

licet, ſubſtantiam in ſubſtantiam conuertere, quia hoc eſt ſolius Dei: quare iſtud à Chriſto erat operandum, ſuæ Deitatis perfectiſſimè oſtenſiuum. Sed hoc quo tẽpore, niſi quando minus eius Deitas agnoſceretur? Quod utique fuit in paſſione conſideratis conuiciis ipſi Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto illatis, quare tẽpore, quo eius Deitas erat magis deteſtanda, ſingulari miraculo apud fideles erat reſeranda. Ad deſignandum refectionem ſpiritualem in aliquo viſibili, vtpote in pane & vino, vt in materia inſtitui debuit, vt ſicut panis & vinum præ aliis cibis plus & magis reficiunt corporaliter. & ſic & *corpus Domini & ſanguis* conuerſione panis & uini in ipſa ipſe reficeret præ cunctis aliis ſpiritualiter. Fuit Chriſtus Sacerdos (vt dicit Propheta Dauid) ſecundum ordinem Melchiſedec, ipſe obtulit Deo patri ſuo panem & vinum in ſacrificium, ſcilicet, conuertendo in *corpus & ſanguinem ſuum.* Multa ſunt in hoc Sacramento ſtupenda. In hoc Sacramento panis in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti conuertitur. Dictis enim verbis Sacramentalibus à Sacerdote, in vltimo inſtãti completionis ipſorum, ſtatim Chriſtus ſub ſpecie adeſt hoſtiæ.

Ioannes Rusbrochius, moritur an. 1381.

Maria eſt panis & uinum: forma autem, Domini verba, quibus ait: Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus. Cum enim diceret, Hoc eſt corpus meum: panis ſubſtantiam *in ſui corporis ſubſtantiam conuertit*, non quod panis rediret in nihilum, ſed in ipſius *Domini corpus* trãſiret: non nouum corpus, ſed illud idem, quod aſſidebat menſæ: quod cum Diſcipulis edebat ac bibebat, hoc ipſum, inquam, corpus etiam in Sacramento ſuis Diſcipulis coram exhibuit. Qui licet non paruo afficerentur gaudio, quòd eum oculis externis menſæ aſſidentẽ cernerent: attamen quòd idem illud corpus internis oculis fidei in Sacramento conſpicerent, maiorem illis lætandi materiam præbuit. Nec quiſquam eorum omniũ *Cap. 4. Speculi æterna ſalutis.*

ex eo percontatus eſt: Domine magiſter, quinam hoc fieri poteſt, certi eũ, qui cælum, terram, & omnia creaſſet ex nihilo, & qui in momento temporis Aegypti flumina in ſanguinem, vxoremque Lot in ſalis ſtatuam vertiſset, & ex petra duriſſima ingentem aquarum vim eduxiſset, multaque alia mira ac ſtupenda, qualia veteris pariter & noui Teſtamenti paginæ loquuntur, egiſſet: nullo quoque negotio ſubſtantiam aliquam in aliã dum velit, mutare poſse: quippe cui omnia poſſibilia ſunt, cuiusque imperio ſubiacent omnia. Sed hic quæſo animaduerte: Omnis ille panis, quem Dominus in ſuum corpus conſecrauit, & quem Sacerdotes omnes in cunctis locis, cunctiſque totius orbis artis cõſecrãt, non niſi una panis natura eſt, ſimulque hoſtiæ omnes in conſecratione per rectam intentionem & uerborũ, quibus fit conſecratio, prolationem, velut una materia & ſimplex quædam ſubſtantia adunantur: & quidquid ante panis erat, totum trãſit in corpus Chriſti. Et quã uis hoſtiæ per cũcta orbis climata diuiſæ ſinta, nõ tamẽ niſi vnum ſunt Sacramentum ac vitale Chriſti corpus in toto Sacramento vnum ac indiuiſum eſt.

Simon Cremonenſis, Vixit an. 1382.

Sermon. 21 In Epiſtolas Dominicales.

Cauſsam quare debemus eſse azymi, id eſt, puri, eſt, quia Chriſtus immolatus ẽ pro nobis in paſſione, qui eſt Paſcha noſtrum, id eſt, agnus paſchalis, quem edere debemus. Apoſtolus hortatur nos ad comeſtionem ſacri ſeminis, id eſt, *corporis Chriſti*, quod declaratur agni refectione, cum dicitur, Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Eſt ſciendum, quòd comeſtio corporis Chriſti figurata fuit Exod. 12. Vbi præcipiebatur, quòd decima die menſis primi tolleretur agnus ſine macula.

Gerardus Magnus, Vixit anno 1383

Tractatu cõtra Fornica

Perpende & attende Sacerdos, quanta diligentia, quanta vigilantia, ſancti Angeli ſeruauerunt locum ſepulcri,

pulcri,Dominico corpore iam ſublato,rediuiuo,& glorificato,in quanta vultus & ueſtium venuſtate apparuerunt ſanctis mulieribus ſepulcrum viſitantibus & corpus requirentibus.Inde proculdubio ſcire debes, quòd ſi *idem corpus* modo ſupra modum glorioſum reſidēs ad dexteram Patris,dignè tractaueris,& ei mūdum & nouum ſepulcrum tui corporis præparaueris, & ipſum ſindone munda, id eſt, conſcientia pura inuolueris: non deerit tibi tam in anima,quam in corpore frequēs Angelorum cuſtodia. *tores ſacerdotes.*

Gallus Abbas Aulæ Regiæ, Vix.an.1384

Notandum ſuper omnia ac preſupponendum eſt certiſſimè,veraciter,& ſine omni dubitatiōe, quod in hoc Sacramento continetur *verum corpus Chriſti*,Deus & homo, cum corpore & anima in carne & ſanguine, ſicut tunc prodiit ex utero virginis,& in cruce pependit, ac ſedet ad dexteram Patris. Hoc affirmat Beatus Auguſtinus ſic dicens,Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce: hoc accipite in calice, quod effuſum eſt de Chriſti latere.In ipſa carne hic ambulauit, *& ipſam carnem ad manducandum nobis ad ſalutem dedit.* Conſiderandum etiam,quòd ſub ſpecie panis & uini eſt *corpus Chriſti* per conuerſionem,& *ſanguis* per connexionem,& anima per cōiunctionem,& *Deitas* per unionem.Iſta enim quatuor non poſſunt diuidi, nec ab inuicem ſeparari. Eodem modo dicendum eſt de *ſanguine*, & ſub utraque ſpecie *Chriſtus totus continetur.* *Lib. 3. Mali Granati, capit. 13.*

Matthæus Epiſcopus Vvormacenſis, Vixit anno 1386.

Ratio. Dic ergo,nunquid non mouet te ſatis tāta vtilitas,& conſolatio totius Eccleſiæ, pro qua inſtitutum eſt Miſsæ officium? *Conſcientia.* Quæ eſt illa? *Ratio.* Qui hanc ignorat,non mirum eſt,ſi minus ad celebrandum afficiatur. *Conſcientia.* Et ſi aliquid intelligo, uel fide cōcipio,minus utique eſt, quam quod ſcire uelim vel debeam *In Dialogo ſuo.*

beam:deſidero autem ex collatione tua amplius erudiri. *Ratio.* Sacramentum *corporis Chriſti* eſt redemptoris noſtri,& redemptionis noſtræ memoriale, dulciſſimū pignus hæreditatis æternæ, futuræ iocunditatis amabile præludium,arrha ſponſæ,iocale diuinum, cælitus ei donatum. Eccleſiæ militantis cum triumphante ſuaue glutinum & unio fraterna, dum eandem dulcedinem, qua illa fruitur ſine velamento, iſta habet ſub mirabili Sacramento:cum veritas ibi reuelata,hic habetur palliata. Licet autem diuerſimode habeatur, idem tamen indubitanter eſt,quod & de quo gaudium hic & illic habetur:utrobiq; ueraciter præſens eſt, ſed illic ſub uiſibili ſpecie feliciter uidetur, hic autem ſub ſpecie viſibili mirabiliter occultatur. Et ſi illa cæleſtis Ieruſalem habet Deum ſuum iocundius, iſta autem militans in terris habet eum mirabilius. Quis autem æſtimare ſufficiat,quanta utilitas & conſolatio Eccleſię ſanctæ proueniat,dum tantum bonum quaſi de cælis ei mittitur, & per fidelē miniſtrum ei miniſtratur & præſentatur. Putasne etiā quantæ dulcedinis & iocunditatis eſt,tantæ rei Sacramentum uerbo conficere, habere Deū præ oculis,contrectare manibus, ore ſumere, & aliis miniſtrare? Eſt & aliud non minus allectiuum, quòd tamen ex eadem radice conſurgit. Quis eſt enim, quē non merito delectare debet occaſionem præbere deuotis affectibus,ſuſpiriis,ſcilicet,ſeruire,fidelibus ad tot & tantas oblectationes ſpirituales, quas ipſi habent Miſſæ aſtando, *corpus Chriſti* videndo,reuerenter adorando?

Henricus Boicius Vixit anno 1388

In lib. 3. decretalium. Per hæc uerba, *Hoc eſt enim corpus meum: & hic eſt ſanguis meus*, tranſſubſtantiatur *in corpus*,& uinum in ſanguinem.

Gerardus Zutphanius, Vixit anno 1390

Lib. de ſpiritualibus aſcenſionibus cap. 31. Cum autem iam tempus patiendi inſtaret, ipſe, qui ſuos ſemper dilexerat,vſque in finem dilexit eos. Siquidem tranſiturus ex hoc mundo,cœnam fecit magnam, mirabilem,

mirabilem, plenam myſteriis, & grauidam Sacramen tis. In qua cœna multa mirabilia fecit, imo mirabilium ſuorum omnium quoddam memoriale & compendiũ inſtituit, dans eſcam timentibus ſe in memoriam mira bilium ſuorum: Hoc, inquiens, facite in meam comme morationem. Sunt autem in hac cœna multa omni de- uotione & reuerentia reuoluenda, omniq́ue pietate co lenda. Sicut hic cibus bene & digne ſuſceptus magnam & multam confert animæ gratiam: ita malè diſpoſitis maiorem infert culpam & mortem. Vt autem ipſum di gnè poſſis ſuſcipere, te debes exercere ad huius Sacra- menti dignam ſuſceptionem. Igitur timor tibi inducet reuerentiam, adducens internis obtutibus huius Sacra menti profundiſſimam dignitatem, & digniſſimam ac metuendam profunditatem. Itaque ut reuerentiam hu ius Sacramenti, & dignitatem intelligas, & non inſenſi bilis ſine timore accedas, diligenter aduerte, quis eſt, quem ſumis. Sumis enim illum, quem Baptiſta Ioan- nes tangere tremiſcit, quem Petrus Apoſtolorum Prin ceps à ſe expulit, præ formidine ei non audens propin- quare dicens: exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Ipſum, quem ſumpturus accedis adorant domina tiones, tremunt poteſtates. Ipſe iſte, quem ſumis, erit iu dex tuus, & eius tribunali iudicandus aſtabis. Ipſe eſt, in cuius manus anima tua hinc egreſſa deueniet, ab eo vt meruit receptura. Vide igitur quanta reuerentia de beas accedere.

Renerus Pipernus, Creditur vixiſſe anno 1392.

Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, pertinet ad communionem ſui corporis, ſcilicet, ad Euchariſtiæ Sacramentum. Vbi poſſumus quatuor conſiderare cir- ca ipſum Sacramentum. Primò, ſcilicet, ſpeciem, ſecun dò inſtituentis auctoritatem, tertiò Sacramenti verita tem, quartò eius vtilitatem Species quidem Sacramen ti eſt panis. Auctor huius Sacramenti eſt Chriſtus, Nã licet *Comment. ſuis, in S. Ioan. Euang.*

licet Sacerdos cõſecret,tamen ipſe Chriſtus dat uirtutem Sacramẽto, quia & ipſe Sacerdos conſecrat in perſona Chriſti. Vnde in aliis Sacramentis utitur Sacerdos uerbis ſuis, ſeu Eccleſiæ: ſed in iſto utitur verbis Chriſti: Quia ſicut Chriſtus corpus ſuum propria uoluntate dedit in mortẽ: ita ſua virtute dat ſe in cibum, & ideo dicit,quem ego dabo.Et dicit dabo,quia non ante inſtitutum erat hoc Sacramentum. Veritas autẽ Sacramenti huius inſinuatur,cum dicit:caro mea eſt. Nõ autem dicit carnem meam ſignificat,ſed caro mea eſt: quia ſecundum rei ueritatẽ hic ſumitur verè *corpus Chriſti* Sed cum in iſto Sacramento cõtineatur totus Chriſtus,quare dixit tantum caro mea eſt?Ad quod ſciendũ eſt, quòd in iſto Sacramento totus Chriſtus continetur ſecundum veritatem: ſed corpus eſt ibi ex vi conuerſionis:diuinitas uerò & anima per naturalem concomitantiam.Vtilitas autem iſtius Sacramenti magna eſt,& uniuerſalis. Magna quidem,quia efficit in nobis, nunc uitam ſpiritualem,& tandem æternam, vt dictum eſt.Nam vt ex ſupra dictis apparet, cum hoc Sacramentum ſit Dominicæ paſſionis,continet in ſe Chriſtũ paſſum:vnde quidquid eſt effectus Dominicæ paſſionis,totum etiam eſt effectus huius Sacramenti.

Philippus Montis Galerij, Vix.an.1394

Concione de Corpore Chriſti. Quia inter Sacramenta Eccleſiæ, altiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ eſt in ſe nobilius, & plures effectus nobis vtiles in ſe habet,ideo præ cæteris appretiari debet,& deuotius venerari. Nam quantæ pretioſitatis in ſe ſit,ex hoc potes aduertere,quia in ipſo ueraciter continetur ille, qui eſt. Non poteſt eſſe maioris dignitatis,cum ſit *verus Filius Dei*. Chriſtus in hoc Sacramento contentus nos ſatiat ſpiritualiter, nos viuificat mentaliter,nos conſeruat æternaliter.

Thomas Galenſis, Vixit anno 1396

Lectione 63 Cyris & Medis mos ineſt, ut ſemper fœdus amici-

tiæ

tiæ & reconciliationis in conuiuiis per potationẽ ſanguinis alicuius confirmetur. Quod cum factum fuerit, non licet infringere. Reuera ad confirmandum animã cum proximo per dilectionem, à qua per peccatũ mortale cecidimus, eo quòd nullus poteſt proximum ſecundum charitatem diligere, qui Deum non diligit. ordinauit cæleſtis Dominus, vt hoc fieret in conuiuio menſæ ſuę, vbi non ſolum ſanguinem, ſed etiam *integrum corpus ſuum* omnibus hauriendum porrexit dicens: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. *In Prouerbia Solomonis.*

Nicolaus Gorranus, Vixit anno 1398.

Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator. Antiquitus dixit Eſaias verbum propoſitũ, ſed his diebus videtur præcipue impletum. Nam cum eſſet præſens ſub ſpecie panis & uini non uidebatur, cum eſſet omnipotens occidebatur, cum eſſet immenſus ſepeliebatur. Ergo uere abſconditus quo ad præſentiam corporalem in Sacramento. *Sermone de Cœna Dominica.*

Alphonſus Thoſtatus Epiſcopus Abulenſis, Suſpicantur quidam illum vixiſſe circa Annum. 1400.

In hoſtia verum *Chriſti corpus*, & anima, & ſanguis, & verbum ſunt: in calice autem, ſanguis, corpus, anima, & verbum. Non tamen eodem ordine, quia in calice *ſanguis Chriſti* primo & directe eſt: omnia autem alia, ſcilicet, corpus, & anima, & uerbum per quandam adhærentiam, quam ad ſanguinem habent, inſunt. In hoſtia uero corpus directè eſt, cætera autem, ſcilicet, ſanguis, anima, & uerbum, per adhæſionem ad corpus ſunt. *In Paradoxis ſecundis cap. 37.*

Ioannes Bromiardus, Vix. an. 1402.

Infidelibus mirabile videtur, quomodo natura panis & uini poteſt cõuerti *in carnem & ſanguinem Chriſti* per verba à Sacerdote dicta. Sed hoc eis mirabile eſſe non debet, ſi alia non ſolum Dei, ſed etiam inferioris naturæ opera conſiderarent. Virtute enim Solis, & planetarum *In Summa Concionatorum.*

rum,& elementorum natura humorum, quæ eſt circa vinearum radices,conuertitur in uinum. Et uirtute naturæ humanæ panis & uinum conuertitur in naturam carnis & ſanguinis humani. Qui ergo iſta uident & cõcedunt,quare etiam à fortiori ratione non fatentur, ꝙ uirtute potentiæ ipſius Dei infinitæ, natura panis & vini conuerti poſſit in naturam Chriſti?Nam ipſe dixit, & facta ſunt.Qui ergo verbo ſuo omnia fecit de nihilo poteſt etiam verbo ſuo vnam mutare naturam in aliã dicendo,hoc eſt corpus meum.

Hugo à Caſtro Nouo, Vixit an 1404

In 4 li. Sentent. Forma conſecrationis eſt, hoc eſt corpus meum. Cauſſa conuerſionis panis *in corpus Chriſti,* ſunt hæc verba ex inſtitutione diuina, ſicut motus eſt via ad terminum, & corpus Chriſti eſt ibi in inſtanti prolationis termini vltimi.

Ioannes Aegidius, Vixit anno 1406.

In Schala cæli. Corpus Chriſti eſſe in Sacramento altaris oſtendũt creaturæ irrationales. Cum enim Sacerdos quidam ferret *corpus Chriſti,*& in terram cadens,illud amiſiſſet cum pyxide qua portabatur:ecce apes de ſuis alueolis agminatim exeuntes, ſuoque creatori honorem deferentes, eidem, ſacrariolum ex ſua cera miro artificio compoſuerunt. Quod cum perdidiciſcet,illuc cum fideliũ multitudine procedens,& pyxidem cum corpore Dominico inde eleuans,ipſum magna cum reuerentia, ad Eccleſiam reportauit.

Petrus Aquilianus, Vixit anno 1408

In lib. 4. Sententiarum. Notá. Dico quòd *corpus Chriſti* verè eſt in Sacramento altaris realiter. Iſta autem veritas fuit à principio expreſſe tradita,ex quo Euchariſtia fuit inſtituta, vt patet Matthæi 26. Vbi ait Chriſtus:Hoc eſt corpus meum. Et Ioan.6. Caro mea vere eſt cibus. Et Lucæ 21. Hoc eſt corpus meum:&,hic eſt ſanguis meus. Si autem hæretici,

vellent

vellent ita exponere dicendo, quòd ſunt figuratè dicta, ſicut iſtud, Ego ſum uitis vera. Iſtud eſt omnino contra intentionem Saluatoris. Quia ſolet circunſtantia ſcripturarum illuminare ſcripturam. Nam ex præcedentibus uel ſequentibus poteſt colligi an loquatur figuratiuè. Nam cum Chriſtus dixit, ego ſum uitis uera, ſtatim ſubiunxit, uos palmites mei. Sed conſtat, quia Diſcipuli non erant palmites naturales, ſed tantum figuraliter, ideo loquebatur figuratiue. Sed cum dicit, Hoc eſt corpus meum, ſtatim ſubiunxit, quod pro uobis tradetur. Sed iſta traditio non erat figuratiua, ſed realis & vera: ergo ueraciter dictum eſt, *Hoc eſt corpus meum.*

Thomas Campenſis, Vixit anno 1410.

Lib. de Sacramento altaris.

Currunt multi ad diuerſa loca pro viſitãdis reliquijs Sanctorum, & mirantur auditis geſtis eorum: ampla ædificia templorum inſpiciunt, & oſculantur ſericis & auro inuoluta ſacra oſſa ipſorum: Et ecce tu præſens es hic apud me in altari Deus meus, Sanctus ſanctorum, creator omnium & Dominus Angelorum. Hic autem in Sacramento altaris totus præſens es Deus meus & Homo Chriſtus Ieſus. O inuiſibilis conditor mundi Deus, quàm mirabiliter agis nobiſcum, quàm ſuauiter & gratioſe cum electis tuis diſponis: quibus temetipſum in Sacramento ſumendum proponis. Hoc nanque omnem intellectum ſuperat: hoc ſpecialiter deuotorũ corda trahit, & accendit affectum. O quàm ſalutare & vtile conſilium tuum, cùm iſtud inſtituiſti, quàm ſuaue & iocundum conuiuium cum temetipſum in cibum donaſti. O quam admirabilis operatio tua Domine, quã potens uirtus tua, quàm infallibilis veritas tua. Dixiſti enim, & facta ſunt omnia: & hoc factum eſt, quod ipſe iuſſiſti. Mira res & fide digna, ac humanum vincens intellectum: quòd tu Domine Deus meus, verus Deus & homo ſub modica ſpecie panis & uini integer contineris, & ſine conſumptione à ſumente manducaris. Viſitas me in ſalutari tuo ad guſtandum in ſpiritu tuam ſua

uitatem

uitatem,quæ in hoc Sacramento tanquam in fonte ple narie latet.Illumina quoque oculos meos ad intuendũ tantum myſterium: & ad credendum illud indubitata fide me robora.Eſt enim operatio tua, non humana potentia:tua ſacra inſtitutio, non hominis adinuentio. Non enim ad hæc capienda & intelligenda aliquis idoneus per ſe reperitur: quia angelicam etiam ſubtilitatem tranſcendunt.Si haberes angelicam puritatem, & ſancti Ioannis Baptiſtæ ſanctitatem non eſſes dignus hoc Sacramentum accipere nec tractare. Non enim hoc meritis debetur hominum, quòd conſecret & tractet Chriſti Sacramentum, & ſumat in cibum panem Angelorum.Grande myſterium & magna dignitas Sacerdotum,quibus datum eſt, quod Angelis non eſt conceſſum.Soli nanq; Sacerdotes in Eccleſia rite ordinati poteſtatem habent celebrandi & *corpus Chriſti* conſecrãdi.Sacerdos quidem miniſter eſt Dei, vtens verbo Dei per iuſſionem,& inſtitutionem Dei. Deus autem ibi principalis eſt auctor & inuiſibilis operator, cui ſubeſt omne quod voluerit,& paret omne, quod iuſſerit. Plus ergo credere debes Deo omnipotenti in hoc excellentiſſimo Sacramento: quàm proprio ſenſui, aut alicui ſigno viſibili.

Iordanus Magdeburgenſis, Vix.an.1412.

Theoremate 254.de Paſſione Chriſti

Ex hoc articulo habentur tria documenta. Primum, quod fideles communicantes *corpus Domini* de altari æquiparantur illis,qui eum depoſuerunt de cruce.Perinde,imò plus eſt *corpus Chriſti* ſumere de ara altaris, quã de ara crucis. Illi enim acceperunt eum in brachiis & manibus,iſti ſumunt eum ore & cordibus. Vnde ſicut iſti inuoluerunt eum in ſindone munda:ſic iſti ſuſcipere eum debent in corpore mundo & pura conſcientia. Nos debemus imitari Ioſeph, quando corpus Chriſti ſuſcipimus, ut ſuſcipiamus illud in ſindone munda, id eſt,conſcientia pura,& etiam corpore puro. Sindon enim ſignificat corpus,quod eſt indumẽtum animæ.Decet

cet nanque non ſolum pura anima, ſed & corpore puro corpus Chriſti ſuſcipere. Inuoluere autem oportet, quia myſterium eius clauſum eſt & occultum.

Thomas Haſelbachius, Vix.an.1414.

Hoc eſt corpus meum. Iſta ſunt verba conſecrationis. Et eſt ſenſus, id eſt, contentum ſub his ſpeciebus eſt verè *corpus meum*. Et hoc tunc factum eſt, & fit quotidie in Miſſa diuina virtute per conuerſionem panis, in *verum corpus Chriſti*, ſolis exterioribus & viſibilibus accidētibus remanentibus. Quia fit diuinitus, ne vel ſi fieret hoſtia mortalibus oculis inuiſibilis, qui corpus glorioſum intueri non poſſunt, vel ne ſi caro Chriſti ſub propria ſpecie uideretur, abhorretur ſumi à fidelibus. Sed ne forte quis cogitet, quomodo ex pane ſine digeſtione media poſſet fieri *corpus Chriſti*: reſpōdetur quod hoc fit diuina virtute: & quod hoc poſſet fieri declarant agentia naturalia, quæ ſubſtantia & materia remanente tranſmutant accidentia, aliquando etiam forma corrupta, adhuc remanent eadem accidentia. Sed quia infinitum eſt diuina potentia maior, & non cogitur in agendo vt habeat materiam, quam præſupponat ſuæ operationi, quia poteſt creare de nihilo: ideo poteſt vnum compoſitum ex materia & forma conuertere in aliud compoſitum remanentibus accidentibus diuina virtute ſine pūcto & abſque hoc quod alicui inſint, ut in propoſito, albedo non ineſt pani, quia panis ibi deſiit eſſe & ceſſauit: nec ineſt corpori Chriſti. Hoc ergo tenendū eſt fideliter, quòd Sacerdote proferente verba Chriſti ad hoc inſtituta cum intentione debita conficiendi, in fine prolationis verborum ſub ſpeciebus panis ex pane fit *corpus chriſti realiter* tam extenſum, ſicut fuit in ara crucis. Et quia corpus Chriſti nunquam inſeparabitur à ſua ſanctiſſima anima, incipit etiam ibi eſſe anima corpori vnita. Et quia quòd Chriſtus ſemel aſſumpſit, nunquam in toto diuiſit: ideo etiam per quandam ſequelam & concomitantiam ibi eſt diuinitas ſuæ *Sermon. 7.*

ſanctiſſi-

ſanctiſſimæ humanitati vnita,& ſic ſub ſpeciebus panis eſt uerus Deus & uerus homo,tam magnus,ſicut in ara crucis pependit,ſed habens corpus glorificatum.

Reinhardus Fronthouienſis, Vix.an.1415

Sermon. Feriæ. 4. ante Sanctũ Paſcha.

Videns Chriſtus horam ſuæ paſſionis inſtare, per quam oportebat dilectos ſuos relinquere deſolatos, voluit per Sacramentum huiuſmodi ſe cunctis fidelibus realiter, perſonaliter & præſentialiter exhibere, vt Sacramentum ſumendo,paſſionis ſuæ, perpetuò memoriam haberemus, & ex hoc fructus multiplices reportaremus.

Ioannes Capreolus, Vixit anno 1416.

In lib. 4. Sentent.

Chriſtus eſt totus & totaliter in hoc Sacramẽto,quo ad omnem ſubſtantiam,& ibi eſt totus Chriſtus totaliter quantitatis dimenſiuæ.

Petrus Aliacenſis Epiſcopus Cameracenſis. Vixit anno 1417.

In Pſal. 41

Et introibo ad altare Dei,ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.)Hucuſque ò bone Ieſu,huc vſq; conquerendo locutus ſum,cònturbatus triſtitia ſeculi: ſed iam loqui incipiam,conſolatus lætitia ſpiritali. Nec immeritò,quia ſpero protegi in abſcondito tabernaculi tui: ideo hac ſpe gaudens introibo ad altare Dei,ad altare tabernaculi Eccleſiæ militantis. Nec ſolum ad altare Dei,ſed etiam ad Deum, quia ſub Euchariſtiæ Sacramento ſumam Chriſtum uere Deum abſconditum, qui in cælis ſecundum diuinitatem panis eſt Angelorum, & in terris ſecundum humanitatem factus eſt cibus hominum.

S. Vincentius Confeſſor, Vix. an. 1418

In Concionibus feſti Sacramenti.

In hoc Sacramento ſubſtantia panis uirtute uerborum mutatur *in corpus Chriſti*,accidentia autem nõ: quia eadem albedo,& quantitas,& odor, & ſapor remanent

quæ

quæ prius. Inter omnia mirabilia noſtræ ſidei ſunt illa, quæ de hoc Sacramēto prædicamus & credimus, quòd, ſcilicet, in hoſtia conſecrata ſit Chriſtus Deus & homo realiter, & ſumendo hoſtiam conſecratam Chriſtū ſumimus. Mirabilia autem quæ videntur in hoc Sacramento, difficilia ut credātur poſſunt reduci ad ſex, quæ inueniuntur præceſſiſſe ordinationem huius Sacramēti in rerum natura. Primum mirabile eſt, de panis tranſſubſtantiatione. In hoc Sacramento conuertitur ſubſtātia panis & uini in *corpus & ſanguinem Criſti.* Sed quod hoc diuina uirtute poſsit fieri, oſtendit Deus per aliud mirabile, quod præceſſit in natura. Videmus quod granum ſeminatum in terra, attrahit terram, & conuertitur in herbam, deinde in ſpicam, vltimo in granum. Idem facit vitis, quia trahit humorem & conuertitur in vuam, deinde in uinum. Secundum mirabile eſt, quia ſumitur & non conſumitur. Sed diuina uirtute poſſibile eſt, & nihilominus in natura præceſſit aliquid. Filius Dei vocatur in ſcriptura ſcientia & ſapientia Patris. Vocatur autem ſcientia & ſapientia, quæ ſunt veræ res, quæ datæ non decreſcunt. Vnde totam meam ſcientiā poſſem alteri dare, ea tota in me remanente. Ita etiam videmus de mari, quòd ſemper flumina egrediuntur à mari, quia mare eſt fons omnium fluminum, & tamen non conſumitur. Ita eſt in propoſito Filius Dei exiſtēs in hoc Sacramento ueraciter, quotieſcunque ſumptus nunquam minuitur. Tertium mirabile eſt, quòd Chriſtus dicitur eſſe in cælo, & nihilominus in hoc Sacramento dicitur eſſe in altari, & in omnibus, in quibus hoſtia conſecratur. Quomodo corpus Chriſti poteſt eſſe in tot locis? Reſpondetur quod eſt mirabile, tamen poſſibile diuina virtute, & huius rei præceſſit exemplū in natura: quia videmus, quòd idem verbum manet in mente & in oratione dicentis, & in aure & in mente cuiuſlibet audientis: ita Filius Dei, qui dicitur verbum Patris, poteſt eſſe in pluribus locis & hoſtijs conſecratis, &c.

In omni ſide Chriſtiana nihil mirabilius quam quæ circa ſacramentum Eucha. ſunt credenda.

1. mirabile in Eucha.

2

3

Antonius à Rampegolis, Vix.an.1419.

Lib. Figurarum moralium.

Spiritualiter manna denotat corpus Chriſti. Vnum gomor denotat vnitatem & ſingularitatem huius Sacramenti. Præceptum eſt fidelibus, vt vnum *corpus Chriſti* pro ſalute noſtra illud Sacramentum continere credamus, nec plura corpora putemus, quanquam ſint mille hoſtiæ conſecratæ.

Franciſcus Zarabellus, Vixit anno. 1420

In Clementinas.

Sacramentum corporis Chriſti eſt ſumendũm. Et dicitur Sacramentum, quia ſub tegumento corporaliũ rerum diuina uirtus ueri corporis & ſanguinis operatur effectum.

Ioannes Fauentinus, Vixit anno 1421.

In ſumma Canonum.

Sunt in hoc Sacramento tria. Vnum, quod eſt Sacramentum, ſcilicet ſpecies panis & vini. Aliud, quod eſt Sacramentum & res Sacramenti, videlicet ipſum eſsẽtialiter *corpus & ſanguis Domini.* Tertium, quod eſt Sacramenti res tantum, vnitas vtique Eccleſiæ.

Anthonius Parmenſis, Vixit anno 1422.

Sermone de Cæna Domini.

Accipite & comedite, Hoc eſt enim corpus meum. Ex his verbis completis, ſtatim ille panis conuerſus eſt *in corpus Chriſti*, ita quod corpus ſuum habebat in manibus ſuis ſub Sacramento ſiue ſub forma panis. Poſtea accepit Dominus calicem, id eſt, ſcyphum cum vino quem habebat ante ſe, & dedit illis dicens. Bibite ex eo omnes. Hic eſt calix ſanguinis mei. Quibus verbis cõpletis, ſtatim illud uinum conuerſum eſt in uerum ſanguinem Chriſti.

Martinus v. Papa, præfuit Eccleſiæ anno 1423.

Contra errores Ioan.

Si quis ſuſpectus fuerit ſuper præmiſſis articulis, iuxta hunc modum interrogetur. Vtrum credat, quòd poſt conſe-

conſecrationem Sacerdotis in Sacramento altaris ſub velamine panis & uini non ſit panis materialis, & uinum materiale, ſed idem per omnia Chriſtus qui fuit in cruce paſſus, & ſedet ad dexteram Patris. Item vtrū credat & aſſerat, quòd facta conſecratione per Sacerdotem, ſub ſola ſpecie panis tantum, & præter ſpeciem vini, ſit uera *caro Chriſti & ſanguis*, & anima, & Deitas, & totus Chriſtus, ac idem corpus abſolute & ſub una qua libet illarum ſpecierum ſingulariter. *Vvicleph. & aliorum.*

Nicolaus Dumckelſpuglius, Vixit an. 1424.

Secundo per hanc quartam particulam petimus nobis dari panem ſacramentalem, ſcilicet Chriſtum Dominum, qui ſe in Sacramento Euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis & uini donat fidelibus in ſpirituale nutrimẽtum. Et iſte ſacramentalis panis, dicitur panis ſuperſub ſtantialis, quod optimè cōuenit Chriſto Domino, pro vt ſe nobis per modum ſpiritualis cibi donat in Eucha riſtiæ Sacramento, qui ſumptus non vertitur, ut alii ci bi in ſumentem, ſed ſumentem in ſe conuertit. Iſte idẽ panis ſacramẽtalis, dicitur panis quotidianus, quia quo tidie ipſum ſumimus, & ſumere debemus ſacramentaliter, per Sacerdotes miniſtros Eccleſiæ, qui hoc Sacramentum offerunt quotidie pro ſe, & pro tota fidelium communitate. *Tract. 2. in Orationem Domini.*

Hermannus Stutdorpius, Vix. an. 1425.

Inter cætera quibus hominem voluit trahere & per ducere, Deus, ad ſalutem, hoc cæteris omnibus mirabilius, ac omnibus miraculis eius magis ſingulare videtur & ſalubre, quod ſeipſum dedit in cibum animæ in ipſo Sacramento altaris, tam veraciter & tam occultè, vt nihil deſit Deitati, & tamen nihil noui appareat ſen ſui. Poſſumus autem mirabilia conſiderare in hoc Sacramento. Primum eſt, mirabilis potentia Dei, qua nō ſolum ſemel egit: ſed vſq; in finem mundi aget, vt quādo Sacerdos ritè ordinatus profert verba conſecratio- *Sermone in corp. Chriſti ſolennitate. omnibus mirabilibus & miraculis Chriſti magis ſingulare eſt quòd ſuum corpus*

 nis

nobis in Eucha. reliquit nis ſuper materiam debitam, cum intentione conſecrādi: quod ſtatim ecce in inſtanti ibi ſine dubio definit eſſe ſubſtantia panis & vini, ſed fit *caro & ſanguis Saluatoris Ieſu Chriſti*. In tribus operibus Dei, ſingulariter elucet omnipotétia eius. Primum eſt opus creationis, qua res ex nihilo, id eſt, ſine materia præiacēti producitur. Secundum eſt, opus incarnationis Chriſti, qua Deitas humanitati fuit unita inſeparabiliter, in vnitate perſonæ. Tertium eſt, opus inſtitutionis Sacramenti glorioſiſſimi, vbi conuertitur panis in *carnem Chriſti* & uinum *in ſanguinem*. Non tamen ſic, quod vnum ex altero fiat, tanquam ex materia vel propriè in alteram conuertatur, ſed quod ſubſtantia præexiſtens penitus eſſe deſinat, remanentibus tamen accidentibus priſtinis, quæ priori ſubſtantiæ inhærebant, & quod ſub eiſdem accidentibus perfectè incipiat eſſe corpus Chriſti, & ſit. Et ſic illa accidentia poſt conſecrationem non inhærent corpori vel ſanguini Chriſti, nec denominant ipſum, ſed per ſe ſtant, & ipſum corpus & ſanguinem Chriſti velant & contegunt. Mirabile in hoc Sacramento eſt quod licet ſit paruæ quantitatis & capacitatis quo ad iudicium viſus corporalis, tamen continet in ſe totum Chriſtum Deum & hominem, animam & corpus, carnem & ſanguinem, nec quidquam deeſt de his, quæ pertinent ad integritatem ſubſtantiæ Chriſti. Nec eſt imaginandum, quod ibi Chriſti quantitas ſit contracta vel compreſſa, ut ſub tam parua forma contineatur: ſed ibi eſt Chriſtus Ieſus in ſua perfecta ſtatura. Et licet hoc & huiuſmodi humana ratio aut vix, aut penitus non poſſit comprehendere vel diſcutere, attamen ſic eſt in Sacramento, nec mirum ſi Deus hoc facit, quod homo non ualet intelligere, cum Dei potentia excedat intelligentiam humanam.

Mirabilia circa Sacramentum Eucha. conſideranda.

I *In tribus operibus Dei, relucet præcipuè eius omnipotentia.*

II

III

Henricus Heſſus, Vixit anno 1426.

Concion. in cœna Domini.

Licet Chriſtus ſecundum naturam diuinam ſit vbique, tamen ſecundum humanam naturam modo commenſu-

menſuratiuo, quo videri poteſt oculo corporali ſub eius colore, luce, & figura, ſurſum eſt in cælo tãtum, vbi ſedet à dextris Dei, cum quo ſtat, quòd ſub ſpeciebus panis & uini in Euchariſtia veraciter & corporali præſentia eſt Chriſtus, ita quòd ibi eſt corpus, & anima, & Deitas, & ſanguis in venis corporis. Quia Chriſtus vtique ſub Sacramento continetur totus, viuus, & non mortuus.

Ioannes Gerſonius, Vix. anno 1427.

Si miraris quo pacto panis tranſſubſtantietur in verum *Ieſu Chriſti corpus*, conſidera quomodo panis materialis, & vinum conuertitur in ſtomacho tuo partim in carnem, partim in ſanguinẽ, partim in oſſa, partim in neruos, partim in medullam, partim in crines, partim in ungues. Quomodo petræ duriſſimæ conuertuntur etiam in uentre columbarum, & ferrum in ſtruthiocamelo. Denique cinis mutatur in vitrum, ouum in pauonem, parua glans in tam magnam quercum. Mille & mille ſunt tales mutationes, de quibus non ſcitur alia ratio, niſi quòd videntur ad oculum. Quare ergo Dominus noſter facere non poteſt aliqua, quæ non poſſumus nos percipere? Sed etiam Iudæi credunt & confitẽtur mutationes valde mirabiles factas fuiſſe per Prophetarum antiquorum verba, vt de virga Moyſi in ſerpentem, aquæ in ſanguinem, pulueris in muſcas, virgarum prorſus ſiccarum in virides, mulieris Lot in petrã aut ſtatuam ſalis. Mille modis etiam concedunt mutationem primi curſus naturæ, quemadmodum mare ſe diuiſiſſe, Iordanem ſe conuertiſſe, mortuos fuiſſe reſuſcitatos, ſolem ſtetiſſe. Pagani etiam credunt iuxta fabulam Diomedis, ſocios in aues fuiſſe conuerſos. Socij verò Vlyſſis, diuerſæ factæ ſunt beſtiæ per mulierem quandam incantatricem Circen dictã. Et Philoſophus quidam Apuleius dictus de ſeipſo affirmat, ſe in aſinũ fuiſſe conuerſum, & fecit librum quendam de mirabili bus, quæ tu cognoſcere non potes. Sic in omnibus ſciẽ

Sermone de Cæna Domini.

Aſſertio trã ſubſtantiationis, per exempla tã naturæ, quã ſcripturæ.

tiis ſunt excellentes magiſtri. Si puer aliquis in nullo credere uellet, patri, matri, aut præceptori, niſi daretur cauſſa & ratio, quas ipſe intelligeret, irrideretur, aut verberibus afficeretur. Qualis eſt autem ſcientia noſtra quæcunque, ad diuinam ſcientiam? Sed dicis te videre non poſſe, quomodo tam magnum corpus ſub tã parua hoſtia eſſe poſſit: doce me quomodo Sol, qui eſt ſine comparatione maior oculo tuo, attamen oculus tuus de eius iudicat quantitate, & intellectus tuus recipit vniuerſum mundum intra ſe per cognitionem. Si dicas non eſſe ſimile, quia Sol non eſt in oculo tuo per ſuam quantitatem, nec etiam mũdus in intellectu tuo, dico tibi, quòd corpus Domini noſtri, quamuis vere ſit in ſancto Sacramento altaris, non tamen ſic eſt, vt vinũ eſt incluſum & menſuratum ſecundum vas ſuum, aut aqua in vna olla, aut ſicut ego ſum in tunica mea. Et hoc eſt, quod fallit complures, quia opinantur *corpus Domini* noſtri menſuratum eſſe ſecundum hoſtiæ partes, & pedes eſſe ad vnam partem, caput uerò ad aliam. Corpus Ieſu Chriſti eſt vndique in hoſtia. Scis, & credere debes, quòd Deus ſcit & poteſt inuenire modum ponendi corpus ad locum per alium modum, habitudinem, & ordinem quàm tu communiter percipias.

Antonius Panormitanus, Vix. an. 1418.

Lib. 1. de dictis & factis Alphonſi Regis Aragonum.

Quadam die, cum *corpus Domini* ſummi & ſeruatoris Dei Ieſu ſequeretur: Sic enim regi mos fuit ſanctiſſimã Euchariſtiam reuerentiſſimè quocunque accederet pedibus comitari. Tandem ductus eſt in vetulæ cuiuſdam pauperrimæ domum ſanguinis profluuio penè exanimatæ: cunque ægritudinis cauſſam cognouiſſet, gemmã ineſtimabilem morbo illi mirificè accommodam adferri iuſſit, anuſque illius digito aptari, ſimul & *corpus Regum regis* in templum, vnde profectum erat, ſumma veneratione reduxit.

Thomas

Thomas Vvaldenſis, Moritur anno 1430.

Notate, quod ſicut in cæteris Sacramentis, ita in Sacramento altaris, tria ſolent ponderari. Sacramentum tantum: ſacramentum & res: res & non ſacramentum. Sacramentum tantum eſt ſenſibile, extrinſecum, quod ipſe nominat panem. Sacramentum & res, *corpus Chriſti*, in ſua ſubſtantia ibi relatum, & ſanguis eius in natura ſub ſpecie uini. Res & non ſacramentnm, nec ibi contenta, eſt corpus Chriſti myſticum. Ecce ſubſtantialiter ibi *caro Chriſti* creditur, cuius ſpecies ibi non cernitur, & ſpecies panis ibi cernitur, cuius ſubſtantia ibi non creditur. Iſtud autem eſt quod Hugo interpres Diui Ambroſii dicit. Quod nunc videmus, ſpecies eſt panis & vini. Quod autem ſub ſpecie illa credimus, verũ corpus eſt, & verus ſanguis Ieſu Chriſti, quod pependit in cruce, & qui fluxit de eius latere. Nec per panem & vinum corpus & ſanguinem tantum ſignificari credimus: ſed ſub ſpecie panis & vini verum corpus, & verũ ſanguinem conſecrari. *Tomo 2. lib. 5. cap. 22.*

Raymundus Sebeidius, Vixit an. 1431.

Chriſtus inſtituit & ordinauit, propter nutritionem ſpiritualem, Sacramentum corporis & ſanguinis ſui, in quo *corpus ſuum* ueraciter & realiter continetur, & in quo ipſemet eſt præſens in ſua propria perſona: quia ipſe ſolus eſt uerum alimentum & nutrimentum vitæ ſpiritualis. In iſto Sacramento verba ſignificant effectum & operationem inuiſibilem fieri in ipſis rebus viſibilibus, ſcilicet in pane & uino: quia ſignificant tranſmutationem realem & ueram, panis *corpus Chriſti*, & uinum in ſanguinem eius. Verba etiam iſtius Sacramenti habent efficaciam, ſcilicet ut panis mutetur in *corpus, & in carnem* Chriſti ueram, & uinum in uerum ſanguinẽ eius. Sequitur ergo, quòd uerba, quæ ſignificant ſuũ corpus eſſe & exiſtere in hoc Sacramento, faciunt ipſum *Theologia naturalis, titulo 285. & ſequent.*

N n 4 exiſte-

exiſtere ibi,mutando panem in corpus,& uinum in ſanguinem. Cum ergo uerba iſtius Sacramenti ſunt uerba Chriſti,& nõ puri hominis,ſequitur quòd ſemper ſint vera,& ita eſt,ut ſignificant.Item etiam ſi creatura habet virtutem mutãdi aliam creaturam in ſe,ut caro mutat panem in carnem,& in ſeipſam, quare etiam uerba Chriſti non haberent uirtutem, ut mutent panem in carnem ſuam,& uinum in ſanguinem ſuum, cum Chriſtus ordinauerit verba certa & determinata ad hoc? Ergo neceſſe eſt,quòd uerba Chriſti faciant quod ſignificant, & ſemper ſint uera, maximè cum ipſe non poſſit mentiri.ergo in iſto Sacramento neceſſe eſt quod fiat vera mutatio in pane & uino, ut ſit ibi uerum corpus Chriſti & verus ſanguis. In iſto Sacramento ipſæ res viſibiles,ſcilicet, panis & uinum realiter mutantur & cõuertuntur in *corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti*, & non remanent:in aliis Sacramentis non mutantur, ſicut aqua nõ mutatur in baptiſmo. Ipſæ res corporales, ſcilicet, panis & uinum exaltantur & dignificantur in iſto Sacramento,tanta exaltatione & dignificatione,qua non poteſt cogitari maior, nec poſſunt plus aſcendere: quia tranſeunt in corpus Chriſti glorificatum. Et ſit plena conuerſio panis & uini in corpus Chriſti quia nihil de ſubſtantia panis & uini remanet.Et ſubſtantia panis & vini inuiſibilis & occulta cõuertitur, & mutatur in corpus & ſanguinem Chriſti,& tamen forma panis & uini remanet exterius viſibiliter,tanquam ſigna,& veſtigia,& imago.

Panis & uinum realiter mutantur & conuertũtur in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti

Alphonſus Rex Aragonum,
Vixit anno 1432.

Obſecro rabbi,vas aureũ aperuit quiſpiam, in quo ante mensem Euchariſtiam condiderat, nihil ibi prætervermiculum reperit. Ex auro, quod mundiſſimum puriſſimumque fuit,& undique clauſum,nõ potuit vermis naſci,neque ex accidentibus, quæ illic abſque ſubiecto

Hæc Alphõſus,ad Antonium Siculum, verba fecit.

biecto aderāt. Ergo ex *Chriſti corpore* productus uermis? At ex ſubſtantia Dei quid aliud, quàm Deus prodeat? Vermis igitur Deus: quid tu ad hæc?

Ioannes Imolenſis, Vixit anno 1433.

Sumpta cœna fuit inſtitutum hoc Sacramentum triplici ratione. Primò, vt deficiente eius corporali præſentia, realiter dimitteret nobis *ſuum corpus* in ſignum maximæ dilectionis. Secundo, quia hoc Sacramentum eſt perpetuum memoriale ſuæ paſſionis, & ideo ipſa paſſione imminente, debuit fieri. Tertiò, quia hoc fuit factum tanquam vltimum, vt maiori & recentiori memoriæ traderetur, quia poſt comeſtionem agni, & typi cum Paſcha completum, conueniens fuit nouum Sacramentum inſtitui. *In Clementinas.*

Ioannes Gritſius, Vix. an. 1434.

Magnum opus potentiæ fuit mortuos ſuſcitare: ſed maximæ potentiæ ad quod creatura nullo modo poteſt attingere, ſcilicet, ſubſtantiam in ſubſtantiam tranſubſtantiare. Cum Saluator noſter vellet ſe tradere homini ad omnem conſolationem, quia ſe dederat Apoſtolis in ſolatium pro conſolatione corporali, ſe etiam voluit dare in edulium pro refectione & conſolatione ſpirituali: & hoc magis conueniebat quando receſſurus erat à mundo. Licet ſenſus hominis in ſuſceptione huius Sacramenti nihil aliud ſentiant, niſi ſpecies panis, tamen decipiuntur omnes præter auditum, qui uere aſſentit ei qui dicit, Hoc eſt corpus meum. Hoc pulchrè figuratũ eſt in velamine Iacob, & pia deceptione Iſaac Nam Iacob gerit typum huius Sacramenti, in quo verum *Chriſti corpus* ſub panis accidentibus occultatur. Eſau verò gerit typum formæ viſibilis: ſed Iſaac gerit typũ ſenſus humani, qui omnes ſtupore concutiuntur in hoc Sacramento. Sed quæritur quare Chriſtus voluit ſic ſpecie aliena velari, & à Chriſtianis manducari. dico, quòd potiſſima cauſſa eſt meritum fidei. Nam ſicut culpæ de- *Concione in cœna Dominica.* *Cur corpus Chriſti in ſacramẽto ſpecie panis occultatur.*

pæ demeritum cępit à falſa credulitate Diaboli ſuggerentis homini cibum mortis: ita decuit vt hominis meritũ inciperet ex hoc, quod credit verbis Chriſti de cibo vitæ, cum dicit, Hoc eſt corpus meum.

Paulus Epiſcopus Burgenſis,

Vixit anno 1435.

Parte 2. Scrutinij ſcripturarũ cap. 7.

Conſiderare debes quod dulcedo in ſpiritualibus intelligitur quodammodo ad ſimilitudinem dulcedinis corporalis. Vnde ſicut inter ſapores corporales dulcedo eſt ſanior: ſic inter ſapores ſpirituales ſanior eſt ille, qui de ſummo intelligibili ſeu credibili, ſcilicet, de ipſo Deo recte accipitur. Vnde Pſalmiſta de eloquiis diuinis dicit, quod ſunt dulciora ſuper mel & fauum. Cũ igitur in hoc Sacramento non ſolum diuina eloquia ab hominibus prolata, ſed etiam ipſum verbum Dei, quod ſemel locutus eſt *realiter continetur*: ſequitur quòd eius ſpiritualis perceptio ſeu manducatio ſuauiſſima ſit, atque ſpiritualiter dulciſſima. Et ideo Eccleſia in officio inſtitutionis huius Sacramenti legit, ſuauitatem huius Sacramenti nullus exprimere ſufficit, per quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur. Et vltra hoc conſidera, quòd hæc dulcedo, ſeu delectatio ſpiritualis in ſumente diſpoſitio augetur ex abſconſione, ſeu occultatione mirabilium in eo contentorum. Quod ſic patet, Nam admiratio eſt delectationis cauſa, & propter hoc omnia mirabilia delectabilia ſunt. Cum igitur in hoc Sacramento tot mirabilia continentur, non ſolũ ſuper omnẽm naturalem facultatem, ſed etiam ſuper naturalem intellectũ humanum: vtpote quòd Chriſtus Deus & homo perfectus ſub modici panis ſpecie continetur. Similiter & quod diuiſo Sacramento, ſub qualibet diuiſionis particula perſeuerat totus Chriſtus. Similiter, quòd accidentia, quæ de ſui natura, nõ habent eſſe, ſed ſolum ineſſe: ſine ſubiecto tamen in eodem Sacramento realiter exiſtunt. Et ſic de aliis maximis mirabilibus, quæ in hoc Sacramento conſiderari poſſunt, ex quibus

In ſacramẽto Euchari. multa mirãda continentur, non ſolum ſupra omnem naturæ facultatem, ſed etiã ſuprà omnẽ humanum intellectum.

bus delectatio ſeu dulcedo ſpiritualis cauſſari debet.

Ioannes Niderus, Vix.an.1436.

In Sacramento Euchariſtiæ nobis ad ueſcendum datus eſt Deus, anima nobiliſſima, & *caro mundiſſima*. Non enim diuinus amor ceſſare uoluit, poſtquàm naſcendo ſe dedit nobis in fratrem, conuerſando in ſocium, quin etiam ſe vellet dare conueſcendo in cibum, vt maximè nobis vniretur. *Sermone de feſto corporis Chriſti.*

Eugenius IIII. Papa, Rexit Eccleſiam, anno 1437.

Excellentiſſimum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum, quod appropinquante paſſionis eius hora, Dominus ipſe, ſigno præcipui quo nos dilexit amoris, ſalubriter inſtituit, eiusque commemorationem ſacratiſſimam iugi mentis exultatione contemplantes, ad hoc inter ſingulos huiuſmodi mercatos ſanguine, ſpiritualia diſpenſare munera uotis ex poſcimus: ut illi condignis aſſurgentes laudibus, ſua frequentius ad ipſius venerationem Sacramenti corda dirigant, & eo, quo *corporalis habetur præſentia Saluatoris*, fructus vitæ complectentes æternæ, cæleſtia conſcendant, ipſum qui ſe nobis in edulium tribuit perpetuò conſpecturi. *Epiſt. quam vniuerſis eccleſiis miſit.*

Ioannes à Spina, Vix.an.1438

Ad id quod dicunt Iudæi de adoratione Euchariſtiæ quod inſit idololatria, dicendum, quòd non eſt verum: non enim adoratur panis, quia non eſt ibi, ſed eius ſubſtantia conuerſa eſt in ſubſtantiam *corporis Chriſti* virtute diuina, ad prolationem verborum conſecrationis, quæ ſunt ipſius Chriſti veri Dei effectiuè ceu principaliter, ipſius autem Sacerdotis prolatiuè, miniſterialiter, Verbum autem diuinum eſt tãtæ virtutis, quod per ipſum factum eſt cælum & terra de nihilo: multo ergo fortius poteſt conuertere unam ſubſtantiam in aliam. *Lib 3. Fortalicij fidei Conſideratione 4. li. 3*

Quod

Quod autem poſſet conuertere vnam ſubſtãtiam in aliam manẽtibus accidentibus, probatur: quia Deus nõ attingit ſubſtantiam mediantibus accidentibus, ſicut facit agens naturale, ſed eam attingit immediate: & ideo poteſt illam ſubſtantiam in aliam conuertere, manentibus accidentibus.

Nicolaus Archiepiſc. Panormitanus,

Vixit anno 1439.

In primum Decretaliũ. Collige quæ ſub ſpeciebus panis & uini in Sacramẽto altaris veraciter continentur, *verum corpus & ſanguis Chriſti.* Vnde eſt ibi *illud corpus* verum, quod aſſumpſit ex beata uirgine. Et hoc vult dicere litera cum dicit, hic inductum ad perficiendum myſterium vnitatis, ut accipiamus de ſuo, id eſt, de ſua carne, quam ipſe aſſumpſit de noſtra, id eſt, de beata virgine Maria.

Sanctus Bernardinus Senenſis,

Vixit anno 1440.

Sermo. 44 In hoc Sacramento continetur veraciter *ipſe Chriſtus,* Vnde quemadmodum ipſe carnem noſtram aſſumens contulit mundo ipſam gratię uitám: ſic in hominem ſacramentaliter veniens, vitam gratiæ operatur, ſecundũ quod ipſe Dominus teſtatur dicens. Qui mãducat me, ipſe uiuet propter me.

Ioannes Epiſcopus Leodienſis,

Vixit anno 1441.

In ſuis ſynodalibus ſtatutis. Cum infirmus communicare voluerit, prius viſitet eum presbyter ſine *corpore Chriſti,* ſi commode fieri poteſt, & diligenter audiat confeſſionem eius, & poſtea redeat ad Eccleſiam. Deferatur autem *corpus Domini* venerabiliter & ſublimiter poſito decenti cooperculo ſuper calicem, quod ſit cum cruce ſuprapoſita, & panno fimbriis ſericis adornato. Si infirmus frequentem vomitum leui occaſione patiatur, non conferat ei presbyter *corpus Domini,* ſed infirmus credat & ſpiritualiter recipiat.

piat. Antequàm Sacerdos communicet infirmũ, prius dicat ei, ſi credat quod ſub illa forma panis ſit corpus natum de virgine, paſſum in cruce, ſuſcitatũ tertia die. Quòd ſi confeſſus fuerit verbo vel ſigno, communicet ſi alia cauſſa non obſtiterit, alioquin non communicet eum. Cum autem corpus Domini defertur, fideles coram quibus defertur, ſi commodè fieri poteſt genua flectant, pectus tondant & inclinato capite iunctis manibus adorent.

Nicolaus Iaquerius, Vix. an. 1442.

Non ſolum ad auctoritatem veritatemque ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ pertinent ea, quæ ſcriptura maniſeſtè exprimit: ſed etiam ea, quæ ex ipſa ſcriptura certa ratione deducuntur, etiam ſi expreſſe non explicentur. Hoc autem tibi clarius oſtendo circa veritatem huius Sacramenti Euchariſtiæ neceſſario credendam. Eſt enim ſaluti neceſſarium credere animam Chriſti realiter eſſe cum eius corpore in Sacramento, licet ſcriptura hoc expreſſe non contineat. Quia tamen certa ratione ex literali ſenſu ſacræ ſcripturæ deducitur: idcirco ad ſẽſum literalem eiuſdẽ reducitur, quod anima Chriſti cum eius corpore continetur: & eſt de neceſſitate ſalutis hoc credere. Si quidem Chriſtus reſurgẽs ex mortuis iam non moritur. In reſurrectione autem anima, quæ per mortem ſeparata fuerat, rurſus corpori vnitur, ſine qua corpus eſſe viuum non poteſt. Vbicunque ergo poſt reſurrectionem Chriſti eſt corpus eius, ibi eſt & anima eius: ſed *corpus Chriſti* eſt in Sacramento, ergo ibi eſt anima eius. Ecce quomodo certa ratione probatur ex deductione ſacræ ſcripturæ animam Chriſti eſſe cum corpore eius in Euchariſtiæ Sacramento. Non ſolum enim debet probare ſe, ſi eſt in fide, de Chriſti diuinitate, humanitate, paſſione, reſurrectione, aſcenſioneque & cæteris aduentus eiuſdem myſteriis: ſed etiã de eiuſdem *reali præſentia* in Sacramento Euchariſtiæ & adoratione ſibi facienda, & de ſalutari fructu deuotè cõ- *Cap. 8. Dialogi, contra Huſſitas.*

municanmunican-

municantium,& peccato grauiſſimo indignè ſuſcipien tium, quo iudicium ſibi manducant & bibunt. Debet itaq; communicaturus diiudicare corpus Domini realiter præſens in Sacramento,cui debet & adorationem diuinam.

Ioannes Huxarus, Opinor illum vixiſſe circa annum 1443.

Epiſtola ad quoſdā pios Sacerdotes.

Quale,rogo,fœdus pepigiſtis,ut illa ad nutum intro eatis ſecreta ſecretorum? Quo pacto factum eſt, vt ad vocem ueſtram cæleſtium reſerentur repagula, & ueſtris ſe ingerat manibus Rex cælorum & Dominus Angelorum?O cum quanta deuotione,timore,& attētione proferenda ſunt illa mellıflua, potentiſſima, & ex mille millibus electiſſima confectionis & conſecra tionis Domini verba. Cælum & terra, inquit, tranſibunt,verba autem mea non tranſibunt. Non reuertetur ad me uerbum meum vacuum. Vnde hoc? Certe,quia dabit uoci ſuæ uocem uirtutis & efficaciæ in hac mirabili ſui pretioſi *corporis & ſanguinis* confectione. Tantæ enim uirtutis eſt illorum uerborum, ſuper debitam materiam, cum debita intentione à Sacerdote prolatio,vt quantumcūq; malus aut indoctus extiterit, tam veraciter conficit,quàm unquam confecit Petrus.

Bernardus Parentinus, Vix.an.1444.

Libr. quem Miſſæ lib. dixit.

Chriſtus dixit:Hoc eſt corpus meū. Videamus quid ſequatur Mathæi.26.quod pro uobis tradetur. Cōſtat autem,quòd corpus,quod traditum fuit pro nobis, fuit verum corpus Chriſti natum de virgine.Ergo illud ver bum dictum eſt ſecundum propriam ſignificationem, non ſecundum metaphoram, vel figuratam locutionem.In Sacramentis nihil eſt ſolennius quàm *corpus & ſanguis Chriſti.*

Nicolaus Auſmius, Vixit an.1445.

In ſumma ſ...

Euchariſtia eſt Sacramentum, & modo communi cū aliis

aliis Sacramentis,ſcilicet, ſanctificando, ſeu cauſando ſanctitatem,& modo ſpirituali:ſcilicet, continendo totius ſanctitatis auctorem: & propter hoc excellentiſſimum eſt omnium aliorum Sacramentorum.

Ioannes Varenaskrius, Vix.an.1446.

In Sacramento Euchariſtiæ ſanctiſſimo ac digniſſimo omnium Sacramentorum in ſecula benedicto, hoc ſpeciale eſt præ cæteris Sacramentis,quod illud eſt *ipſemet Chriſtus Ieſus* Deus & homo, quod nulli aliorum Sacramentorum conuenit.Non enim baptiſmus,aut confirmatio,aut aliorum quodcunque Sacramentorum eſt Deus ipſe,licet ſint vaſa gratiarum, uulnerum noſtrorum ſanatiua. Aduertendum etiam, quòd ſub ſpecie panis in hoc Sacramento, non ſolum eſt corpus Chriſti: ſed etiam ſanguis & anima Chriſti ſimul & diuinitas ipſa. *Diaci. de ſacramentis.*

Leonardus Vtinenſis, Vix.an. 1447.

Corpus Chriſti eſt in hoc Sacramento per modum ſubſtantiæ.Subſtantia autem in quantum huius non eſt viſibilis oculo corporali,neque ſubiacet alicui ſenſui, neque imaginationi:ſed ſoli intellectui. Cuius obiectum eſt quidquid eſt. *Concione de corpore Chriſti.*

Ioannes Raulinus,putatur vixiſſe circa annum 1448.

In hoc Sacramento ad uerba Sacerdotis panis *in corpus Chriſti*,& uinum in ſanguinem eius tranſſubſtantiantur,& realiter tranſmutatur.Quod autem hoc ſit uerũ, patet:quia illius virtute tranſubſtantiatur hoc,qua verbum caro factum eſt,& qua,quęcũque dixit facta ſunt. Hoc & factum eſt,illius uirtute, qua & vxorem Lot in ſtatuam ſalis mutauit, qua & uirgam Moyſi conuertit in colubrum, qua Aegypti fontes & flumina uertit in ſangui- *Sermon. I. de ſacramento Euchariſ.*

ſanguinem,& aquam in uinum. Si enim Deus has creaturarum mutationes potuit facere: quare non mirabilior Deus in ſeipſo hoc potuit facere? Si uerbum Eliæ ignẽ de cęlo potuit deponere,quõ nõ poterit verbo panẽ in ſuũ corpus mutare? Si maius eſt aliquid de nihilo creare,quã aliquid in aliud trãſmutare, & oẽs primum cõcedunt à Deo factum eſſe,cur ſcd̃m reputant,Deum non poſſe facere? Præterea ſi Dominus potuit Adæ & Lazaro mortuo uitam inſpirare,& terram in corpus eius mutare:quare non poterit panem in carnem mutare?Item,homo facit de terra aurum & argentum,& de cinere uitrum:Deus autem multò potentior eſt homine, quare poteſt panem *in corpus ſuum* mutare. Item potentior eſt Deus,quàm natura,ſed natura conuertit panem in carnem,& uinum in ſanguinem:ergo multo magis Deus hoc facere poteſt.Sed dices mihi. Quomodo aut qualiter fit talis transmutatio? Nihil enim ibi videtur tranſmutatum. Reſpondet Ioannes Damaſcenus, quod ſufficere debet quærenti, qualiter fit huiuſmodi tranſſubſtantiatio,reſpõſio facta ab Angelo Mariæ quęrenti quomodo fiet iſtud.Reſpõdit enim Angelus'. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,id eſt,operatione Spiritus ſancti illud fiet.Similiter dico tibi, quòd tranſſubſtantiatio fit operatione Spiritus ſancti. Sufficiat ergo tibi,quod ſuffecit beatæ uirgini, quæ per fidem, quam habuit verbis Angelicis,filium Dei concepit.

Oliuerus Prior S. Bauonis,Opinor illum vixiſſe anno 1449.

Tractat. 2. de his, quæ circa Eucharistiæ ſacramentum credenda ſunt.

Sicut Chriſtus potuit in nuptiis aquam in uinum cõuertere: ſic poteſt in ſuo Sacramento, panem *in corpus ſuum* & uinum *in ſanguinem ſuum* conuertere. Firmiter credimus,& ſimpliciter confitemur, quòd *corpus & ſanguis* veraciter,quod traxit de uirgine, & ſuſpenſum eſt in cruce & reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælum, regnat in æqualitate Patris,in tota ſua ueritate, & natura,

tura,& gratia,& gloria, ſub ſpeciebus Sacramenti continetur in altari ſub manibus Sacerdotis poſt conſecrationem.

Bartholomeus Chaumius,

Vixit anno 1450.

Credo in Sacramento Euchariſtiæ transformari panem *in corpus*,& uinum *in ſanguinem* diuina poteſtate,& quod ſub vtraque ſpecie ſit totus & integer Chriſtus eſſentialiter & præſentialiter, quo ad diuinitatem & humanitatem.

Titulo 3. interrogatorij

Aeneas Syluius Epiſcopus Senenſis,

Contigit anno 1451.

Vetus hæc Armeniorum inſania fuit,qui natos vt in lucem veniebant baptizatos, mox altaris Sacramento reficiebant:quod & uos aiunt facere,qui dementes atq; infantes ad Euchariſtiæ libamenta vocatis,inhonorantes diuiniſſimum Sacramentum, comminationemque Pauli deſpicientes,qui ad Corinthios ſcribens ait. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Quomodo ſe paruuli & dementes probare poſſunt,quibus nec certus,nec verus rationis eſt vſus?Duobus modis hoc diuiniſſimum Sacramentum conſideramus, vt Sacramentum ſolum, ut ſacrificium & Sacramentum.In ſacrificio vtraq; ſpecies exigitur,quia imago eſt illius ſacrificii,in quo Chriſtus aſſiſtés pontifex, futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, ſeipſum pro nobis ſacrificium obtulit Deo patri in ara crucis.Ideoque non ſolum repræſentari dicitur Chriſtus paſſus,ſed etiam quoque paſſio Chriſti, in qua ſanguis fuit à corpore ſeparatus.In puro autem Sacramento, quod ad ſanctificationem noſtram requirimus, vt inuiſibilis gratia ſub viſibili ſpecie nobis tradatur,ſufficit repræſentatio Chriſti paſſi,quem panis ſpecies abũde refert: quia & Dominus grano tritici ſe cõparauit.

Dialogo contra Thaboritas.

Cauſſa quare in quarũdam Pontificũ decretis, vtriuſq; ſpe

ciei commu nio iubeatur Quod autem de Leonis decreto commemoraſti, nihil impedit noſtri propoſiti curſum: Namque cum Manichæi Leone ſedente Chriſtum non uero corpore, ſed phantaſtico,& ſine ſanguine veſtitum prædicarent, neque reſurrectionm eius crederent, neque diem Dominicum ſanctificarent,ſumentesque *Chriſti corpus* ſub ſpecie panis, ut ſuum palliarent errorem, potum calicis reuuerunt. Obuiaturus tantæ nequitiæ pontifex,ſtatuit, vt qui ſub vna communicaſſet, ab altera non abſtineret.

S.Antonius Archiepiſc.Florentinus,

Vixit anno 1452.

Titulo 14. Tertiæ partis cap.4 In iſto mirabili Sacramento, non eſt aliqua materia communis,quæ ante conſecrationem ſit ſub forma ſubſtantiali panis & uini, & poſt conſecrationem ſub ſubſtantiali forma corporis Chriſti: ſed totum tranſit in totum, materia cum forma ſubſtantiali panis & uini, tranſit in materiam & formam ſubſtantialem corporis Chriſti. Quomodo autem conuertitur? Deus operatur. Ita autem eſt hoc mirabile, ut nec oculus intellectus Angelici abſque lumine glorię hoc poſſit intueri, quomodo Chriſtus ſit in Sacramento. Remanent autẽ accidentia panis & uini,id eſt,color,figura,ſapor,& huiuſmodi,mirabiliter ſuſtentata ſine ſubiecto. Dicente Sacerdote verba conſecrationis,ſcilicet, Hoc eſt corpus meum,*totus Chriſtus* in carne, & anima, & Deitate eſt in Sacramento.

Ioannes Archidiaconus Bononienſis,

Vixit anno 1453.

In lib.5. decretalium. Infirmus, qui diſtinguebat hoſtiam conſecratam ab hoſtia non conſecrata,per conſecratam intelligebat *verum corpus Chriſti.* Et ſic nõ poſſet inferri, ipſum propter hoc quòd diximus,erraſſe circa corpus Chriſti:quia intelligentia verborum ex cauſſis eſt ſumenda.

Nicolaus

Nicolaus Dorbellanus, Vix. an. 1454.

Eſt Euchariſtia ſignum ſenſibile ex inſtitutione diui na, veraciter ſignans corpus Chriſti & ſanguinem ſub ſpeciebus panis & uini realiter contineri, poſt conſecrationem factam à Sacerdote, verbis certis cum debita intentione prolatis. Eſt autem hoc Sacramentũ nouæ legis: fuit nanque à Chriſto inſtitutum in cœna, vbi dedit auctoritatem Apoſtolis hoc Sacramentum conficiendi dicens. Hoc facite in meam commemorationẽ. Fuit vero congruum Chriſtum eſſe nobiſcum in tali ſigno ſenſibili, ut magis excitetur quilibet ad reuerentiam & deuotionem ad Chriſtum. Quia vero hoc Sacramentum tranſcendit intellectum humanum, ideo fuit multiplicibus ſignis præſignatum. *Corpus Chriſti* ibi eſſe realiter, eſt de ſubſtantia fidei, vt patet Matthæi 26 & Lucæ 22. Et ſi iſti uelint iſta exponere, quòd ſint figuratiue dicta, ſicut illud quod ait Chriſtus, ego ſum vitis vera: illud eſt omnino contra intentionem Saluatoris. *In lib. 4. Sententiarum.*

S. Laurentius Patriarcha Venetorum, Vixit anno 1455.

Vt ſe verbum, ſapientiam, bonitatem, & Deum miſericordiarum eſſe oſtenderet, ipſe Dominus miſerator & miſericors in ſuo vltimæ cœnæ conuiuio eſcam dedit timentibus ſe, in memoriam ſuorum mirabilium. Tranſiturus etenim de hoc mundo ad Patrem, cœnam fecit, non ſicut Herodes funeſtus, vt innocentis ſanguinem funderet: ſed vt corporis & ſanguinis ſui Sacramẽta conficiẽdo miniſtraret principibus populi ſui, & primis aulæ cæleſtis. Ad quod peragendum non Patriarchas, non Prophetas, non Angelos, non Archangelos, non uel ſupremum cæleſtium legionum miſit: ſed ipſe per ſe implere curauit. Potuiſſet planè mentis acies infirmitatis obtenebrari caligine, atque ab illuminatæ fidei reſilire ſplendore, ſi creaturarum quælibet tanti myſte *Lib. de triũphali agone Chriſti. cap. 4*

ri fieret inſtitutor. Abegit itaque omnem dubietatis opinionem, omniſque argumentum erroris, quando per ſemetipſum id uoluit conſummari. Nihil hoc Sacramento uerius, nihil certius credi poteſt: cuius inſtitutionis Deus auctor eſt. Tenendum memoriter, veraciter credendum, & libere confitendum. Hoc diligenter auſculta, & verbi, cordis auribus, percipe verba, attēde & gaude, cum panem in manus ſuas ſacratiſſimas accipit, cum ad cælum oculos leuat, cum gratias agit, cum benedicit, & ſuis tribuendo Diſcipulis ait. Accipite & manducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Videſne vnde mirando gaudere debes? Nempe comedunt Apoſtoli, atque de verbi manibus ſuſcipiūt, non vitulorum aut hircorum carnes, ſeu azymos panes ut accidentia illa portendebant oculis, naribus inſinuabant, ac manibus palpanda ſuadebant: ſed reuera *corpus Chriſti* verum, quod de Maria virgine per Spiritum ſanctum conceptum fuit & natum, quod loquebatur, videbatur, tangebatur, veſcebatur, quod nimirum in cruce pependit, expirauitque. Non denique ſimilitudinem illius, neque aliud: ſed ipſum veriſſimum, idem in quantitate, in ſubſtantia, in identitate, ex anima & carne conſtitutum, unitum verbo, humaniſque membris compoſitum, atque perfectum, ſub diuerſis quidem opertum ſpeciebus: ſed nullum ex illis patiens diuinitatis ſeu humanitatis detrimentum, neque diuiſum ex multarum numero hoſtiarum, aut in maiori maius, ſiue in minori minus: ſed vnum idemque in ſingulis locis & hoſtiis, non prorſus angelico miniſterio, ſed diuina cōſecratū virtute. Expergiſcere nunc anima mea, expergiſcimini & uos amatores veri & inconcuſſi boni, atq; tota cordis intentione conſiderate, quanto dilectionis affectu Dominus Ieſus adhuc paſſibilis, impaſſibiliter ſeipſum tribuit in Sacramento, & efficitur cibus hominum, Dominus ac conditor Angelorum. Cōpletur planè nunc, quod ore prophetico fuerat prænuntiatū. Panem cæli dedit eis: panem Angelorum manducauit homo.

Ipſum veriſſimum corpus Chriſti idem in quātitate in ſubſtantia, in identitate, iā Euchari. ſumimus.

Iacobus

Iacobus Epiſcopus Chryſopolitanus,
Vixit anno 1456.

Tota veritas eſſentiæ huius Sacramenti conſiſtit in his. Nam primò per ſola conſecrationis uerba, ſola ſubſtantia panis cõuertitur in ſolum illud corpus Chriſti, quod Spiritus ſanctus formauit ex puriſſimis ſanguinibus beatæ uirginis, ut tale corpus habet eſſe ſubſtantiale ab anima. Et ideo iſta conuerſio proprie dicitur trãſſubſtantiatio. Sed quia tale *corpus Chriſti* in quo conuertitur ſubſtantia panis, agitur & informatur ab anima Chriſti: ideo neceſſario eſt ibi anima Chriſti per quandam concomitantiam. Item, illud corpus Chriſti in Sacramento non eſt ſine ſanguine: ideo eſt ibi ſanguis. Omnia accidentia panis præteriti manent ſine ſubiecto in hoc Sacramento, ſupra naturam. *In Pſal.* 101

Ioannes Epiſcopus Sabinenſis,
Vixit anno 1457.

Dominus miſericors natura, & miſerator exhibitione, ſiue effectu, quãdo uenit & pati uoluit, eſcam, id eſt, refectionem corporis & ſanguinis ſui in Sacramento dedit, non omnibus: ſed timentibus ſe. Quam eſcam dãdo, fecit memoriam mirabilium ſuorum antiquis exhibitorum, complendo in ſignificatis, quod præſignauerat in figuris. Quia cum nobis eſcã *corporis ſui* dedit, memores nos fecit mannæ præfigurantis hanc eſcam. *In Pſal.* 161

Ladislaus Hungariæ atque Bohemiæ
rex, Moritur anno 1458.

Non me latet *diuiniſſimum Chriſti corpus* (in Sacramento) adeſſe, uerum mihi cauendum, ne dum Chriſtum honoro, ſacrilegum Rochezanam popularibus approbaſſe videar, nec illi me Deum contempſiſſe putabunt: cũ me ſacratiſſimum corpus Chriſti ſummis ſemper honoribus poſequi vident, intelliguntque. *Vide Aneã Syluium, & Ioannem Nauclerum.*

Aegidius Decanus Gameracenſis,
Vixit anno 1459.

Tractat. de communione non coſecrantium.

Per hoc, quòd ſub una ſpecie miniſtratur Sacramentũ inſtruitur populus quòd ſub una ſpecie eſt *totus Chriſtus caro videlicet, & ſanguis,* & per illius manducationem ad illius participationem ſperat pertingere: nam cum in Sacramento nihil ſpeciei liquidæ guſtat & ſe credit ſanguinem Domini accepiſſe. dignus eſt ipſius conſortio: per hanc etiam fidem, qua conſuetudinem Eccleſiæ ſeruat, & credit ſe mãducaſſe carnem Chriſti, & ſanguinem bibiſſe.

Godeſchalcus Hollenſis, Vixit an. 1460.

De 4. Domini præcepto.

Quare non ſumimus Chriſtum ſub propria ſpecie, ſcilicet carnis: ſed ſub ſpecie aliena, & ſub ſpecie panis, Hoc fit propter tria. Primò, ne horreamus *carnis & ſanguinis* ſumptionem. Quia multi ſunt, qui abhorrerent ſumere carnem crudam aut ſanguinem. Secundo, ut uitaremus paganorum & infidelium deriſionem. Tertio, propter meritum fidei. Quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.

Albertus Canonicus Babembergenſis,
Vixit anno 1461.

Oratione de Eucharistia. Habes illam in ipſius margarita Poetica.

Ieſus omnipotens cum hæc inferiora deſerere, cælũque conſcendere ſtatuiſſet: hoc mirabile Sacramentũ, ſuis omnibus aſtantibus Diſcipulis inſtituit. Panẽ quippe & vinũ (mirabile dictu) veriſſimam *in carnem ſuam ac ſanguinem* certiſſimum commutauit. Quod ſane ſempiternum myſterium ſuis Apoſtolis ſumendum propriis manibus obtulit. Mirificentiſſimum cernitur, quòd accidentia ſuo ſine ſubiecto conſiſtant, quòd Phyſici, naturæ terminos permetientes, vix auderẽt profiteri. Cæterum hæc humanis ſenſibus percipi minimè poſſunt, quandoquidem vniuerſam perſpicacitatem, atque excogitationem humanam admodum excellere uideantur.

tur. Fidei autem integerrimæ, quæ nobis meritum afffert accumulatiſſimum, operam nauemus oportet, ut quæ Cereris ac Bacchi ſpeciem complecti ſuis pro accidentibus uidentur, in ueraciſſimam ſummi Saluatoris carnem ſanguinemque puriſſimum verbis ſacratiſſimis transfuſa ac ſubſtantialiter commutata ex animo arbitremur, vt altitonantem, cæli ac terræ creatorē maximum ſub aliena ſpecie deliteſcente, qua in re ipſa fides uerſatur flagrantiſſimè, aſtare certo confidamus. Neq; illud minus admiratione dignum extiterit, quod tametſi, hoc ſanctiſſimum noſtri redemptoris corpus partes in varias fuerit conſectum, illud tamen quauis particula integerrimè continetur: nec ullam ea ſectione mutilationem, aut læſionem, quod cæteris in corporibus neutiquam lex naturæ patitur, poteſt accipere.

Henricus Herphius, Vix. an. 1462.

Lib. Myſticæ Theologiæ, 1. ca. 19. In ſolo Eucha. ſacramento Chriſtus ſubſtantialiter continetur: in alijs verò ſacramentis virtus tantum quadā inſtrumentalis. Eucha. non ſolum eſt ſacramentum ſed etiam ſacrificium Eccleſiæ.

Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi) Iam de Sacramento Euchariſtiæ proſequendū eſt, quod eſt potiſſimum inter omnia Sacramenta. Dicit enim Dionyſius, quod non contingit aliquem perfici perfectione Hierarchica, niſi per diuiniſſimam Euchariſtiam. Nimirum cum in eo *Chriſtus ſubſtantialiter contineatur*, & in aliis tantum continetur quædam uirtus inſtrumentalis â Chriſto participata. Habet autem hoc Sacramentum triplicem ſignificationem. Vnam, reſpectu præteriti, in quantum eſt commemoratiuum Dominicæ paſsionis, quæ fuit verum ſacrificium. Nam quia non ſolum eſt Sacramentum, ſed etiam Eccleſiæ ſacrificium, in quantum continet Chriſtum paſſum: ideo non ſolum Sacerdoti ſumenti proficit, ſed etiam toti Eccleſiæ. Tertiam, ſignificationem habet reſpectu futuri, in quantum eſt præfiguratiuum diuinæ fruitionis, quæ erit in patria. Et ſecundum hoc dicitur Euchariſtia, id eſt, bona gratia: quia gratia Dei, eſt uita æterna, vel quia *realiter continet Chriſtum*, qui dicitur plenus gratia.

In Græco dicitur metalepſis, id eſt, aſſumptio, quia per hoc filii Deitatem aſſumimus. Impoſſibile eſt corpus Chriſti ſine ſanguine ſumi, & uice uerſa.

Stephanus Bruſleferius, Vix. an. 1463.

Tractat. de Miſſarum ualore. Tanta eſt poteſtas, & tam honorifica à Chriſto colla ta Sacerdotibus, ut nulla maior ſeu honorabilior poſsit alicui creaturæ purè communicari. Quid enim potentius, & quid honorificentius, quam tranſubſtantiare creaturam *in corpus creatoris?* quam creatorem manibus carnalibus contrectare? quam aliis & hoc ipſum propinare & largiri? Item. In iſto & excellentiori Sacramento continetur Chriſtus veraciter & non ficte, ſicut dixerũt quidam hæretici: ſed eſt ipſe verus Chriſtus, qui natus eſt de uirgine.

Nicolaus Cuſanus, Epiſcopus & Cardinalis. Vixit anno 1464.

Tractat. de pace fidei. *Bohemus.* Poſsibile foret in his omnibus, quæ præmiſſa ſunt concordiam reperiri: ſed in ſacrificiis difficillimum erit. Scimus enim Chriſtianos oblationem panis & uini pro Sacramento Euchariſtiæ, non poſſe ad placendum aliis dimittere, cum ſit à Chriſto tale ſacrificium inſtitutum. Sed quòd cæteræ nationes, quæ vſum non habent ſe ſacrificandi, acceptent hunc modum, nõ eſt facile credendum, maximè cum dicant inſaniam eſſe, credere conuerſionem panis in carnem Chriſti, & uini in ſanguinem, & poſt deuorare Sacramenta. *Paulus* Hoc Euchariſtiæ Sacramentum non aliud figurat, quam nos ex gratia in Chriſto Ieſu aſſecuturos refectionem vitæ æternæ: ſicut in hoc mundo reficimur per panem & uinum. Quando igitur credimus Chriſtum cibum mentis, tunc ipſum ſumimus ſub ſpeciebus corpus cibantibus, & cum oporteat nos in fide hac concordare quòd cibationem ſpiritus aſſequimur in Chriſto, cur non

non oſtendemus nos hoc credere in Euchariſtiæ Sacramento? Sperandum eſt omnes homines fideles omnino velle guſtare cibum illum per fidem in hoc mundo: qui erit in veritate cibus vitæ noſtræ in alio mundo. *Bohæmus.* Qomodo perſuadebitur omnibus gẽtibus ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuerſam in hoc Euchariſtiæ Sacramento? *Paulus.* Qui fidelis eſt, ſcit, quòd verbum Dei in Chriſto Ieſu nos de miſeria huius mundi tranferet vſque ad filiationem Dei & poſſeſſionem vitæ æternæ: quia Deo nihil eſt impoſibile. Si igitur hoc credimus & ſperamus, tunc verbum Dei, ſecundum ordinationem Chriſti, non hæſitamus poſſe panem *in carnem* mutare. Si natura hoc facit in animalibus, quomodo verbum hoc non faceret, per quod Deus fecit & ſecula? Exigit igitur fidei neceſſitas hoc credere, nam ſi hoc eſt impoſſibile, quod nos filii Adæ, qui de terra ſumus transferamur in Chriſto Ieſu verbo Dei, in filios Dei immortalis, & hoc credimus, & futurum ſperamus & quod tunc erimus, ſicut Ieſus, verbum Dei Patris. Credere nos ſimiliter oportet tranſſubſtantiationem panis *in carnem* & uini in ſanguinem, per idem verbum per quod panis eſt panis, & vinum uinum, & caro caro, & ſanguis ſanguis, & per quod natura cibum conuertit in cibatum.

Landulphus, Vixit anno 1465.

Corpus Chriſti realiter ſub ſpeciebus panis & uini continetur, ſic quòd ibi ſit præſentia corporis Chriſti, non commenſuratiuè, ſed diffinitiuè, eſt in Sacramento realiter, & manet in cælo ad Patris dexteram. *In 4. li. Sent.*

Guilielmus Corranus, Vixit an. 1466

Omnia alia Sacramenta conſiſtunt in vſu & in fieri, ita quod idem eſt ibi Sacramentum & perceptio Sacramenti, nec permanet quod ſit Sacramẽtum, ſed ceſſant ceſſante tali vſu, vt patet in baptiſmo, & in eius perceptione. Sed hoc Sacramentum eſt quoddam permanẽs, *Quæſtio. 1. Diſt. 8.*

& iam

& iam habens eſſe ante vſum. Et ob hoc dicitur, quòd Euchariſtia propter *corporis & ſanguinis Chriſti* exiſtentiam, excellentior eſt omnibus oblationibus & Sacramentis.

Henricus Gorricanus, Vix.an.1467

In lib.4.Sen tent.

Quamuis Chriſtus in cœna dedit corpus paſſibile & mortale,tamen nunc ſumitur impaſſibile & immortale:quia Chriſtus dedit Diſcipulis ſuis tale corpus, quale tunc habuit.

Dionyſius Ricelius, Vixit anno 1468.

*In dialogo articulo.*11.

Quamuis enim panis *in corpus* & uinum *in ſanguinem* conuertantur:tamen,ut dixi tibi, ex concomitantia tã ſub ſpeciebus pãnis, quàm uini poſt conſecrationem totus Chriſtus perfecte & integre continetur, ac Patri offertur.Itaque in Sacramento totus Chriſtus,Deus & homo continetur,ſumitur,& offertur. In omni oblatio ne & ſacrificio conſideranda ſunt quatuor, quis, quid, cui,quare. Tu ergo antequam celebres in primis atten de teipſum,quis & qualis ſis. Secundo perpende, quid offeras, hoc eſt, veritatem & dignitatem ſacrificii huius Euchariſtiæ ſanctitatem, & quod ipſummet Chriſtum,Deum & hominem tractas,immoles,ſumes.Tertio penſa,cui offeras,vtpote Deo Patri, omnipotenti, ęterno.In hoc Sacramẽto Chriſtus totus, verus Deus & homo perfectus certiſſimè continetur,infallibiliter inuenitur,& incomprehenſibilia plurima operatur. Fides in hoc Sacramento tanto plus extat neceſſaria,quãto ea,quæ de hoc Sacramento traduntur, omnem ſenſum,rationem,& intellectum magis trãſcendunt. Nec expedit in hac re curioſe ſcrutari aut rimari, qualiter Chriſtus in hoc Sacramento ſic poſſit contineri vt tradit Eccleſia: ſed mente in fide ſanctæ Eccleſiæ firmiter ſtabilita ex rationibus credendorum, & illuminatione diuina,quòd omnia, quæ de hoc Sacramento docet Eccleſia, vera ſint, debes vehementer admirari, totiſque viribus

Ex articulo 16.

Euchari. eſt ſacrificium, quod Deo Patri ab Eccleſia offertur.

viribus cum omni gratiarum actione venerari , tam incomprehenſibilem bonitatem , charitatem munificentiam .

Guilelmus Hilacenſis, Vix.an.1469

In Orationem dominicam ſermone 33.

Debemus credere, quòd quàm citò Sacerdos dicit illa verba ſacramentalia ſuper panem & uinum , ſtatim de pane & uino nihil ibi remanet : ſed tota ſubſtantia panis conuertur *in corpus Chriſti* , & tota ſubſtantia vini conuertitur in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti. Manent autem ibi de pane & uino accidẽtia,id eſt, color,odor, ſapor,& figura exterior.

Guilielmus Vorillonius, Vix.an.1470

In lib. 4. Sententiarum.

Euchariſtia,eſt Sacramentum, *corporis Chriſti & ſanguinis* contentiuum ſub ſpeciebus panis & uini. Auctor omnium gratiarum,id eſt,Chriſtus realiter in hoc Sacramento continetur,quod alia nouæ legis non habẽt Sacramenta,etſi efficaciter ſignificent gratiam.

Beſſarion Archiepiſc.Conſtantinopolitanus, Vixit anno 1471.

Lib. de ſacramento Euch. et uerbis quibus conſecratio peragitur

Quod igitur impoſſibile aliis ſit , quàm Dominicis verbis Euchariſtiæ Sacramentum confici , euidentiſſimè,& luce clarius apparet. Enimuero nemo eſt , quem lateat quemadmodum panis & uini in *corpus & ſanguinem Chriſti* in inſtanti facta tranſſubſtantiatio humanam facultatem excedit,ingenſque opus eſt,& certè diuinum ita etiam huius Sacramenti efficientia verba,in ſtar ipſius Sacramenti , eximiæ cuiuſdam virtutis eſſe poſſe manifeſtum eſt. Quamobrem fateri neceſſe eſt, Dominicis illis uerbis,& nullis aliis , diuinum hoc Sacramentum confici poſſe. Nec enim diuiniſſima per diuinam potentiam confici negauerit quiſpiam, nec verbis Chriſti nihil omnino efficacius eſſe, cum non modo homo,verum etiam Deus ſit, creatorque omnium , qui ſolo nutu cuncta produxit , qui uerbo ægros curauit,

uit,mortuos ſuſcitauit, cæteraque miracula fecit, quæ in Euangeliis recitantur. Præterea humanæ preces tūc quod orant,facillimè conſequūtur,cum id meritę ſint, & à bene meritis effunduntur. Atque panis & uini in corpus & ſanguinem tranſmutatio, non petentium me ritis,ſed eius potentia,qui ex nihilo cuncta produxit, per Sacerdotem,tanquam per inſtrumentum quoddā, efficitur. Ex quo manifeſtum eſt,non orantis ſanctitatē ſed ipſum Dominum propriis ſuis verbis à Sacerdote prolatis,panem & uinum in proprium corpus tranſmu tare. Nam ſi humanæ preces hoc poſſent,potius uirorū bonorum,preces,& ſi non Sacerdotum, quam prauorū Sacerdotum hoc diuinum opus efficerent. Atqui indecens eſſet,atque ab humana ſalute alienum, exiſtimare tantum Sacramentum à re dubia dependere:quippe dubium atque ambiguum eſt,an preces ac ſupplicationes noſtræ Deo acceptæ ſint futuræ:ex quo fieret, vt & ſalus à nobis uirtute huius myſterii expectata, dubia foret. Quod ne accidat,imo ſalus noſtra, quam digne participantibus hoc Sacramentum præbet,certa atque indubia ſit, neceſse Dominici verbis duntaxat, & nullis aliis,tantum confici Sacramentum. Panis & uini ſubſtātia in ſua permanet natura,donec omnia illa, quæcunque ſunt,quæ Sacramentum perficiunt,verba dicūtur. Quibus dictis mox conſecratio fit,tranſsubſtantialitas perficitur,conſummatur Sacramētum. Præter hæc omnia, cum hoc immaculatum ſacrificium in ſui memoriam fieri iuſserit Dominus. Hoc enim, inquit, facite in meam commemorationem:certè expreſſior eius memoria fit,cum illius uerba ex ſacratiſſimo illo ore prolata repetimus, quàm ſi alia quæcunque referamus.

Sacerdos verba conſecrationis proferens inſtrumentum ſacramenti tātum eſt: Chriſtus vero panem in corpus ſuum trāſmutat.

Quod confirmat Apoſtolus Paulus,dum dicit,Domini mortem in hoc ſacrificio adnuntiari. Quo enim modo annuntiari expreſsius poteſt,quàm dum corpus & ſanguis eius,propriis eius uerbis,quàm quibuſuis aliis,cō ficitur. Veruntamen concurrere Patrem ac Spiritū ſanctum Filio, in hoc diuino opere tranſsubſtantialitatis panis

Tranſubſtantiatio eſt a-

panis & uini *in corpus & ſanguinem Chriſti*, fas eſt à fideli bus credi. Omnia enim opera in creaturis trinitati cõ munia ſunt, nihilque fit omnino, niſi creante Filio, beneplacito Patris, & Spiritus ſancti voluntate. Eſt autẽ ad hæc neceſſarius, & idoneus, & ſufficiens miniſter. Sufficiens autem eſt, qui poteſtatem per conſecrationem habuit, & ſacerdos factus eſt. Nec enim à quocunque prolata eiuſmodi verba efficere poſſunt, quod quęritur: imò verò nihil omnino poſſunt, niſi à Sacerdote proferantur. Eius rei ratio eſt, quòd ita Deo placitum eſt, ita ordinauit, hanc tulit legem. Tranſgreſſori igitur legis & voluntatis eius, dignum paratum eſt meritum, ne quid facere poſſit. Oportet autem Sacerdotẽ cum debita intentione ad ea, quæ Dominus mãdauit, accedere. Si quidem mãdauit nobis, vt in eius commemorationem hæc ageremus, vt ſciamus corpus eius & ſanguinem (inſtrumentaliter ipſi facientes, cùm hæc operamur) mortem eius annuntiare. Si quis enim vel verba Domini, vel alia quælibet, quibus exiſtimet huiuſmodi Sacramentum confici, pronuntiet, non ad ea quæ dicta ſunt intendens, ſeque id agere, quod ille iuſſit, arbitretur, nihil omnino agit: ſed, ſuo fruſtratus deſiderio, fallitur. Materiã præterea ad hæc aptam, & cõuenientem eſſe neceſſe eſt. Oportet enim panem ex frumento, vinum ex vite fieri. Quod ſi alter Sacerdos, etiam cum debita attentione, vel ipſa verba Domini, vel alia quæcunque pronuntiet, vanus eſt omnis labor, nec enim vnquam ex hordeo miliòue, aut alio ſeminũ genere panis factus, neq; ſicera, aut lac, aut mel, in corpus & ſanguinem Domini tranſmutaretur. Hoc canones Apoſtolorum, hoc poſteriores Doctores affirmãt. Quamobrem hoc? Quoniam ille opifex rerum ita voluit, ita conſtituit: tranſgredi autem, & uitare quidquã eorum, quæ ille ordinauit, nefas eſt. Hæc ergo ad ſacri myſterii conſummationem neceſſaria prorſus ſunt, & ſine quibus nihil omnino fieri poteſt.

pus perficiturq; à tota Trinitas.

Proferat licet uerba quis conſecrationis, nihil tamen ſaficit, niſi fuerit ſacerdos legitimè conſecratus.

Intentio conficiendi corpus Chriſti neceſſaria eſt in conſecratione Eucha. alioqui nihil efficitur.

Iacobus Gruytrodius. Vix. an. 1472.

In dialogo Ieſu, & monachi.

Ieſus. Ad unam uocationis ſpem nequaquam pertingitur, ſi non ad eam unita cum proximis mente curratur. Nihil igitur tam vtile, quàm diligi: nihil tam inutile, quàm non amari. O quàm ſincera dilectione ſeinuicem diligere deberent Chriſtiani, qui ſunt ab uno Patre geniti, ex una matre nati, uno fonte renati, una fide illuſtrati, uno pane aliti, qui eſt *corpus meum* in Sacramẽto, uno pretio redempti, ſcilicet, ſanguine meo, vno ſpiritu viuificati, vna imagine inſigniti, vno præmio glorificandi, in una ciuitate ordinandi.

Ioannes Tinctorius, Videtur vixiſſe circa annum 1473.

Sermone in ſectã Vualdenſium.

Cum autẽ apoſtaſia per varios incedat gradus Vualdenſium hæc nefandiſſima ſecta pertingit ad ſummum quia Deum & Dominum Ieſum Chriſtum, quem unicè colendum atque adorandum baptiſmali profeſſione ſuſceperat, incredibili temeritate, & temeraria incredulitate negligit, contemnit, abiicit. Inſuper & ſanctiſſima atque ſaluberrima eius Sacramenta intollerabili præſumptione infamat, profanat, imò diuiniſſimo illo Sacramento, in quo tota noſtra recolitur & continetur redemptio, ad nefandiſſimos & ſpurciſſimos ſuæ ſuperſtitiõis fines abutitur. Dicere pudet, qua fraude ſub hypocriſi Chriſtianæ profeſſionis cum ſceleritiſſima illa conſcientia, cum cæteris fidelibus, ſtatutis ab Eccleſia diebus, ſuperſtitioſæ huius religionis profeſſores ad communionem ſanctam accedant, qui, vt ex eorum confeſſione compertum eſt, ſanctiſſimam illam hoſtiam ab ore ſuo polluto nefaria manu deponunt integram, illamque, ut à ſuo præſide, ſacrorum ac ſalutariũ myſteriorum æmulo ſunt edocti, bufonibus immundiſſimis utique animalibus, diuturna fame cruciatis edendam tradunt.

Vide, in quã nefandæ ſcelera prolabãtur hi, qui ſe ſe ab Eccleſiæ Catholicæ unione diſmiſerunt.

Rodoricus Epiſcopus Samorenſis,
Vixit anno 1474.

Rectoris,curatique Sacerdotis eximia eſt dignitas, atque pernecesſarium ſaluberrimumque miniſteriũ. Habet enim in primis illum familiariſſimum atque ſalutiferum ad ueri *corporis Chriſti* accesſum aſſiduum, in quo eſt redemptio,& ſalus noſtra. *Capit. 20. Speculi vitæ humanæ.*

Nicolaus Deniſius, Vixit anno 1475.

Firmiter itaque credendum, quod cum Dominus dicit (Hoc eſt corpus meum,& hic eſt ſanguis meus) panem & uinum conuertit *in carnem ſuam & ſanguinem*. Et eandem virtutem tranſſubſtantiandi illis uerbis contulit in poſterum. Ipſe ergo Chriſtus eſt, qui conſecrat hoc Sacramentum: Sacerdos autem, tantum miniſter eſt proferens verba in perſona Chriſti. Vnde cum tibi miniſtratur hoc Sacramentum,noli attendere manum Sacerdotis miniſtrantis,ſed manum Chriſti conſecrantis:quia ſic accipere debes,quaſi de propria manu chriſti. Notandum autem, quòd, cum Dominus dicit, hoc eſt corpus meum,ſenſus eſt. Hoc quod continetur ſub ſpecie panis,eſt corpus meum,quod nunc do uobis, & quod pro ueſtra redemptione tradetur, & fit tranſſubſtantiatio in ultimo inſtanti prolatæ orationis. *Sermone de corpore Chriſti.*

Ioannes Betſius. Moritur anno 1476

Dignitas Sacerdotũ notatur præcipue in hoc, quod habent venerabile Sacramentum conſecrare, tractare, & in ſacrificium offerre. O ueneranda Sacerdotum dignitas,inter quorum manus, uelut in utero virginis, Filius Dei incarnatur. O uenerabiles Sacerdotes, ſi ſacerdotaliter vixeritis. O venerabilium ſanctitudo manuum,ubi Chriſtus, id eſt,vnctus,tractat Chriſtum,Sacerdos,Dei filium. O cæleſte myſterium,quod per vos, Pater,& Filius,& Spiritus ſanctus tam mirabiliter operatur: ut uno eodemque momento idem Deus, qui præſidet cælo, in manibus veſtris eſt ſacrificium in altari. In *In 4. Decalogi præceptum.*

ri. In hoc tam inſigni priuilegio ſtupet cælum, miratur terra, veretur homo, horreſcit infernus, contremiſcit Diabolus, & veneratur hoc plurimùm angelica celſitudo. Quid potuit Deus plus dare Sacerdotibus, quàm ſe ipſum, tractare, ſumere, & miniſtrare?

Alexander Arioſtis, Vixit anno 1477.

In Enchri. Si quis pertinaciter credere nollet *totum Chriſtum* cõtineri ſub qualibet ſpecie panis vel vini conſecrati, & etiam ſub minima particula illarum ſpecierum, ſicut vere eſt, hæreticus eſt.

Michael Mediolanenſis, Vix. an. 1478.

Sermo. 47. Totum ſe exhibet Chriſtus nobis in cibum, vt ſicut diuinitate nos reficit, quem ſpiritualiter guſtamus, ita nos humanitate reficiat, quem corporaliter ore comedimus. Vt ita de viſibilibus ad inuiſibilia, de temporalibus ad æterna, de terrenis ad cæleſtia, de humanis ad diuina transferat. Ego ſum, inquit, panis viuus, qui de cælo deſcendi. Ecce cibus diuinus. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt. Ecce panis humanitatis.

Bernardus Decanus Moguntinus, Vixit anuo 1479.

Profectione ſua Hieroſo*lymitana.* Nox illic ingreſſis nobis peregrinis, ſolenne officiũ Miſſæ fratres ipſi celebrauere. Quo expleto, ſacris omnes induti ornamentis, proceſſionem quandam fecerunt, quam nos ex more ſequebamur. Ducebamur autẽ inter procedendum ad hæc loca. Primò, ad locum vbi Chriſtus cum Diſcipulis ſuis vltimam cœnam fecit, & poſt agnum typicum *corpus ſuum* inſtituit in ſacramento, à ſuis deinceps ſumendum, ſimul & ſanguinem ſuũ pretioſum bibendum.

Paulus Corteſius, Vixit anno 1488.

In 4. lib. ſententiarum. Sed modò ex intima Theologiæ officina eliciendum eſt, an *Chriſti corpus* veriſſimè in Euchariſtia inſit.

Diuus

Diuus enim Thomas hoc quæſtionis genus ad rationis æquilibrium perpendit, ob eam cauſſam id corpus Euchariſtiæ ineſſe confirmat, quo abſolutius cum hominum genere copuletur. Nam in cæteris quidem ſacrorum generibus Chriſtum cum hominibus participatione, in hoc autem eſſentia (vtamur enim hoc verbo non peſſimè) contineri dicit. In quo ſanè tutius erit, à Diuo Thoma, tanquam ab itineris duce, digito latius non diſcedere.

Hugo pratanus, quia nuſquam reperire potui, quo hic tempore vixerit, poſui illum anno 1481.

Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus veſtris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu filiorum Iſrael. Sic ergo ſine peccato *corpus Chriſti* comedere debemus, ſi volumus quod *corpus Chriſti* ſuos in nobis operetur effectus. Debet comedere caput & pedes agni cum inteſtinis: vnde ait, pedes & caput cum inteſtinis vorabitis: & ſignat, quòd comedens *corpus Chriſti* debet habere veram fidem. Debet enim credere, quòd in hoſtia illa uerè ſit Deus, qui per caput ſignificatur: & quòd verè ſit ibi *caro Chriſti*, quæ per pedes, qui ſtant in terra ſignificatur: & quod verè ſit ibi anima Chriſti, quæ per inteſtina deſignatur: & omnia illa credat ſe ſumere, dum comedit corpus Chriſti. **Conci.45.**

Iacobus Lugdunenſis, Vixit anno. 1482

Debes ſcire quòd pauca verba ſunt, quibus fit tranſſubſtantiatio in *corpus & ſanguinem*, & ſtatim illis prolatis, eſt ibi *corpus Chriſti & ſanguis*. Notabis quod Deus pepigit & ordinauit cum verbis & elementis, quod verbo appoſito ad elementa fieret Sacramentum. Voluit enim quod vbicunque & quotieſcunque Presbyter dicerte hæc uerba, pane præſente, (Hoc eſt enim cor- *Tractatu de corpore Chriſti.*

pus meum) panis conuerteretur in corpus.

Rudolphus Agricola, Vixit anno 1483.

Oratio. in ſanctam Ieſu Chriſti ſecundum carnem natiuitatem.

Si quoque cum humanitatem ſuſcepiſſet naſcendo clauſum puellaris vteri thalamum egreſſus eſt, idem à morte reſurgendo ſignati monimenti peruaſit clauſtra, idem poſt reſurrectionem uiſendo Diſcipulos hoſtia clauſa penetrauit, quid ergo in his magnum apud illum eſt? ſ. quemadmodum uoluit, factis vſus eſt rebus, qui quemadmodum uoluit eas affecit? quid dicam ſub modica fracti panis ſpecie conuiuis Diſcipulis *corpus ſuum*, ſuis manibus eſſe datum? quid calcatas ſiccis illius pedibus aquas fluctibus tumidas, commemorē?

Baptiſta Trouomala, Vix. anno. 1484.

In Roſella caſuum.

Eſt ſacramentalis mâducatio, qua *corpus Chriſti uerum* realiter ſub illis ſpeciebus panis contentum ſumitur: ſed ſic ſumptum corporaliter non maſticatur.

Guilelmus Textor, Vix. an. 1485.

Sermone de Paßione dominica.

Cœna illa ſacratiſſima facta ſeipſum Diſcipulis ſuis in cibum admirabili Sacramento tradidit, memoriale reparantis paſſionis, arrham conſummatæ dilectionis, pignus futuræ beatitudinis.

Rupertus Epiſcopus Aquilanus,
Vixit anno 1486.

Conci. 63.

Inter cætera fidei noſtræ credibilia, maximum & admirabile eſt realis ac uera exiſtentia *corporis & ſanguinis Chriſti* in Sacramento altaris, ſub ſpeciebus panis & vini. Hoc utique, niſi fides credat, ſermo non explicat. Eſt etenim neceſſarium ſimpliciter credere, & firmiter confiteri, quòd à Domino Ieſu Chriſto audiuimus, carnem, ſcilicet ſuam vere eſſe cibum, & ſuum ſanguinem vere eſſe potum, ſcilicet in Sacramento altaris, in quo vere & realiter continetur. Opinio quorundam fuit & error peſſimus, quod Chriſtus non eſſet in altari; niſi

Error peßimus eſt opinari Eucha. tantum ſignum corpo

tantum

tantum ſicut in ſigno,& dicitur manducari, quia ſignũ eius tantum accipitur. Sed iſte error contra pietatem fidei eſt,quæ tantum beneficium ſibi à Deô datum cognoſcit,& gratias & agit, quod in carne ſua & natura propria ſit nobiſcum.

ris eſſe Chriſti,& iſte error eſt contra pietatẽ fidei.

Angelus Politianus, Vixit anno 1487.

Quare pridie quàm naturæ ſatisfaceret, cum quidẽ in villa Caregia cubaret æger,ita repente concidit toto tus,nullam vt iam ſuæ ſalutis ſpem reliquam oſtenderet,Quod homo,vt ſemper cautiſſimus, intelligens,nihil prius habuit,quam ut animæ medicum accerſeret: cui de contractis tota vita noxiis,Chriſtiano ritu confiteretur.Nocte de in media quieſcenti,meditantique, Sacerdos adeſſe cum Sacramento nuntiatur: ibi uerò excuſſus,procul,inquit, à me hoc abſit, patiar ut *Ieſum meum*,qui me finxit,qui me redemit, aduſque cubiculũ hoc uenire:tollite hinc obſecro me quàm primum:tollite,ut Domino occurram.Et cum dicto ſubleuâs ipſe ſe quantum poterat,atque animo corporis imbecillitatem ſuſtẽtans, inter familiarium manus, obuiam ſeniori ad aulam vſque procedit: cuius ad genua prorepens ſupplexque ac lacrymans,Tu ne,inquit, mitiſſime Ieſu, tu nequiſſimum hunc ſeruum tuum dignaris inuiſere? At quid dixi ſeruum: imò verò hoſtem potius & quidem ingratiſſimum: qui tantis abs te cumulatus beneficiis,nec dicto tibi vnquam audiens fuerim,& tuã toties maieſtatem læſerim. Hæc atque alia cum diceret lacrymans ipſe,lacrymantibusque,qui aderant, vniuerſis,iubet eum tandem Sacerdos attolli, atque in lectulum ſuum,quo Sacramentum commodius adminiſtraretur, referri. Quod ille cum aliquandiu facturum negaſſet,tamen ne ſeniori ſuo foret minus obſequẽs,exorari ſe paſſus,iteratis eiuſdem fermè ſententiæ verbis, *corpus, ac ſanguinem* Dominicum plenus iam ſanctitatis, & diuina quadam maieſtate verendus accepit.

Li. 4. Epiſt. Epiſt. 2.

Nicolaus Salicetus Abbas, Vix.an.1488

In Antidotario animæ. Hoc ipſum incomprehenſibile myſterium, imminẽ te articulo ſalutiferæ paſſionis tuæ gratuita pietate Diſcipulis tuis tradidiſti. Miſericordia motus, & affectu paterno eos allocutus es dicens. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare uobiſcum, antequam patiar, ac ſi diceres: Deſiderio deſideraui meipſum tradere uobis. Deinde ferens teipſum mirabiliter manibus tuis, proteſtatus es dicens: Hoc eſt corpus meum, hoc accipite in veſtram ſalutem, quotieſcunq; ſumitis in meam cõmemorationem, & in memoriam dilectionis, qua vos dilexi, quando meipſum pignus ſalutis reliqui.

Ioannes Lapidanus, Vixit an.1489.

In reſolutione dubiorũ cap.2 Inter omnia officia humanæ facultati commiſſa, nõ eſt aliquod maius, dignius, aut difficilius, quàm debita Miſſarum celebratio, in qua Sacramentum pretioſiſſimi *corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti* redemptoris noſtri cõſecratur, immolatur, & ſumitur. In omnibus Sacerdos; debet intentionem ſuam conformare intentioni Eccleſiæ, hoc eſt, ut intendat illud facere: quod Eccleſia intendit & facit, cuius ipſe in huiuſmodi eſt miniſter. Intendit autem Eccleſia facere quod Chriſtus fecit. Chriſtus verò tranſſubſtantiauit panem in *corpus ſuum*, & vinum in ſanguinem, per verba conſecrationis, hoc etiã debet intendere Sacerdos.

Gabriel Bielius, Vixit anno 1490.

In Canonẽ Miſſæ, Lectione 52. Simili modo, quo Chriſtus conſecrando panem iſtũ *in carnem ſuam* conuertit, ad uini conſecrationem acceſſit. Modo (inquam) ſimili, quantum ad eius bonitatem, quantum ad charitatem, quantum ad virtutem, & quantum ad geſtorum conformitatem. Siquidem bonitas, quæ fecit ut corpus ſuum nobis traderet in cibum, eadem operata eſt ut *ſanguinem ſuum*, quatenus pleno frue-

remur

remur conuiuio, communicaret nobis in potum. Charitas fecit, ut ſanguine nos redimeret. Et ſicut pane in ſuum corpus conuerſo, ita uino in ſanguinem ſuum trãſubſtantiatio, nos nutriens, eiuſdem redemptionis ſuæ memoriam & fructum, in nobis renouaret. Virtus diuina fecit, ut ea poteſtate infinita, qua panem in corpus, etiam uinum conuerteretur in ſanguinem: ut ſicut caro eius hac conuerſione vere facta eſt cibus, ita conuerſione ſimili ſanguis fieret uere potus.

Angelus Clauaſianus, Vix. an. 1491.

Conuerſio nullo modo eſt annihilatio, quia eius terminus non eſt nihil, ſed noua præſentia *corporis Chriſti* ſub ſpecie panis. Et idem dico de ſubſtantia uini, quod tranſſubſtantiatur *in ſanguinem Chriſti*, ita quod panis *in corpus*, & uinum *in ſanguinem purum* uirtute verborum tranſſubſtantiantur, non in aliquid aliud: ſed quia corpus non eſt abſque ſanguine & cæteris humoribus ſuis, nec ſanguis ſine corpore & uenis & neruis ſuis: ideo in hoſtia eſt corpus Chriſti per tranſſubſtantiationem, & ſanguis eius per commiſtionem. Permiſtus enim & diffuſus eſt in corpore, & ideo vbicunque eſt corpus Chriſti, ibi eſt ſangus eius. Anima verò eſt ibi ratione coniunctionis cum corpore, cui inſeparabiliter eſt coniuncta. *In ſumma ſua.*

Ioannes Mederus, Vixit anno 1492

Cum reſediſſet ad menſam Chriſtus, accepit in manus ſuas panem & calicem, & benedicens diſtribuit Diſcipulis, aſſerens quod eſſet *corpus ſuum* ſanctiſſimum, & ſanguis ſuus pretioſiſſimus. Hic eſt ille panis bis coctus, ſcilicet in utero uirginis Mariæ igne Spiritus ſancti, & haſtili crucis. *Sermone de cœna dominica.*

Baptiſta à Satis, Vixit anno 1493.

In Sacramento Euchariſtiæ, forma conſecrationis panis hæc eſt. Hoc eſt enim corpus meum. Forma autẽ *In ſumma ſua.*

conſecrationis ſanguinis hæc eſt. Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quia in illis verbis ſufficienter exprimitur tranſſubſtātiatio panis *in corpus*, & uini *in ſanguinem*.

Marcus Antonius Sabellicus,

Vixit anno 1494.

Lib. 4. Exēplorum ca. 1

Retulit ex his quædam Chriſtiana pietas, quæ illa defluxit, plura, & meliora, excogitauit relatu non indigna, quia ſcitu vtilia ut ſanctum eſſet: & inuiolabile ſacerdotium, qui huic uim feciſſet, piorum cœtu excluderetur. Pari cura datum, ut hic ordo primum inter homines locum ſortiretur: magiſtratus, & reges Sacerdotibus cæderent loco: nulli cogere aut capere fas eſſet, niſi Pontificis permiſſu. Tam rite hæc ſancita, quàm illud abrogatum, ne animales hoſtiæ veteri inſtituto mactarētur: ſanctior ritus, quem diuina inſtituit ſapientia, vt panis, quem myſtice Paleſtinus ſenex obtulit, & uinū modico uerborum complexu (carmen notum eſt, & ſi profanis parum uulgatum) *in corpus & ſanguinem* tranſirent, conficereturque Sacramentum, quo neque maius, neque ſanctius ſit ullum, nec maiore veneratione dignum.

Ioannes Abbas Spanhemenſis,

Vixit anno 1495.

Lib. de tribus regionibus Cœnobitarum.

Quoniam per mediationem Dominicæ paſſionis, mens deuoti hominis compungitur: ideo nunquam melius ad celebrandum ſe præparare poterit, vel potius debet, quàm ſi ante acceſſum altaris ſemper de paſſione Domini, unum ſaltem articulum meditando cum lacrymis, ſi poteſt, tranſcurrat, quia Miſſarum celebratio ob id à Chriſto inſtituta eſt. Cum quanta enim reuerētia, deuotione, & puritate mentis, omnipotēti Deo in altari debeamus aſſiſtere, quis ſermo exprimeret, vel quis intellectus capiendo penetraret, vbi Dominus maieſta

maieſtatis ueraciter præſens adoratur? Cedant ergo hinc procul omnes mundi ſolicitudines,& nihil hic cogitetur, niſi quod ad conſummationem tanti myſterii pertinet.

Vvernerus Vveſtphalus, Vix.an.1496.

Paradox.1.

Firmiſſima fide eſt tenendum, quòd *totus Chriſtus* ſit in hoc Sacramento: ille idem,qui natus eſt de uirgine, paſſus in cruce,qui ſedet ad dexteram Patris,qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, ueriſſime in hoc Sacramento continetur.

Hermanus Schedullius, Vix. an.1497.

In Cronicis ſuis.

Calamitoſa gens Hebræorum id oppido Bauariæ ſito in littore Danubii,maieſtatem Ieſu Chriſti in diuiniſſimo Sacramento mirum in modum contempſit, & religionem noſtram illuſit: idq; poſt uarias punctiones in fornace ignis poſuerunt, illæſum tamen ab igne manſit, in incude quoque malleis percuſſerunt.

Ioannes Nauclerus, Vixit anno 1498.

Chronographiæ,generatione 47.

Gregorius accuratè agens omnia, quæ ad Pótificem pertinent intollerabili veſicæ dolore moritur, ſui Pontificatus anno ſeptimo,menſe quinto, ſepelitur in baſilica beatæ Mariæ nouæ. Gregorius hic poſitus in extremis,habens in manibus ſacrum *Chriſti corpus*, proteſtatus eſt coram omnibus,vt cauerent ab hominibus, ſiue viris,ſiue mulieribus ſub ſpecie religionis loquentibus viſiones ſui capitis,quia per tales ipſe ſeductus dimiſſo ſuorum rationabili conſilio,ſe traxerat & Eccleſiam ad diſcrimen ſchiſmatis imminentis.

Ludouicus Patritius, Vixit an.1499.

Lib.6. Nauigationis [illegible]

Intererant(Canorite videlicet) etiam noſtris Miſſarum ſolennibus, & ubi ſacram Euchariſtiam aſtátibus

Arabica capite 40. adorandam Sacerdos more Chriſtiano oſtendebat, cõuerſus ego ad Mahumetanos aiebam, ſeruatorem noſtrum digito monſtrans, is eſt dicens, Luſitanorum, noſtræque gentis, nec non totius orbis, *Deus optimus maximus*.

Georgius Florus Baldinus, vix. an. 1500.

Compendio de precibus & oratione. Tantum enim abeſt vt iuſtæ ſanctæque preces effectus careant, ut plerunque multo maiora, quam poſcere auderemus vnquam, ab omnipotente & benigniſsimo Deo orationis intuitu concedantur. Nonne verbum caro factum eſt? Et quod panis erat, *in corpus animatum* oratione quotidie transfiguratur, ut una ſubſtantia præter naturam, in aliam transferatur.

Guilielmus Pepinus, Vixit anno 1501.

In Concion. Quadrageſimalibus. Multi hodie ſunt ſimiles prædictis Chriſti Diſcipulis: vt ſunt illi, qui non credunt *Chriſtum ueraciter exiſtere* in Sacramento altaris, ſed potius credunt hanc ueritatem eſſe phantaſma. Si mundi à mulieribus heri & nudiuſtertius eſſe debebant, qui manducaturi erant panes ptopoſitionis, id eſt, panes Domino dedicatos, quantò magis, qui percepturi ſunt panem illum angelicum, id eſt, Chriſti uerisſimum corpus?

Ioannes Abbas Liuriacenſis, vix. an. 1502.

Titul. 8. exercitiorum ſpiritualiũ, Membro 5. & 2. ca. 7 Præcipua cauſſa quare hoc Sacramentum Euchariſtia apppellatur eſt, quia omnis gratiæ eſt contentiuũ. Cõtinet enim eum, qui eſt uas omnium gratiarum pleniſsimum, quare & nominatur Sacramentum Sacramẽtorum. Quod enim omnia Sacramenta ſignant & continent diuiſim & particulariter, iſtud ſimul complectitur continendo vas & auctorem omnium gratiarum. Hinc dicitur, Quaſi uas auri ſolidum ornatum omni lapide

lapide pretioſo. Quod eſſe non poſſet, niſi perfecte in ſe ſplendorem diuinitatis contineret. Amoris immenſitas effulget ex modo, quo ſe expoſuit: vnde & dicitur Sacramentum, quia eſt ſacrum ſignum mirabilis expoſitionis ſui, pro nobis. Vere mirabilis eſt iſte modus. Cum enim non eſſet conueniens, quòd in carne paſſibili diutius moraretur in terris, modum tamen hunc adinuenit, quo ſemper ſe nobis etiam exhiberet *per præſentiam carnis.* Nam Apoſtolis & cæteris poteſtatem cõficiendi dedit. A qua poteſtate nullum legitimum Sacerdotem, ſeruatis ſeruandis, excluſit. Verè ſtupendum hoc fuit amoris ſignum, quod ſic in Sacramento ſe prote expoſuit, & ſic quaſi noua morte ſeipſum manibus cuiuſque catholici Sacerdotis expendit. Quia pro nullius malitia vel pro aliqua iniuria, quæ illi fiat, poteſt eius præſentia violari, quin ſemper ibi ſit *verum Chriſti corpus,* ritè factis, quę circa conſecrationem fieri debent & durantibus ſpeciebus.

Robertus Gaguinus, Vixit an. 1503.

Quieuit deinde à bello Henricus, & Philippum, quẽ ex Anna Ruſſionum regis Georgii filia exulerat, ſe viuo regnare imperauit. Fuere præterea Henrico liberi duo Robertus Burgundiæ Dux, atque Hugo, qui magnus appellatus eſt. Henrici tempore Berẽgarius Turonenſis, Diaconus errorem de Euchariſtiæ Sacramento excitauit, vbi non *verum Chriſti corpus*, ſed exemplar quoddam corporis ineſſe dicebat. A quo poſtea reſipiſcens ſententiam mutauit. *Libro 5. de Francorum geſtis.*

Antonius Mancinellus, putatur adhuc inter uiuos fuiſſe anno 1504.

In ſpecie panis & uini, quam uidemus, res inuiſibiles, id eſt, carnẽ & ſanguinem honoramus. Panis enim eſt in altari vſitatus ante verba ſacra, ubi acceſſit conſecratio: de pane fit *caro Chriſti*, de uino ſanguis. Sub alia autem ſpecie tribus de cauſſis tradidit Chriſtus carnẽ & ſan- *Lib. Orat. 6. titulo. 7*

& ſanguinem ſuum, & deinceps ſumendum conſtituit. Vt fides ſcilicet habeat meritum, quæ quidē eſt de his, quæ non uidentur. Ne etiam abhorreret animus, ſi cer neret oculus carnem crudam & ſanguinem. Et, ne ab in credulis religioni inſultaretur, ſi cruorem occiſi homi nis biberemus. In quo autem ſubiecto fundentur acci- dentia illa, quæ remanent, ſpecies, ſapor, & pondus: fa- tēdum eſt exiſtere ſine ſubiecto, quia ibi non eſt ſubſtā tia, niſi *corpus & ſanguis Domini*, quæ quidem accidenti- bus illis haud afficitur, quoniam Chriſto corpus in ſe talem formam non habet.

Conradus Celtes, Vixit circa an. 1505.

Cap. 12. de ſcriptionis vrbis Norinbergæ.

Conſcēſoque ſuggeſtu hortatur illos (Sacerdos) ad patientiam & tolerantiam, quodque eam membrorum luem corporumque fœditatem, & quod ab hominum ſocietate extra urbes & pagos eiecti uiuāt, æquo & pla cato patientique animo tolerent, ſanctorum Martyrū & Eremitarum meminiſſe velint, maximeque acerbiſ- ſimam Saluatoris noſtri paſſionem præ oculis habere & mente reuoluere, quantas ille pro humani generis ſalute & redemptione contumelias, ſuique ſanctiſſimi corporis plagas ſuſtulerit: *cuius corpus* mox in memo- riam paſſionis eius ſumpturi ſunt. Quibus ita conſo- latis & firmatis, poſt ſacrificium in ſacello, quod cœmi terio adiacet, à peccatis purgati, *Dominico corpore* cibā- tur. Deinde inſtructa cœna lautiſſima in commune cę naculum omnes conueniunt.

Iacobus Cornicius, Vixit anno 1509.

In exercitijs Paſsionis Chriſti.

Enimuero tanquam fidiſſimus parens præſtantiſſi- mum nobis reliquit teſtamentum, & excellentiſſimum legauit bonum, quod cælo terraque dignus eſt, ſacratiſ ſimum videlicet *corpus ſuum in cibum*, & pretioſum *ſangui nem in potum*. O admirabile myſterium, ò celſiſſimum Sacramentum. O uos omnes quotquot Deum amatis, venite, properate, videte, admiramini, obſtupeſcite, lau

date,

date, annuntiate, magnificate nomen Domini. Tale nã que, tam admirandum opus operatus eſt in nobis Dominus, vt quiſquis hoc uoluerit intellectu perſcrutari, non poſſet non & ſpiritu contabeſcere, & deficere intellectu, imo & iunctis uiribus præ admiratione deſtitui. Quamuis enim magnum & admirabile opus fuerit, quòd Deus omnipotens humanam aſſumere naturam, noſtroque mortali contegi ſacco dignatus eſt, hoc tamen opus cuncta illius opera multis poſt ſe reliquit interuallis. In illo nanque opere noſtram in ſe recepit humanitatem: in iſto uero ſuam nobis largitur diuinitatem humanitati coniũctam atque unitam, ut eam intra nos ſumamus. In illo noſtram ipſe humanitatem, in iſto eius nos induimus diuinitatem. O quis infinitã abyſſum altiſſimæ charitatis huius, ullo poſſit intellectu contingere, quam Deus nobis in hac ſublimi & admirabili voluit declarare Sacramento? Et id quidem fecit in extremo vitæ ſuæ tempore, vt eſſet ſumma quædam, & clauſula, perenniſque memoria cunctorum operum ſuorum. Summum ille & perfectiſſimum bonum eſt, & quia nihil melius excogitare potuit, ſeipſum nobis dedit, vt nobis bonitatem & cordis ſui demonſtraret amorem.

Petrus Galatinus, Vixit an. 1511.

Dicto de baptiſmo, & pœnitentia, de Euchariſtiæ nunc Sacramento, quod Meſſias in pane & uino, panẽ in corpus ſuum, & uinum in ſanguinem ſuum poteſtate diuina tranſſubſtantiando, inſtituere debebat, dicendum eſt. Quare primum, quod Meſſias ipſe nouum ſacrificium inſtituturus eſſet, cuius ipſemet panis & cibus eſſe deberet, per priſcorum Iudæorum ſcripturas probandũ eſt. Fides catholica firmiter confitetur, & tenet, in hoc ſacrificio panẽ *in verũ corpus Chriſti*, & uinum *in verum ſanguinem* eius poteſtate diuina realiter tranſſubſtantiari. Non igitur abs re ſcire velim, an per veterum Iudæorum ſcripturas probari poſſit, panem in corpus

Lib. 10. de arcanis catholicæ veritatis ca. 4.

pus Meſſiæ,& uinum in ſanguinem eius, in hoc eodem ſacrificio verè ac realiter tranſſubſtantianda fuiſſe.

Conradus Vuimpina, Vix.anno 1512.

Lib.1. de nobilitate Criſti cap.3.

Et hæc de his quatuor ordinibus,quibus qui initiati fuerint videntur ſuper corpus Chriſti myſticum acce-piſſe præparatiuam poteſtatem. At alios quoque inſti-tuit,qui ſuper vero corpore Chriſti poteſtatem ſucceſſiuè accipiunt conficiendo.Subdiaconos quidem, cum præcingens linteo & mittens aquam in peluim, Diſcipulorum pedes lauit,& linteo terſit,ſignificans id eorũ muneris eſſe,vt ad verum Chriſti corpus conficiendũ, vaſa afferrent diacono, panis ac uini ſpeciebus implenda.Sic quoque diaconorum ipſe peregit officium,cum poſt cœnam Sacramentum corporis & ſanguinis diſpẽſauit Diſcipulis:ac tandem Presbyterij ordinem ſummum ipſe etiam exercuit,cum ſeipſum in ara crucis obtulit,vt idem eſſet hoſtia & Sacerdos,& antea quidem, cum panem & uinum in ſuum uerum *corpus & ſanguinem* conficiendo tranſſubſtantiauit.

Franciſcus Irenicus, Vixit anno 1513.

Li. 3.Exegeſeos Germaniæ,cap.91.

Poſtquam annus ſalutis milleſſimus ſupra quingentesimum,decimus ſeptimus agebatur, poſt Pentheco-ſtes celebrationem, grex quidam ex multis hominum generibus conflatus,Hollandiam hoſtiliter inuaſit, optimas quaſque ciuitates ſpoliabat, prædis deinde onu-ſtus diſceſſit,homines occidit,nec ad ſacratiſſimum *Saluatoris noſtri corpus*, vt ad aſylum confugientibus pepercit.Miſerrimæ planè conditionis Hollandia,quæ tãtos in uulnera eius ſanguiſugos inuenit ſatellites.

Nicolaus Baſelius, Vixit anno 1514.

Additione ad Chronica Ioannis Naucleri.

Anno 1510.die Februarii intempeſtæ noctis hora, circiter uigiliam noctis ſecundam, homo quidam ſacrilegus nomine Paulus,patria Pomeranus Eccleſiam furtiuè intrauit,atque ciborium perfringens capſellam,in

qua

qua uenerabile Sacramentum Euchariſtiæ reconditum ſeruabatur, deauratam, cum hoſtiis & particulis duabus conſecratis furatus eſt. Sequenti autem die furti pretium exiſtimans monſtratile cum particula una Iudæo cuidam emendum obtulit. Nam antea particulam alteram indignus furcifer deglutinerat.Iudæus verò capſellam,ſiue monſtratile conſiderans,maius,ait,& multo eſſet charius, quod his incluſum fuit vaſculis, quod ſi portaſſes digno pretio redemiſſem.At ſacrilegus ille excæcatus malitia de ſinu alteram extrahens hoſtiam Iudæo appretiandam tradidit. Verum Iudæus appenſo vili pretio nouem groſſis, quorum duo & triginta florenum Renenſem faciunt, *Domini & Saluatoris noſtri corpus* ſub ſacramentalibus ſpeciebus velatum ab iniquo venditore emit. Vtcunque actum ſit,mordet reum ſcelus commiſſum.timetque ſemper ſeua & perturbata cōſcientia, fugit mercator iniquiſſimus ad Vvendos, vbi fama præuolante factum omnibus innotuit. Reuerſus tandem ad propria,ſacrilegus captus, atque in tortura poſitus crimen cōfitetur ac rei geſtæ ordinem recitat. Iudæus verò, qui Dominicum corpus emerat ad nudā ſuperpoſitum menſam, pugione ſæpius vibrato tranſforare tentabat, ſed Deo volente inter tot punctiones hoſtia permanſit integra.Quod videns malitia excæcatus Iudæus in furiam actus dixit. *Si tu es Chriſtianorum Deus,*manifeſta te in nomine mille dæmoniorum.Quo dicto citius in tres ſciſſa partes particula, ſanguineo per circunferentiam immaduit rubore.

Georgius Vvicelius,

Dogma vero horum impoſtorum hominum tale eſt. Nimirum uerum Chriſti corpus & eius viuificum ſanguinem non eſſe in Euchariſtia hyparcticè,hoc eſt,ſubſtantialiter ſiue eſsentialiter,ſed ſymbolicè, hoc eſt,ſignificatiue,ſiue figuraliter. Vis craſſius hæc tibi explicem?Cupis apertius audire omnia? Suborti ſunt quidā hac noſtra tempeſtate, docentes in ſacrificio altaris nō *Li. de ſacroſancta Eucha. Eccleſiæ Ieſu Chriſti.*

eſſe verum corpus Chriſti, neque eius ſanguinem, ſed dunraxat quandam ſignificationem corporis ac ſangui nis Chriſti. Ratio eorum talis eſt. Cum Chriſtus abiẽs in cælum, reliquerit mundum, & ſedeat ad dexterã Patris, igitur nunc non eſt nobiſcum veraciter, & ſecundum corporalem ſuam præſentiam in Euchariſtia: hoc eſt, impoſſibile eſt, vt eius corpus & ſanguis nobiſcum in terris ſit ſub ſpecie panis & uini. Alioqui idem corpus in diuerſis ſimul etiam locis esſet, ſed hæc repugnant. Qua enim ratione poterit idem corpus momento eodẽ, in duobus ac pluribus uere esſe locis? hæc qui afferunt, non ex ſeipſis nunc primum fingunt, ſed innouant olim inuenta. Is nanque error ante quingentos annos excogitatus eſt, & annis fere triginta in Galliis per publicas conciones miſero popello perſuaſus à Gallicano illo Scoto, & quodam Friduardo, quorum vterq; & verborum acumine & ingeniorum perſpicuitate plurimum valuit. Deinde eundem errorem inſtaurauit Berengarius diaconus, haud multum diſſimilis iſtorum moribus, cum ſuis, quorum verſutia quam plurimi inciderunt diaboli laqueos, priuſquam contra hos auxiliares manus ferret Eccleſia nutantibus hominum conſcientiis. Verum ubi res ad examen deducta, & ad eruẽdam veritatem tanti myſterii quatuor concilia coacta ſunt, reipſa compertum eſt, in Sacramento Euchariſtiæ præſens esſe *verum corpus Chriſti, & eius uiuificum ſanguinem* ex ſola uirtute ſanctiſſimi uerbi per fidem. Quod & idem diaconus confeſſus eſt, poſteaquam ſanis rationibus conuictus, digito compeſcuit labellum, & pallinodiam canere compulſus, propriis ſcriptis ea retractauit, quæ antea in diuerſum ſenſerat. Quo ẽt tẽpore contra Berẽgarii fortiter opuſcula ſcripſerunt. Guimũdus Auerſanus, & Algerus monachus, ambo viri diſertiſſimi, & in adferenda Euangelica veritate athletæ inſuperabiles. Hos Euchariſtiæ maſtigas & Capernaitas, vt ſic dixerim, hæreticos improba imitatione ſecutus eſt Almaricus, & hunc ſtatim altero gradu Vvaldo Lugdunenſis,

nenſis, quem ſubindi Vuiclephus cum tota Rigardia, qui omnes antiqua vulnera ſemel cicatrice obducta, ea tenus refricarũt, vt noſtris tandem temporibus rete-cta ad viuum, vix queant contegi. Tametſi multi ſua ſponte deſciſcant ab hac peſtifera perſuaſione, cum videant reliquum hæreticorum gregem eum errorem in tot diuerſas, easque contrarias ſibi contentiones partiri, vt ex ipſis etiam diſſidiis vel citra vllam diſputatione͂, facile poſſit & cerni & intelligi occulta eorum fallacia, & latens virus contagioſæ doctrinæ Porro nos Eccleſiaſtici perſeueranter hactenus profitemur & teſtificamur ſupra & contra omnem humanam ſapientiam, ſcientiam, & intellectum, videlicet, *carnem Chriſti, ac eius ſanguinem, uere percipi in Sacramento,* adque huius myſterii intelligendam veritatem, ſolam fidem ſufficere: quæ fides, inquam, omnes intelligibiles res & humana ratione perceptibiles, immenſo excedit interuallo, Chryſoſtomo teſte, qui ſic ait. Fide ad iſtud opus eſt: ea enim animarum medicamentum maximum ac ſaluberrimũ eſt. Quæſtio autem Dei diſpenſationi contraria eſse perhibetur. Quid enim fides ipſa efficit ac molitur in nobis? Vt ſcilicet ipſius beneficia gratè ſuſcipiamus, euadamuſque meliores. Non permittit de re vlla contẽdere aut ambigere. ſed requiem ab his omnibus præſtat. Quæ enim fides peragit atque ædificat, ea quæſtio prorſus euertit. Cur id quæſo? Quia inquirendi nullum finem facit, & fidem prorſus eliminat: Non igitur intẽdamus quæſtionibus: fideles enim Deo uocati ſumus, vt his, quæ dicuntur, ſine vlla hæſitatione credamus, vt nihil omnino dubitemus. Nam ſi humana eſsent, quæ dicũtur oporteret ea merito diſcuti: quod ſi diuina ſunt honoranda ſolummodo atque credenda cenſentur; ſin verò non crediderimus ea, neque Dei eſse ſciemns, Quo enim pacto noſti, quia Deus eſt, cum ab eo cauſſas rationeſque requiras. Nam quòd Deum nouerimus iſtud primum argumentum eſt, ſi omnibus, quæcunque ille dixerit, abſque argumentis probationibuſque credamus.

damus. hæc ille. Et ſcitum eſt illud apud Theologos, fidem non habere meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Cui per quam apte ſubſcribit Cyrillus: Credendo, inquiens, non quærendo, iſta comprehenduntur. Atqui præcipua virtus, cui omnem noſtræ fidei imponimus ſtructuram, eius verbi eſt, cuius & corpus & ſanguis eſt, quod illi quidem auferre nitũtur, at nos contra ſeruare volumus. Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus, dixit Chriſtus ipſe, qui nec mentiri poteſt, nec fallere, & multo minus falli. Apertius & certius hiſce Domini verbis nihil habes in omnibus ſcripturarum cornucopiis. Vnuſquiſque hominum facile capit, quid ſit corpus & ſanguis, maxime cum mentio fit de humana natura. Eſt autem & Chriſtus homo, & de ſeipſo loquitur ad nos. Quid igitur ſibi volunt hæretici? Cur ſibipſis malum accerſunt rebelles? Quid eos iuuat, ſi minus relinquant locum Dei verbo? Quin potius admittunt Chriſtum uera loqui, & eſse potentem ſuorum uerborum? Sane ego haudquaquam ei diffiderem, ſi uel ſimplex pomum in manus ſumeret, & diceret, hic eſt vniuerſus terrarum orbis. Egone huic atque adeo huius uerbis diffidere debeo, cum & eius præpotentiam ęque ac veritatem ingenue fatear, ubique eam in tot ab eo conditis rebus quotidie expertus? Eius curæ committo, quomodo id poſſit fieri, & quomodo fiat Nihil me angit res iſta, ſiue huius corpus longum, ſiue oſsa, ſiue poplices habeat in Sacramento, denique quo modo, vel vbi aut intret, aut egeratur. In quibus omnibus, plus Siculus gerris vanioribus, laborioſe ueluti im mundæ ſcrophæ deſudant Græcanici illi Stercoraniſtę uel ipſo nomine infames. Mihi ſufficit Chriſti uerbum cui nec adimo quidquam, nec addo. Et cum hoc faciam quis eſt, qui me culpet? Aut quis eſt, qui audeat obſtrepere Chriſto, quaſi nimium dixerit, & quaſi parcius dictum oportuerit? O homo quàm fuerit ſalutare in ſolo Chriſti uerbo conquieſcere, & quam pulchrum noſtra corda ſolius Dei uoluntate firmare? Quis iam tam rudis,

rudis, tamque rerum diuinarum imperitus, qui credat veram illam *corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam*, rectæ, & quaſi ex diametro pugnare cum illo catholicæ fidei articulo, quo cõfitemur Chriſtum ſemel aſcendiſſe, & nunc ſedere à dextris Dei? Quaſi neceſſe fuerit, eam ſeſſionem iuxta humanas cogitationes eſſe dimenſam & circunſcriptam, vt nec maior, nec ſublimior, neque ſit mirabilior, quàm vulgaris quædam ſeſſio, qua homo aſſidet homini. Quò (ah indignum facinus) nunc clarificatum corpus Chriſti, detrudimus? quo proſcribimus? nõne impeccabile illud ὁ τὸ μόνον ἀναμάρτητον Chriſti corpus ex ſolo Spiritu ſancto conceptum, vnicum mũdi pretium, & per potentiſſimam ſuam reſurrectionem ſemel clarificatum ac glorioſum factum, quin & ſuper omnes choros Angelorum in ſuam maieſtatem tranſlatum, cęleſte corpus, imputribile & plane immortale: tale, inquam, corpus, nonne longe glorioſius & efficacius eſſe oportuit, quam hoc noſtrum putridum corpuſculum, quod hodie nihil omnino tale eſt quod eſt corpus Chriſti? Qualis tandem, obſecro, eſſet Chriſtus, hoc eſt, cuius virtutis, ſe nequeat & à dextris Patris ſedere iuxta ſcripturas, & nihilo minus ſuum verbum perſeueranter continuare in operatione: illud inquam verbum, quod in extremis ſuis ſuper Paſchali illa cœna & dixit, & cõfirmauit perpetuis temporibus implendum. Altiora, fratres mei & viciniora quidem ſaluti ſentiamus de eo. Omnia velle ratione metiri, & ſupputare ad calculum, multos fecit hæreticos.

Ad hæc reſtat & alius error, quanquam eum pauci aduertunt, in eo, quòd huiuſmodi quoque ſectæ ſecus tradant ac doceant de tranſſubſtantialitate huius Sacramenti, quàm nobis præſcribit catholica Eccleſia. Guimundus Auerſanus Archiepiſcopus apertè audet pronuntiare hunc errorem eſſe hæreſim, nimirum (id quod & ſuo tempore quidam aſſerebant) eſſe in Sacramento non minus panem & vinum, quàm carnem & ſanguinem, cum interim ſcriptura teſtetur, & hucuſ- *Idem eiuſdẽ lib. cap. 10.*

que ſeruet Eccleſia, poſt prolata Domini verba, non iã eſſe panem & uinum, ſed re vera carnem & ſanguinem. Conſtat autem omnibus, in Lutheriſmo contra hanc tranſſubſtantialitatem doceri & firmiter credi, ſub Sacramento ſcilicet verè contineri panem ſimul & corpus eſſentialiter: quod hinc liquet, quandoquidem ipſi fere omnes hoc Sacramentum dicant ac vocent Panẽ corporis, & vinum ſanguinis: vel ita planè in pane eſſe corpus, quemadmodum in candenti ferro ignis. Et quã quam dicere poſſent & Theophylactum ipſum fuiſſe ea ſimilitudine in Ioannem, tamen non ea intentione vſus eſt ſimilitudine illa, qua ipſi. Id aperte conſtat ex ipſius Theophylacti ſcriptis, qui ſæpius de trãſſubſtantiatione loquitur, & tranſelemẽtationem vocat. Idipſum fatetur & Diuus Cyprianus. Sic Paſchaſius & Ambroſius, quidquid interim dicat Gelaſius, de quo nondum liquido conſtat Eccleſiæ: & ipſi uideant num rationem eius doctrinæ reddere queant. Quibus autem rationibus illi impanarii ſuas commentationes & opiniones probent ac muniant, nos hactenus latet. Paulus hoc Sacramẽtum vocat panem Domini, quo ex dicto conſentaneum eſſe uolunt, Euchariſtiam quoque eſſe panem pariter & corpus. Et cur non eadem ratione hinc potius colligunt totam Berengarianam hæreſim, quando quidem Paulus panem dicat? Atqui idem & corpus uocat, quin igitur admittunt, ſolum corpus eſſe, ſed addũt & panem? Aut num poſſibile eſt Chriſto, ut nobis ſolũ ſuum corpus det ſub ſpecie panis, ſi & in pane illud dare poteſt? Auerſanus ille Archiepiſcopus haud ita multum talium hominum defert gloriæ, aut tribuit famæ, cum inquit: Iſti Chriſtum impanatum & inuinatum annuntiant. Et quanquam huius criminis ex parte rei ſunt, tamen omnem hanc impietatem omnino à ſe deuoluunt in Capernaitas iſtos, qui ſolum ſimplici pane contenti carnem non comedũt hodie. Noſtræ fidei fundamentum immobile perſiſtit aduerſus vniuerſos tum Capernaitas, tum impanarios, Matthæi 26. & 1. Corinth. 11

th.11.hoc,quid nam illud?hic ſcilicet panis, eſt meum corpus. Quod autem caro eſt, non poteſt eſſe panis, & vice verſa, Si iam itaque is panis in Chriſti manus ſuſceptus, *caro ſua factus eſt*, quomodo poteſt vna cum carne eſſe & panis? An fortaſſe panis & caro unum atque idem ſunt? Si Chriſtus hanc impanationem indicare atque præſcribere voluiſſet, ita certò dixiſſet. Cum hoc, pane ſcilicet, eſt corpus meum. Vel ita: In hoc vel ſub hoc pane eſt corpus meum. Aut denique ſic: hic eſt panis meus & corpus meum. Verum vt hæc miſſa faciamus, ſummatim dicam: Scriptura inquit, hoc: & nō ſub hoc, niſi Chriſtum ablegare velis ad publica literarum auditoria, ut diſcat prima puerorum rudimenta. Hanc ineffabilem ac incomprehenſibilem tranſmutationem confitentur & patres æque cum Eccleſiæ doctoribus; ueluti Cyprianus. Panis, inquit, iſte communis in carnem & ſanguinem mutatus &c. Atqui ſane quidquid mutatur in aliud, non manet quod erat, ſed transfertur in illud, quod non erat. Cum uero aliquid commiſcetur alteri rei, tunc ſua cuique manet ſubſtantia. Quis autē ſuſtineat aliquem dicentem, hoc Sacramentum nihil aliud eſse niſi commiſtionem quandam panis & corporis Chriſti? Ambroſius dicit: Panis iſte, panis eſt ante verba Sacramentorum: ubi acceſserit conſecratio, de pane fit *caro Chriſti*. hoc nę credere deberemus Ambroſio, ſi non ſolido ſcripturæ fundamento ſolidaret illud. Nequaquam. Sed quia ſummus ipſe doctor Chriſtus dicit, hoc eſt corpus meum, en in promptu adeſt noſtra fides, ita defendens atque ſeruans iuxta primi magiſtri noſtri inſtituta. Proinde ſiſtite gradum hic, o uos noui Miſsarii, & aut toti efficiamini Capernaitæ, aut cū diuini verbi ſentiatis ac ſeruetis ſpiritu. Edite uel purum tantum panem, vel carnem Domini. Nullum nanque hic medium eſt, nullum diuerticulum. Nec magnopere hic nos Eccleſiaſtici formidamus humanæ aſtutiæ iudicium, imò ultro contemnimus contumelioſi mundi opprobria: utpote cum nos Chriſtophagos culpat ac

vocat, interim ſibi ſuauiter blandiens in ſua confictа il la ſacrophagia.

Marcus Marullus.

Lib. 2. Euangeliſtarij ca. 17. Pœnitentes de iis, quibus te offendimus Domine, & eadem Sacerdoti tuo confeſſi, atque ab ipſo, cui tu ſoluendi poteſtatem dediſti, abſoluti, ad menſam ſaluberrimi conuiuii tui accedimus, vt *corpori et ſanguini tuo* cõmunicemus. Indigni quidem, ſed tamen abs te inuitati, qui infirmitati noſtræ præſentaneum porrigens remediũ, *ſacratiſſimum corpus tuum* ſub ſpecie panis. Accipite inquis, & comedite, hoc eſt corpus meum. Deinde pretioſum ſanguinem tuum ſub ſpecie vini in calice infuſum propinans ait: Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et ante per Salomonem in Prouerbiis hortatus es, dicens: Venite & comedite panem meum, & bibite uinum, quod miſcui vobis. Ad tuum ergo conuiuium à te inuitati, a te uocati accedimus, cum plena fide, cum indubitata credulitate confitentes, panem & uinum tuis uerbis à tuo Sacerdote conſecratũ, *tuum eſſe corpus, tuum eſſe ſanguinem*. Tu enim ipſe, qui veritas es, hoc teſtaris & affirmas, cui vel minimum refragari infidelitatis crimen eſt. Panis uiniq; figuram oculis cernimus, odorem naribus haurimus, ſaporem ore guſtamus, duritiem atque liquorem tactu ſentimus, & tamen non noſtris ſenſibus, ſed tuo teſtimonio credimus. Omnis enim homo mẽdax, tu ſolus verax, tu ipſa veritas, quæ nec decipi poteſt, nec decipere. Nos itaque, *corpus tuum* clementiſſime Domine, & tuum ſanguinem aliena ſpecie velatum fideliter accipimus, nec omnino qua oratione id fieri poſſit quæri mus, aut quomodo panis viniquе ſubſtantia in ſubſtantiam corporis & ſanguinis tui tranſeat, cum accidentia non mutentur, ſcrutamur. Maius eſt enim miraculum iſtud, quàm vt humano ingenio vel ſcientia comprehen-

prehendi poſſit, te tamen tradēte verum eſſe credimus etiam quod intelligere, quomodo verum eſſe poſſit, nequimus. Etenim ſuis finibus circunſcriptus eſt intellectus noſter: tuæ autem potentiæ, tuæ ſapientiæ nullus eſt finis, nulla circunſcriptio: omnem numerum, omnē excedit modum Stultus eſt igitur, qui tanti myſterii altitudinem ſe deprehendiſse putet, niſi ipſe reueles, ipſe aperias, ipſe illum tam ſingularis intelligentiæ efficias capacem.

Henricus VIII. Rex Angliæ, ſić, vt hic ſcribit, adhuc ſentiebat anno 1532.

Hæc eſt magna (& quemadmodum ipſe ait) primaria Lutheri ratiȯ quam ego me ſpero facturum, ut omnes quam primum intelligant nihil magni habere momenti. Nam primum id quod ait Euangeliſtas clarę dicere, qnantumuis clare dicant, pro Luthero tamen nihil clare probat: contra vero quod pro illo probaret, hoc nuſquam dicunt. An non ſcribunt (inquit) accepiſſe panem & benedixiſse? Quid tum poſtea? Accepiſse & etiam benedixiſse, nos fatemur. Panem verò dediſse Diſcipulis poſtquàm inde ſuum corpus cōfecerat: hoc & nos inſtanter negamus, & Euangeliſtæ non dicunt. Quæ res quò fiat apertior, & tergiuerſandi minus pateat locus, Euangeliſtas ipſos audiamus. Matthæus ergo ſic narrat: Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic eſt ſanguis meus noui Teſtamēti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Marci verò verba ſunt iſta. Et manducantibus illis accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite: hoc eſt corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes, & ait illis: hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro

Libr. contra Babylonicā captiuitatē, Martini Luthe.

multis effundetur. Lucas denique narrat hoc pacto: Et accepto pane, gratias egit ac fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: hic eſt calix nouum Teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ex omnibus his Euangeliſtarum verbis, nullum video locum, in quo poſt conſecrationem, Sacramentum vocetur panis aut uinum, ſed tantum *corpus & ſanguis.* Dicunt in manus Chriſtum ſumpſiſse panem, id quod etiam nunc fatemur omnes, at cum reciperent Apoſtoli, non panis nominatur, ſed corpus. Ac Lutherus Euangeliſtæ verba, in ſuam partem conatur interpretatione torquere. Accipite, manducate, hoc, id eſt, hic panis (in quit is) quem acceperat & fregerat eſt corpus meum. Sed hæc eſt interpretatio Lutheri non uerba Chriſti, neque uerborum ſenſus. Si panem, quem accepit, quemadmodum accepit, ſic tradidiſset Diſcipulis, nec ante *conuertiſſet in carnem*, ac porrigendo dixiſset: Accipite & manducate: recte diceretur porrexiſse quod in manus acceperat: nihil enim fuiſset aliud quod porrigeretur. At cum, priuſquam daret Apoſtolis manducandum, panem conuertit in carnem, non iam accipiunt panem, quem ille ſuſceperat, ſed *corpus eius*, in quod panem conuerterat. Quemadmodum ſi quis, cum ſemen accepiſſet, mox inde natum florem alteri daret, aliud accepit, aliud dedit. Sic Chriſtus panem accepit, & panem non dedit, ſed corpus proprium, in quod panis ante mutatus fuerat. Vt igitur iſtam cōuerſionem factam Chriſtus palam faceret, noluit dicere: hic panis eſt corpus meum, ſed, hoc eſt corpus meum: nempe *corpus proprium oſtendens*, in quod erat uerſus panis. Quando igitur nullus Euanligeliſtarum affirmat Chriſtum Apoſtolis dediſse panem, ſed accepiſse duntaxat, dediſſeque ſuũ corpus, nihil pro Lutheri parte, quod iam intelligis lector Euangeliſtarum teſtimonia valent. Vt enim Aaronis virga, cum eſset in colubrum verſa, & cum uiciſſim ex

colubro

colubro rediit in uirgam, nunquam ſimul fuit & coluber & uirga: Ita nec panis in corpus Chriſti verſus ſimul fuit panis & corpus Chriſti. Nam ſi cum colubro virga reſtare non potuit, vt idem ſimul eſſet & coluber & uirga, quantò minus reſtare poteſt panis cum carne Chriſti tam incomparabili ſubſtantia, vt idem ſimul dicatur & panis & corpus Chriſti. Quod argutatur, imò nugatur Lutherus, hoc pro ſuæ fidei ſimplicitate facere cum de uino dicat Chriſtus. Non, hoc eſt ſanguis meus ſed, hic eſt ſanguis meus, miror quid homini venerit in mentem, cum iſtud ſcriberet. Quis enim non uidet, quòd nihil prorſus faciat pro eo, imo contra videretur magis pro eo feciſſe, ſi dixiſſet Chriſtus, hoc eſt ſanguis meus, habuiſſet enim anſam ſaltem Lutherus, qua demonſtrandi articulum referret ad vinum. Nunc verò cum uiuum ſit neutri generis Chriſtus ait: non hoc, ſed hic eſt ſanguis meus. Et cum panis ſit generis maſculini, ait tamen hoc eſt corpus meum, non hic, vt vterque oſtendat articulus Chriſtum neque panem propinare, neque vinum, ſed ſuum ipſius corpus & ſanguinem. Quod videri vult Lutherus pronomen hoc, ad corpus referri, non Chriſti propoſito, ſed occaſione linguarũ nempe Latinæ & Græcæ, ac proinde nos remittit ad Hebraicam: an non ridiculum eſt? Nam Hebræa lingua, ſi neutrum genus non habet, non poteſt tam aperte declarare, ad vtrum Chriſtus retulit articulum, quâ Latina vel Græca. Nam in Hebræa lingua, ſi articulus fuiſſet maſculus, tanquam diceret, hic eſt corpus meũ, tamen res relinqueretur ambigua. Quia potuiſſet ea locutio videri coacta, neceſſitate linguæ non habenti neutrum. Sed quid apud Latinos panis & corpus ſint diuerſi generis, is qui tranſtulit Græca articulum coniunxiſſet cum pane, niſi apud Euangeliſtam repperiſſet demonſtrationem factam de corpore. Præterea cum Lutherus fateatur idem generis diſcrimen eſſe & Græcis facile potuiſſet cognoſcere Euãgeliſtas, qui ſcripſerũt Grecæ, articulum fuiſſe poſituros, qui referretur ad pa-

 nem,

nem, niſi quòd conſcii mentis Dominicæ, uoluerunt admonere Chriſtianos, articulo corporis, Chriſtũ nõ communicaſſe Diſcipulis, ſed corpus. Quamobrẽ quod Lutherus interpretatur in ſuam partem verba Chriſti. Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, id eſt, panis, quem acceperat. Non ego ſed ipſe Chiſtus contra docet ſua verba iutelligi: nempe hoc, quod eis porrigebat, non eſſet (quod ipſis videbatur) panem, ſed ſuum ipſius corpus, ſi rectè Chriſti verba recenſent Euangeliſtæ. Nam alioqui poteras dicere, nõ hoc (quod exponeretur id eſt hic) ſed aperte potius, hic panis eſt corpus meum: quo ſermone docerentur Diſcipuli, id quod nunc Lutherus docet Eccleſiam: nempe in Eucharistia, pariter & Chriſti eſſe corpus & panem. Nunc verò ſic locutus eſt, ut oſtenderet manifeſtè, corpus duntaxat eſſe, non panem.

S. Ioannes Epiſcopus Roffenſis, Pro veritatis aſſertione, necatus eſt anno 1536.

Præfatione li. 3 in Ioan. Oecolampadij, de verbis cœnæ dominicæ lib.

Priuſquàm illis rationibus reſpõdeamus, quibus Oecolampadius oſtendere molitur, non eſſe uerum Chriſti corpus in Euchariſtia, ſed tantum corporis ipſius figuram, nos quatuordecim corroborationes aſſerimus, quibus modo dignè trutinentur) quiſque Chriſtianus haud dubiè ſuum animum in huius Sacramenti fide ſolide conſtabilire poterit.

Corroboratio. 1

Prima ſumitur ex ſcripturis ipſis, quæ communem Eccleſiæ ſententiam teſtantur apertiſsime, atque id citra gloſſam aliquam, aut tropum. Circunſtantiæ ipſæ ſcripturarum, à quibus & illuminari ſcripturas Auguſtinus affirmat, litem huius negotii potenter & efficaciter dirimunt. Nam & longo tempore priuſquã Chriſtus cœnam illam (quam Dominicam vocamus) cum Diſcipulis habuiſſet, pollicitus eſt ſe daturum panem carnis ſuæ, nempe cum dixit: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita. Meminit paulo

ante

ante panem alterius generis à Moſe Iudæis fuiſſe datum: nempe Manna, quod neutiquam edētibus immortalitatem præſtare valuit. Meminit & Patrem dediſſe panem verum hominibus: nempe verbum incarnatum quod & per Manna figurabatur. Tertio loco ſubiungit ſe daturum panem carnis ſuæ cunctis edendum, neque ſolum, ſed & eandem carnem itidem ſe morti daturum repetiuit, pro mundi vita. Bis enim dixit, dabo, neque fruſtra certè, quanquam hunc locum oſcitanter multi prætereunt. Nam hic tranſlatio noſtra ſemel habet dabo, cum tamen Græci codices conſtanter bis habeant dabo. Semel enim in ipſa cœna iuxta pollicitationem illam, Chriſtus panem carnis ſuæ dedit Apoſtolis nimirum quando panem acceptum in ſuas manus, benedixit, fregitque, & dedit Diſcipulis dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum. Dedit rurſum & poſtridie cum hoc dixiſſet, carnem ſuā ad mortem crucis pro totius mundi vita. Iam aduerte quàm citra tropum aliquem ſcripturæ ſibi conſentiăt, quod in Euchariſtia ſit *verum corpus Chriſti*. Accedit his quod paulò ante Paſchalem agnum, iuxta ritum Iudaicæ legis, ederat cum Apoſtolis. Erat autem & is agnus figura quædam corporis Chriſti, & necem Chriſti futuram repræſentabat, neque tamen cum illum ederet affirmauit illic fuiſſe corpus ſuum, neque Diſcipulorum pedes antea lauit, neq; vehementem edendi affectū ſe habere teſtabatur, quemadmodum fecit cum Euchariſtiam inſtituiſſet. Hic enim palam aſſeuerauit ſuū corpus eſſe, pariter, & quò puriores ſui Diſcipuli forent ad eſum tanti Sacramenti, pedes eorum ante lauit. Sed & præmiſit ſe magno deſiderio deſideraſſe nouū iſtud Paſcha, in quo verus ipſe agnus continebatur, una cum Diſcipulis ſuis manducare.

Si nullæ penitus eſſent ſcripturæ, quibus huius Sacramenti veritas comprobetur, non eſſet tamen alienum 11 à munificentia tanti principis, imò tam amantiſſimi ſponſi munus tam incomparabile ſuæ ſponſæ relinquere.

re. Nam is effectus natura comparatus eſt, & inſitus omnium hominum pectoribus, & vt cum ab his, quos vehementer amant, ſint aliquanto tempore diſceſſuri, monimentum aliquod eis relinquant, quo dum abſentes fuerint, ipſi facilius & crebrius ad memoriam reducantur. Quamobrem, cum tanta charitate ſponſam ſuam Eccleſiam ardebat Chriſtus, vt pro ea non recuſauerit corpus ſuum omnibus ærumnis & cruciatibus mortis exponere, pariter & vniuerſum effundere ſanguinem, cur alienum ab huius amoris immenſitate putari debet vt nobis eadem tribuat. Pauperculum ſane munuſculũ fuiſſet, & prorſus indignum tanto principe, pro monimento ſui, fruſtulum donaſſe panis, vel figuram quandam, & nudam repreſentationem ſui tribuiſſe. Quamobrem conſpicuum cuiuis eſſe poteſt, friuolam aſſertionem eſſe, quæ ſtatuit nihil amplius in hoc Sacramento contineri, præter panem & vinum. Nam & hoc Sacramentum in Chriſti memoriam, ab ipſo Chriſto, ſponſæ ſuæ relictum, nemo negare poterit, quandoquidem ipſe dixit: hoc in mei memoriam facite. Quod ſi diligenter explorauerimus affectum cuiuſque, qui cum ſit à coniuge ſua chariſſima diſceſſurus, Xenium quoddam relinquere meditatur, comperiemus illum ea méte eſſe, vt ſi fieri poſſet ſeipſum in ipſo Xenio relinqueret. Nam & principes, qui curant imagines efficaciſſimè ſui repreſentatrices depingi, vel donandas, vel mittendas amicis, eadem facilitate, ſi præſtari per eos poſſet, ſeipſos donarent ſub imaginibus illis. Animus profectò non deeſt iſtud præſtandi, tametſi potentia pariter & arte careant, quò minus iſtud ualeant exequi. Cęterum Chriſto nec animus deeſt: quippe qui nos adeo deamauerit, vt longe duriora pro nobis aggreſſus ſit: neque potentia, qui & imperio ſuo cuncta fecit ex nihilo: neque demum ſapientia, qua tam commode præſtet hoc ipſum, ut & citra quamuis iniuriam ſui corporis, & citra crudelitatem & horrorem edentium, *ſuam carnem* nobis edendam impendat. Certè ſi dediſſet corpus ſuũ

in

in ea ſpecie,qua nũc reſidet ad Patris dexteram in ſumma gloria,quis ferre poſſet fulgorem tantæ maieſtatis? vel ſi dediſſet in mortalis cuiuſpiam hominis effigie, quis tam crudelis,eſt,vt dẽtibus ſuis carnem adeo pretioſam lacerans tantam iniuriam Chriſto faceret? Si denique portiunculam aliquam carnis crudæ nobis exhibuiſſet,quis non abhorreret,ſub eo ſimulacro cibum eiuſmodi manducare? Modum igitur alium excogitauit ſumma illa Chriſti ſapientia,quo nobis *carnem ſuam* donaret edẽdam,nimirum impaſſibilẽ, & ſub ſpecie panis, vt ita nec iniuriam ipſe pateretur vllam, neq; nos horrorẽ aliquem ex ipſius eſu carnis caperemus. Quo fit,vt meritò cum Paulo exclamemus.O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.

Tertiam his duabus annectemus corroborationem, III
hanc videlicet quod uniuerſa Patrum orthodoxorum auctoritas huic ſententiæ concorditer aſſentitur: nimirum quòd in Euchariſtia *verum Chriſti corpus* contineatur.

Colligitur & huius Sacramẽti veritas ex ipſius Chri IIII
ſti pollicitationibus. Plurima ſanè eſt pollicitus ipſe Dominus noſter, ex quibus colligere certo poſſumus, eum neutiquam fuiſſe paſſum Eccleſiam ſuam in errore tanti diſcriminis per tot annorũ centenarios iacuiſſe.Sic enim fruſtra nobis dixiſſet. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus,vſque ad conſummationem ſeculi. Quomodo,precor, adfuiſſet Eccleſiæ ſuæ, ſi tantam idololatriam tot ſeculis eam exercere permiſiſſet:nimirum vt creaturam pro creatore adoraret,& merum panem pro vero Chriſto?Quod enim ſcelus diuina maieſtas plus vnquam abhorruit,& odio proſequutus eſt implacabiliori,quàm idolatriæ flagitium?Quare ſi fœdari ſuſtinuiſſet Eccleſiam tam horrendo crimine, tantoque temporum curriculo, quomodo verum eſſe potuiſſet,quod promiſerat ſe nobiſcũ futurum omnibus diebus,vſque ad conſummationem ſeculi?Pollicitus inſuper fuit,& Spiritum ſanctum in Eccleſia permanſurũ,

quatenus

quatenus eam inſtrueret in omni veritate. Ego, inquit, rogabo Patrem, & alium conſolatorem dabit uobis, ut maneat uobiſcum in ęternum ſpiritum veritatis. Et rurſum. Cum venerit ille, qui eſt ſpiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Ad hæc, paracletus autem ille, qui eſt Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixi vobis? Num non veracem in promiſſis ſuis Chriſtum exiſtimabimus? Quòd ſi verax ſit de quo vel dubitare quidquam nefas eſt, haud dubie ſpiritus iſte veritatis nobiſcum in Eccleſia reſidet, eamq́; duxit in omnem fidei ueritatem, ſed & erudiuit, & explanauit, ſi quid in his Chriſti verbis fuiſſet ambiguũ. Suggeret, inquit, vobis omnia quæcunque dixi vobis. Quare ſi verba Chriſti ſunt, Hoc eſt corpus meum, dilucidum eſt, quod & ſpiritus horum ueritatem Eccleſiæ Chriſti ſuggeſſiſſet: Accedit his quod de fide ſit pollicitus itidem, eam videlicet Eccleſiæ non defecturam. Non deficiet, inquit, fides tua Petre. Hæc certe fides catholica, quæ à ſede Beati Petri ad nos manauit, quandiu noſtra ſucceſſio manſura ſit, in hac miſeriarum valle nunquam deficiet & extinguetur. At ſi tanto tempore perperã de his Chriſti verbis credidiſsemus, quis nõ videt extinctam fuiſſe fidem? Succurrit & illud, quod promiſiſſet inſuper Chriſtus, portas inferi minimè pręualituras aduerſus Eccleſiam ſuam. At quis non intelligit iam per tot ſecula præualuiſſe portas inferi, ſi tam peſtifero victa errore Eccleſia, panem tam perfide pro Chriſto coluiſſet. Nam ſi præcipitaſſet eam ſatanas in tantam perfidiam, ut nec de Chriſti verbis ad hunc vſque diem recte ſenſiſſet, neque rectum hoc toto tempore cultum omnipotenti Deo tribuiſſet, ſed meram adoraſſet creaturam loco Dei, quis non planè perſpicit miſerrima ſeruitute catholicam Eccleſiam à portis inferi preſſam & deuictam eſſe? Has igitur & cæteras Chriſti pollicitationes, ſi quis exacte trutinauerit: comperiet, ni fallor, ipſam, quam hactenus de Euchariſtia

fidem

fidem & tenuit & docuit Eccleſia ſolidiſſimam firmam que eſſe.

Corroboratur etiam conſilijs pluribus, quæ & pro confirmanda fide cathołica per ſummos Pontifices in Spiritu ſancto congregata fuerant. Proditur in hiſtoria Tripartita lib. 7. cap. 11. Meſſalianos quoſdam hæreticos fuiſſe, quos εὐχίτας, id eſt, orantes vocarunt, qui inter cætera dixerunt diuinum cibum nihil, nec prodeſſe nec lædere, cibum videlicet illum (ut Theodoretus illic ait) de quo Dominus Ieſus dixit. Qui comedit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, viuet in æternū. Aduerſum hos primum Litois Præſul melitenſis Eccleſiæ, cum cerneret hac hæreſi multa monaſteria, quaſi latronum ſpeluncas euaſiſſe, curauit ut incenderentur, & vt ab ouibus lupi ſepararentur. Similiter & Amphilochius famigeratus Lycaonenſis Antiſtes, dum hæc peſtis illic creſceret, eam valde repreſſit, & oues, quæ tali contagione uexabantur, eripuit. Flauianus quoq; Præſul Antiochenus accerſita turba monachorum Antiochiam, quorum uſus prudētia, complures ex iiſdem hæ paticas, qui in Edeſſa uiciniſque oppidis uenenum illud ſparſerant, conuictoſque mox è Syria cunctos expulit. Poſt hæc in Epheſina ſynodo, in qua ducenti patres ob Neſtorianæ hæreſeos condemnationem, congregati fuerint, definitum & hoc ipſum fuit: nimirum quòd ueram *Chriſti carnem*, quæ uiuificatrix eſt, in Euchariſtia ſumimus. Rurſum Berengarius quidam homo nullius eruditionis, gloriæ tamen cupidus, aduerſus Euchariſtiæ Sacramentum eandem hæreſim, quam nunc Oecolampadius aſſerere molitur, ſuſcitauit: docens ipſum Sacramentum ſolam figuram eſſe corporis Chriſti. Cuius occaſione, Leo ix. Concilium Vercellenſe celebrauit, in quo & Berengarium, compliceſque eius, niſi quam primùm reſipiſcerent, perpetuo damnauit anathemate. Intereà Leo ix. moritur, & Berengarius in obſtinatia ſua pergit, uenenum ſuæ hærefis per Gallias diffundens, quo factum eſt, ut Hildebrandus, Eccleſiæ.

Romanæ

Romanæ tunc Archidiaconus, ſynodi Turonis congregatæ præſidens eundem Berengarium per quoſdã eruditiſsimos uiros conuincit. Sed nec ſic deſtitit miſer ille quin adhuc inſani ſui dogmatis ſemina ſpargeret, eo quod & Nicolaus II. eum Romam accerſiuit, ubi Concilio 113. Epiſcoporum habito, Berengarius hæreſim ſuam, conceptis uerbis, abiurauit. Cæterum adhuc poſteà mutauit animum, & diuerſam hæreſim excogitauit. Nam ubi primum aſſeruit, quod Sacramentum ipſum, tantum figura fuerat corporis, non ipſum uerum corpus Chriſti, iam docere cœpit, illic uerum adfuiſse corpus, ſed unà cum eo manere ſubſtantiam panis. Cuius rei gratia per Gregorium VII. iterum ad conciliũ multorum Epiſcoporum Romæ habitum accerſitus Berengarius errorem ſuum reuocauit. Nihil hic de concilio, quod celebrauit Innocentius III. in quo manifeſte declaratum fuit, & definitum, quod panis in Chriſti corpus conuertatur. Nihil de Conſtantienſi & Baſilienſi Conciliis, in quibus hæc hæreſis damnatur aperciſsimè. Vides ergo lector hoc dogma pro hæreſi fuiſse condemnatum à tot Conciliis.

VI *Miracula, quæ hic paucis perſtringuntur, diffuſe inuenies inferius in Claſſe Miraculorum.*

Corroboratur inſuper huius Sacramenti fides ingenti miraculorum copia, quæ uariis temporibus ad confirmandos infirmorum animos diuinitus oſtenſa fuerunt. Primum illud occurrit, quod ex Dionyſio, qui fuerat Alexandriæ Præſul Euſebius in Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, libro 6. cap 34. refert, Quod ille certè non ſcripſiſſet, neque mors infirmo tam diu fuiſset dilata, ſi nihil aliud in hoc Sacramento fuiſset, quàm merus panis. Memorat & Cyprianus quædam Sermone quinto de lapſis, quæ & nouerat ipſe fuiſse facta. Ambroſius inſuper de morte ſui fratris Satyri lugubrem orationẽ ſcribens, miraculi cuiuſdam meminit, quod ſuo fratri contigit. Narrat & Auguſtinus 22. libro de ciuitate Dei miraculum aliud, quod ſuo tempore contigit. Recenſet & Gregorius in Dialogis libro 3. cap. 3. aliud. Beda ſimiliter in hiſtoria gentis Anglorum. Prætereo, quæ Vincentius

centius in hiſtoria ſua lib.29 ca.24.commemorat. Multa ſanè miracula ob extinguendam hæreſim in Vaſconia pullulantem fuiſse facta, nec uno tantum in locô, ſed pluribus: ita ut Rex Franciæ Philippus ter præſens fuit eiuſmodi miraculis.

Conſtabiliri quinetiam poteſt huius Sacramenti ueritas innumera multitudine reuelationum, quæ piis ante hanc monſtratæ fuerant. Scribit enim Hildegardis uirgo ſanctiſsima, quæ & innumeras Dei benignitate reuelationes conſpexit. Eliſabet quoque uirgo ſanctiſſima reuelationibus pluribus illuſtrata, neque paucis etiam, quæ ad hoc Sacramentum pertinent. His accedit & ſanctiſſima Brigita, cui præter alias innumeras complures de Euchariſtia reuelationes factæ ſunt. Mechtildis inſuper & ipſa quoque uirgo ſanctiſsima, inter alias admirandas reuelationes, quibus illuſtrata fuerat multas memorat de hoc Sacramento. Tradit & duas Chriſoſtomus lib.6. Dialogorum cap.4. VII

Omnes has reuelationes vt ab auctoribus prodita ſūt, habes infra partim in claſſe feminarū partim in claſſe viſionum.

Nemo tam hæreticus eſt, vt neget Eccleſiam ab hæreticis creberrimè fuiſse oppugnatam, ſemper tamen ſponſi ſui patrocinio fuiſse munitam, ne pernicioſis eorum erroribus fides illius corrumperetur. Quādo Cherinthus inſaniit, allatrauit Marcion, Ebion & ipſe ſuperbiſſimè blaſphemauit, num defuit Chriſtus? An nō opitulatus eſt Eccleſiæ ſuæ? Subinde quando Montanus quidam errores complures in Eccleſia ſeminauit, vnà cum Priſcilla, & Maximilla Chriſtus Apollinarē & alios ex orthodoxis excitabat, qui inſana illorum dogmata conuellerent. Poſt hos Florinus quidam, & ipſe nouo quodam & pernicioſo dogmate perturbabat Eccleſiam, affirmans Deum auctorem eſse peccati, ſed & hunc Irenæus Polycarpi diſcipulus confutauit. Scripſit & idem Irenæus aduerſus Valentinum, quem & doctiſſimum fuiſse Hieronimus tradidit. Berillus item Epiſcopus, & ipſe doctiſſimus, in hæreſim maximam collapſus, cum à multis Epiſcopis confutari non potuiſset, ab Origine tandem eſt victus, & ad ſanam Ec- VIII

cleſiæ

cleſię fidem redire compulſus. Nouatus inſuper ſua per uerſitate vexabat Eccleſiam,qui licèt multos corrupiſſet prætextu puritatis,quam profitebatur, cōſilio tamē Epiſcoporum 60. vnà cum totidem presbyteris & pluribus Diaconis habito Romæ,condemnatus fuit, & ab Eccleſia ſeparatus. Manes præterea quidam ex Perſide veniens,à quo Manichæi nomen acceperunt, errorem exitioſum introduxit, qui & poſtea multis ſeculis com plures abduxit à vera fide. Cæterum & huius inſanum dogma tandem orthodoxis impugnantibus & auxiliāte Chriſto,prorſus euanuit. Sabellius etiam hæreſiarcha peſtilentiſſimus, qui ſacræ Triadis perſonas haud quaquam ſeparat,ſed inter ſe confundit, unam ex tribus faciens. Poſtea tam ipſe Sabellius,quàm ſectatores ipſius per ſynodos aliquot fuerunt condemnati. Arrius etiam Presbyter Alexandrinus,vir eruditiſſimus,& fa uore plebis ac principum potentiſſimus,quis ignorat, quàm accerrimis machinis vniuerſam Eccleſiam arietauit? Ille Chriſtum æqualem eſſe negauit Patri. Verū tamen opitulante Chriſto complures orthodoxi ſuos calamos in illum acuerunt,& ſynodo 3.18. patrum Ni cææ habita condemnatus fuit. Poſt hunc Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus aduerſus Eccleſiæ fidem erexit ſeſe,negans Spiritum ſanctum eſſe Deum, ſed idem haud multo poſt ſynodo centum & quinquaginta patrum habita Conſtantinopoli fuit exploſus. Neſtorius verò Conſtantinopolitanus etiam Epiſcopus vulgo gratioſiſſimus, hæreſim ſuſcitauit, aſſerens beatam virginem non Dei, ſed hominis tantummodo genitricem. Sed hunc ſynodus Epheſina ducentorum Epiſcoporum iuſtiſſimo ferijt anathemate. Dioſcorus itidem Alexandrinus Epiſcopus eandem eſſe carnis & verbi naturam in Chriſto perperam docēs, paulo poſt à ſynodo Calcedonenſi ſexcentorum Epiſcoporum, vnà cum Eutyche proiectus eſt. Quid Apollinarem iu niorem uirum in diſſerendo ſingulariter acutum, & in ſcripturis exercitatiſſimum. Quid Paulum Samoſate-

num,

num, virum non minus arrogãtem, quàm ſingulari præditum eloquentia? Quid Donatum, & Donatiſtas ſeculari ſcientia diligenter inſtructos, vita probatos, viribus & diabolica verſutia ſummos? Quid Albigenſes memorem, qui Lutheranorum in erroribus non diſſimiles ferme parem cum ijſdem acceperunt cladem? Nam obſiſtentibus eis orthodoxis, conciderant ex illis uno prælio ſexaginta milia virorum. Prætereo Vualdenſes. Pigardos, Vviclephiſtas & cæteros illos ingenti numero. Cæterum ab eorũ erroribus Chriſtus Eccleſiæ ſuæ fidem hactenus integram & illibatam cõſeruauit. Quã rem, cũ nemo dubitat, ſed exploratiſſimam omnes habeamus, quis vnquam intra ſinum ſui cordis admittere poteſt, quod idem ipſe *de ueritate ſui corporis* Eccleſiam ſuam errare tanto tempore permiſiſſet?

Ingens pietatis fructus, quem experimur in his quotidie magis ac magis augeri, qui iugiter hiſce myſteriis, per crebrum eorundem eſum cum fide & deuotione participant mirifice Sacramentum iſtud confirmat. IX Ad hunc modum Chryſoſtomus, Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & cæteri patres, qui crebrius & ardentius huic Sacramento communicabant profecerunt in omni pietatis genere. Nec illi ſolum: ſed & recentiores quoque, Beda, Bernardus, Albertus, Thomas, Bonauentura & reliqui, quorum ingens eſt numerus, hic hi omnes hauſerunt gratiam ſpiritus, hic, ſcripturarum intellectum, hic, vitæ ſanctimoniam, hic mores probatiſſimos, hic, pietatis fructum, hic amoris ardorem erga Chriſtum & proximum, hic, deuotionis guſtum & feruorem, hic, didicerunt mundi contemnere vanitates, carnis deſideria reprimere, ambitionis laqueos rumpere, & proprias denique relinquere voluntates. Et ſane ſi quis conſideret profectus, & lapſus, atque reformationes, quæ ſæpius in Eccleſia contigerũt, comperiet lapſuum quidem cauſſam fuiſſe neglectum, & abuſum huius Sacramenti: contra uero profectibus & reformationibus ſemper fidelem cultum & deuotam

eiuſdem Sacramenti frequẽtationem profuiſſe magno pere. Sic enim ab ipſis primis cunabulis Eccleſia profecit. Nam in actis traditur, quod erant omnes perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & in communicatione fractionis panis, & orationibus. Profuit certe plurimum doctrina verbi, ſed ea ſine cæteris duabus friguit tandem, vt & quotidie fieri cernimus. Accedat auditioni verbi precatio crebrior, & pia Sacramenti huius frequentatio, & fieri non poteſt quin maximus ex eis enaſcatur fructus pietatis. Ex his profecto manauit tanta martyrum conſtantia, vt cum inebriati fuiſſent hoc ſanguine, nihil (vt & Cyprianus teſtatur) trepidabant & ſuum viciſſim pro Chriſto ſanguinem fundere. Palam eſt igitur ex maximo fructu ſpiritus, quem generatim conſequuti ſunt omnes qui Sacramentum iſtud ingenti fide & deuotione frequentabant corporis & ſanguinis Chriſti veritatem in eodem contineri.

Sicut hi, qui firma fide frequenter Euchariſtiæ fiunt participes, proficiunt in omni pietate: ita qui minus digne vel credunt, vel vtuntur ea, nullo non impietatis genere contaminantur. Quæ res cum in aliis compluribus, tum in ipſa peſſima Manichæorum ſecta, de quibus Auguſtinus libro de hæreſibus tradit, quæ referre puderet, niſi vt palam fiat in quã horrenda præcipitia labi ſignantur, hi qui recta fide, carent huius tanti Sacramenti. Vbi videre licet, quàm execrandus fuerat, horum hæreticorum lapſus, propter inopiam fidei de tanto Sacramento. De Albigenſibus quid dicam, qui & Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti blaſphemarunt? Hiſtoriis uariis proditum, quam abominandam vitam duxerint, & in quã nefarios inciderint errores, quodque per eos innumera plebis multitudo corrupta fuiſſet, de quibus tandem & ultio tanta ſumpta fuerat, vt vno die perempti ſint ex eis 60. milia pugnatorum Vviclephiſtæ ſimiliter & Beguini, qui de Sacramento iſto peruerſas & omnino diuerſas, à totius Eccleſiæ ſententia, tenuerãt opiniones, haud facile dici poteſt: quã infelici-

infeliciter perierunt,& tam in hac temporarios, quàm in futura vita perpetuos ſuſtinebunt cruciatus.

Nullum ex Scripturis adferre teſtimonium hæretici queũt,quo probent in Euchariſtiã nõ eſſe corpus Chriſti. Neque enim id conficiunt illæ ſcripturæ,quæ teſtantur Chriſtum corporaliter in cælum aſcendiſſe,quãdoquidem omnipotentiæ ſuæ neutiquam repugnat efficere,vt corpus idem ſit in locis pluribus. At præter illas, nullas omnino queunt alias afferre. Verbis vtiq; Chriſti vim afferunt ſua infartientes, quibus ad alium detorqueant ſenſum. Nam vbi Chriſtus ſimpliciter enunciauit,dicens,hoc eſt corpus meum: quæ verba ſunt adeo dilucida,vt nullus in eo ſcrupul' eſſe poſſit: illi tamẽ interpretantur per,eſt,ſignificat,& per corpus,figurã corporis. Quòd ſi liceat ad hunc modum ſcripturas interpretari,quis non perſpicit quemuis hæreticum quamcunque velit hæreſim facillimè tutari poſſe? Sed aiunt Paulum ſimili tropo dixiſſe: Petra autẽ erat Chriſtus, ubi docent, vel per erat, oportere verbum ſignificabat intelligere,uel per Chriſtum,figuram Chriſti. Verum vt largiamur eis hoc loco tropum eſſe, quãquam & hic nullum ſubeſſe tropum ſecundo libro monſtrauimus, non propter illud cõtinuo ſequitur, quod in illis Chriſti verbis aliquis erit tropus. Nunc autem iſta non aliter memoramus,niſi ut lector ĩtelligat, hæreticos iſtos nullis hæreſim ſuam fulcire poſſe ſcripturarum teſtimoniis, cum noſtra,hoc eſt communis totius Eccleſiæ ſententia,pluribus muniatur,& eiſdem efficacibus. Sed neque verba Chriſti detorquemus, vt illi parum pudenter faciunt,ſed vt ſimpliciter enuntiantur,ita ſimpliciter interpretamur iuxta canonem Hilarii, quem libro de Trinitate primo tradit. Optimus, inquit, lector eſt qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quàm imponat,& retulerit magis,quàm attulerit: neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumpſerit intelligendum. Huic certe canoni palam contrauenit Oecolampadius, intermiſcens alia

quàm dixerat Chriſtus:imò quæ ne cogitarat quidem. Chriſtus palam enunciauit ad hûc modum, hoc eſt corpus meum:non ita,hoc ſignificat corpus meum : neque ſic,hoc eſt figura corporis mei. Quiſquis enim ſic interpretatur,non refert ſimpliciter ipſa Chriſti verba, ſed affert,& intermiſcet aliena,quemadmodum & iſti miſeri faciunt,totius etiam huius vniuerſi,ſi liceret, ordinem euerſuri. Et profectò non aliud habet Oecolampadius,quo ſuam hæreſim tueatur, niſi quod difficilia quædam & abſurda ſenſui conſequerētur, ſi dixerimus in Euchariſtia verum eſſe corpus Chriſti. Cæterum id lector diiudicet,an ęquũ fuerit non credere verbis Dei propter ea,quæ ratio noſtra non capit, neq; viribus ingenii valemus ipſi comprehendere.

XII. Nullus vnquam orthodoxus aut ſcripſit,aut docuit, non contineri verum Chriſti corpus in Euchariſtia. Certus eſto lector, neminem vnquam, qui deo vero orthodoxo fuiſſet habitus,producet Oecolampadius, qui negauerit,hic ſub velamine panis, opertũ eſſe corpus Chriſti. At unde id nouerim quæris? Dicā, partim certè ex mirifico eorum,quos legi,conſenſu (& legi ſane plurimos)partim ex eo,quod ad hunc vſque diē nemo ex orthodoxis accuſatus fuit ſuper ea re. Nec defuiſſent profectò accuſatores,ſi quiſpiam huiuſmodi repertus eſſet,qui rem hanc adeò receptiſſimam ſuis dānaſſet ſcriptis. Vides in rebus longe minoris momenti non fuiſſe prætermiſſum, ſi quid aberratum eſſet à ſcopo veritatis. Cyprianus enim, qui docuit rebaptizandos eos,qui fuiſſent ab hæreticis ante baptizati, in ius propterea vocatur à multis. Et quæ de Petro Hieronymus uiſus eſt haud rectè tradidiſſe, non ſilentio prætereundum cenſuit Auguſtinus. Quamobrem ſi de hoc Sacramento omnium auguſtiſſimo, quiſquam aliter aut ſcripſiſſet,aut docuiſſet,quā orthodoxa tradidiſset Eccleſia fuiſset haud dubie notatus à cæteris,ceu reus hęreſeos ab orthodoxis fuiſſet habitus. Adde in tanto ſcriptorum numero,cum tot eſſent, qui rem hanc tā aper

te pridem aſseruiſsent, ſi quiſpiam orthodoxus aliter ſenſiſset, aut credidiſset rem ſe habere, produxiſset ſaltem hoc negotium in quæſtionem & controuerſiam, ut ſi quidquam ambiguitatis in ea re fuiſset, id exactius ab eruditis diſcuteretur, atque ita ueritas appareret. At nihil factum huiuſmodi unquam ab orthodoxo quouis legimus. Ab hæreticis uero non ſemel audiuimus. Verum hi confeſtim à generalibus ſynodis ad hoc ipſum ex toto Chriſtianiſsimo congregatis accerſebantur, & protinus ut auditi fuiſsent, unanimi patrum decreto condemnabantur, & abiurare compulſi ſunt ſua peſtifera dogmata.

Qui ſic mordicus negant ueritatem corporis & ſanguinis in Euchariſtia, nec uno quidẽ aut miraculo, aut releuatione ſententiam ſuam comprobare queunt, cũ tamen à nobis & miraculis, & reuelationibus innumeris ipſa ueritas confirmetur. Sed & illi, ut nihil eis obſiſtant miracula, breui compendio uel ea fieri negãt, uel ſi facta ſint præſtigijs dæmonum aſcribunt. Cæterum Auguſtinus memorat ſuis temporibus miracula complura Dei uirtute fuiſse peracta. Scribit & Hieronymus carpens Vigilantium, quod is aduerſabatur miraculis. Argumentatur, inquit, contra ſigna atq; uirtutes, quæ in baſilicis martyrum fiunt, & dicit eas incredulis prodeſse, non credẽtibus: quaſi nunc hoc quæratur, quibus fiant, & non qua uirtute fiant: Eſto ſigna ſint infidelium, qui quoniam ſermoni & doctrinæ credere noluerunt, ſignis ducantur ad fidem: & Dominus incredulis ſigna faciebat, & tamen non idcirco Domini ſuggillanda ſunt ſigna, quia illi infideles erant, ſed maiori admirationi erunt, quia tantæ fuere potentiæ, ut etiam mentes duriſsimas edomarent, & ad fidem cogerẽt. Itaque nolo mihi dicas ſigna infidelium ſunt, ſed reſpõde quomodo in uiliſsimo puluere & fauilla, neſcio qua tãta ſit ſignorum uirtutumque præſentia. Sentio, ſentio infeliciſsime mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iſte immundus, qui hęc te cogit ſcribere, ſæpe hoc XIII.

uiliſsimo tortus eſt puluere, imo hodieque torquetur: & qui in te plagas diſsimulat,in cæteris confitetur:niſi forte in morem gẽtilium,impiorumq; Prophirii & Eunomii has præſtigias dæmonum eſse confingas, & nõ uere clamare dæmones, ſed ſimulare tormenta. Hæc Hieronymus. Vides hic lector uera miracula fieri nõnunquam ad mortua ſanctorum oſsa, carnesque redactas in puluerem & fauillam. Quòd ſi corpora ſeruorũ tam in monumentis quieſcentia, tametſi uitæ pariter & ſpiritus expertia ſint,Deus huiuſmodi miraculis honorare ſtuduit, quanto magis exiſtimabimus eum, *Filij ſui corpus in Euchariſtia*,non iam mortuum,ſed ipſi uitæ coniunctum,hoc eſt uerbo, quo uiuunt omnia talibus miraculis:glorificari uelle?Profecto qui id negãt, non gentilibus modo,& impiis ipſis Porphirio, atque Eunomio deteriores ſunt, uerum etiam cum blaſphemantibus ipſis Iudæis,in Spiritum ſanctum grauiſsime peccant,nimirum cum ea dæmonibus impuris tribuãt, quæ ab ipſo Spiritu ſancto proficiſcuntur. Nam ſicut malignißimi Iudæi,cum Chriſtum uidiſsent, tot miraculis doctrinam ſuam corroboraſse,quorum nec minimum ipſi præſtare ualebant,confeſtim ea principi dæmoniorum aſscripſerunt. Sic & hæretici iſti, cum ſatis perſpiciant ſe nullum poſse miraculum in ſui dogmatis teſtimonium producere,malitioſe conantur omnia miracula in ſuſpitionem adducere, tanquam dæmonum præſtigiis, nõ Dei ſpiritu,parata ſint. Hoc ipſum ſimiliter pari ſtropha de reuelationibus faciunt, quæ ſanctiſsimis utriuſque ſexus hominibus diuinitus oſtenſæ ſunt,eas à prauis ſpiritibus immitti contẽdunt: quæ dubio procul aut à bonis Angelis, aut ab ipſo Sacro ſpiritu monſtratæ ſunt piis. Sed harum blaſphemiarũ, quemadmodum Chriſtus docuit,neque in hoc ſeculo, neque in futuro remiſsionem unquam conſequentur. Intelligis ergo lector, quanta ſit hæreticorum iſtorũ, malignißima cæcitas,& cæca malignitas,quod cũ noſtra parte tot modis teſtificetur Deus,nempe ſcripturis

ſacris

ſacris, amoris immenſitate, conſenſu Patrum, pollicitationibus ueraciſsimis, ſanctiſsimis ſynodis, miraculis euidentibus, reuelationibus clariſsimis, ipſi ſcripturis abutuntur, non mouentur amoris immenſitate, conſenſum patrum floccifaciunt, pollicitationes minime ponderant, ſanctiſsimas ſynodos contemnunt, deprauant, miracula reuelationis irrident. Neque tamen quidquã quod ſolidæ probationis pondus habeat afferre queũt. Tantum dicunt abſurdum eſse, nec ullo ſenſu rationeque deprehendi poſse, quod in Euchariſtia uerum corpus Chriſti ſit. At quid mirum ſi rationis & ſenſus noſtri captum exuperet tam auguſtiſsimum myſterium, quando neque minimæ creaturæ Dei rationem exactã comprehendere poſsumus. Sic enim ſapientiſsimus ipſe teſtatur in Eccleſiaſte dicens: Et intellexi quod omnium operum Dei nullam poſsit homo inuenire rationem, & quantò magis laborauerit ad inueniẽdum, tantò minus inueniat. Etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. Si non poſſumus igitur alicuius infimæ creaturæ rationem exacte comprehendere, cui mirum erit, ſi in arcaniſsimis hiſce miſteriis cæcutiamus? Neque enim par eſt, ut imbecillitas uirium noſtrarum, aut obtuſitas ingenii noſtri potentiſſimis ipſius Chriſti uerbis fidem abroget, cum eius uerbo creata ſunt omnia, cumq; nihil eius potentiæ factu credendũ impoſſibile, quod aut ipſe fieri uelit, aut futurum eſse decreuerit.

Diſſidentes à communi totius Eccleſiæ fide mutuo ſe iugulant. Et hæc certe mediocriter, quemque uere Chriſtianum conſtabilire poteſt in huius Sacramenti fide, hoc eſt, ut firmiter conſtanterque credat, ſicut Eccleſia tot ſeculis iam præteritis docuit, & adhuc docet quotidie. Non utique recenter inuentum fuit hoc dogma, ſicut quidam inſimulant: neque enim recẽs auctor eſt Chryſoſtomus, qui tamen apertiſſime docuit ſuo tẽpore ſubſtantiam panis abſumi confecto Sacramento. Adde quod idem ſæpe teſtatur, panem & uinum in car- xxiiiij

nem & ſanguinem, nunc mutari, nunc traſmutari. Hæc diximus, vt nemini videatur Eccleſiæ dogma recens, de panis, vt vocant, tranſſubſtantiatione: quandoquidẽ & veteres ipſi palam id teſtabantur. Sed videamus quẽ in modum hi, qui reluctantur huic dogmati mutuo ſeipſos interimunt. Duo ſunt in primis quæ docet Eccleſia de hoc Sacramento credi debere. Alteram, quòd hic *uerum Chriſti corpus*, & uerus eius ſanguis, virtute verborum Chriſti iam adſint. Alterum, quòd panis & uinum, quantum ad ſubſtantias ſuas hic eſſe deſierint. Lutherus quidem & ſectatores eius priorem partem ſolide tuentur, & docent nimirum è ſcripturis eam neceſſario ſequi: poſteriorem verò negant: imò ſubſtantiã panis conſtanter aſſerunt in Euchariſtia manere, panẽ hunc aſſerentes eſſe corpus iſtud. Cæterum Oecolampadius cum ſuis, qui nec pauci ſunt, affirmant ipſius panis manere ſubſtantiam: at negant hic vllo pacto eſse corpus Chriſti. Sed neque ſi adeſset, fieri poſse, vt hic panis ſit hoc corpus. Adducunt & hi pro hac parte ſolidiſſimas rationes, quæ, meo iudicio, ſolui à nemine poſſunt. Docẽt enim nulla ratione fieri poſse, vt hoc indiuiduum panis ſit illud indiuiduum corporis Chriſti, aut quòd hæc ſubſtantia panis, ſit illa ſubſtantia corporis. Quibus haud dubie rationibus, Lutherum & ſectatores eius confodiunt, quatenus ipſe contendit manere panis ſubſtantiam, & hunc panem, nempe demõſtrat pane materiali, uerum eſse Chriſti corpus. Lutherus cõtra, pro præſentia corporis adfert irreuincibilea ſcripturas, quibus & firmiſſimè colligit, ibi *verum corpus & uerum Chriſti ſanguinem eſſe*, quibus proculdubio ſententiã Oecolapadianorũ ſubruit funditus, quatenus ipſe negant carnis ueritatẽ in eo ſacramento. Quòd ſi iuxta Lutheranos veriſſimè collectum ſit, ex ſacris ipſis literis veram corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in hoc Sacramento realiter haberi, & rurſum per Oecolampadianos vere probatum ſit, hunc panem materialem non eſſe ipſum corpus Chriſti neque materiale vinum

num iſtud, ipſum eſse ſanguinem Chriſti, quis iam non videt vtroſque ſuis gladiis, & ſeipſos mutuo iugulaſſe & communem Eccleſiæ ſententiam corroboraſſe mirificè? Nam ſi quòd Chriſtus pronunciabat, dicens: hoc eſt corpus meum, quis pronomen hoc, hunc panem interpretatus, & per corpus, corporis ipſius veritatẽ accipiens, ipſum axioma falſum reddiderit, quemadmodũ & Oecolampadius robuſtiſſimè collegit. Et ſi rurſum accipiendo corpus, pro ſola figura corporis, falſum itẽ effecerit, vti Lutherus apertiſſimè probat, nunquid nõ ex vtriuſque comprobatione dilucidè conſequitũr, veriſſimam eſſe Eccleſiæ communem ſententiam, quæ negat manere ſubſtantiam panis, ſed eam aſſerit penitus in Chriſti corpus mutatam eſſe & vini ſubſtantiam ſimiliter in Chriſti ſanguinem? Quiſquis igitur has corroborationes accuratius expenderit, pieque vixerit, mirabor ſi non perſuaſiſſimum ei fuerit de ueritate corporis & ſanguinis in Euchariſtia.

Eraſmus Rotherodamus, Moritur anno 1536.

Euangelii vigor nõ abolet morales virtutes, ſed perficit. Nec ignoras, quantum abhorreat, non dicam à virtute, ſed prorſus ab omni humanitate, prodere amicitiæ arcanum: quandoquidem execramur etiam illos, qui poſt diremptam amicitiam efferunt quod amicis creditum erat: & qui generoſioris ingenii ſunt, nec illis quos maximè inuiſos habẽt, ſuſtinẽt obiicere, quod ex amicitiæ priſtinæ fiducia cognouerunt. Ego te vel vnum his moribus eſſe iudicabam, ut tuto quiduis arcani poſſem committere, nec alium mihi delegeram, cui conſcientiæ meæ ſecreta crederem. Quò magis admiror, quid acciderit vt ea de me ſparſeris, quæ nec dixi, nec cogitaui vnquam. Inſtillaras clanculum in aurem optimi iuuenis, me de Euchariſtia idem ſentire, quod tu ſentires. Hunc iniectum aculeum ille ſecum ablatũrus *Epiſtol. ad Conradum Pellicanum.*

rus erat in ſuam patriam, niſi forte fortuna caſus inieciſſet inter nos huius rei mentionem. Et haud ſcio, an nunc quoque ſuſpicionis nonnihil de me ſecum abſtulerit. Ac primum quidem cum illum audirem, ſuſpicabar te nihil aliud ſentire, quàm ſoles apud me profiteri, damnabas eos, qui auderent profiteri illic non eſſe niſi panem & uinum. Nec aliud vnquam opinatus ſum de te, niſi proximo colloquio, cũ velut afflatus & alius factus abſq; fuco declarabas animi tui ſententiam. Eã cum iam palam profitearis, ſpargis ac dictitas, me tecũ ſentire: idque tam palam facis, vt tuus ſermo genuerit etiam rumorem, cuius te auctorem eſſe, iam nulli fere obſcurum eſt. Nec dubito, quin ſimilia ſcribas amicis. Ego verò ne in priore quidem ſententia tecum ſenſi. Cenſebas enim profitendum in ſynaxi eſſe corpus Domini, cæterum quomodo ſit illic Deo, qui nouit omnia committendum eſſe. Ego verò hoc tuæ ſententiæ adiiciebam, mihi iſtud videri ſimplicius, quod ita vitarẽtur varii difficultatum Labyrinthi, ſi fas eſſet homini Criſtiano ab eo diſſentire, quod conciliorum auctoritas, quod omnium Eccleſiarum ac gentium conſenſus tot iam ſeculis comprobaſſet. Ad id, uidelicet, non eſſe *verum corpus Chriſti* ĩ Euchariſtia, ſemper negauimus poſſe animum inducere, præſertim cum Euangelicæ ac Apoſtolicæ literæ tam euidenter nominant, *corpus quod datur, & ſanguinem qui effunditur*, cum hoc mirifice cõgruat ineffabili Dei erga genus humanum charitati, ut quos redemit corpore & ſanguine Filii ſui, eos uoluerit *eiuſdem carne & ſanguine* modo quodam ineffabili paſcere, & hac arcana Filii præſentia, ceu pignore, conſolari, donec redierit glorioſus & omnibus conſpicuus. Hæc me redderent propenſiorem ad Eccleſiæ catholicæ ſententiam, etiam ſi nihil eſſet definitum, nec in hanc partem, nec in illam. Nunc quis furor eſſet, ſi ego non vererer pronuntiare, ibi nihil eſſe præter panem & uinum? Soleo cum amicis eruditis, maxime cum abſunt infirmi, libere commentari de quibuſlibet, inquirendi ſtudio,

Eraſmus, quibus rationibus per motus, non potuerit ad ſacramentariorum perfidiã pertrahi.

dio,nonnunquam & tentandi cauſſa,interim animi gratia:hac in re fortaſſe ſimplicior,quàm par eſt.Sed agnoſcam etiam parricidii crimen, ſi quiſquam mortalium vel ſerio,uel ioco audiuit ex me hanc uocem, in Euchariſtia nihil eſſe præter panem & uinum, aut non eſſe ibi verum corpus & ſanguinem Domini, quod nūc quidam libellis editis propugnant. Imò Chriſtum ipſum precor mihi parum propitium, ſi iſta ſententia vnquā inſedit animo meo.Nam ſi quid volatilium cogitationum aliquando tetigit animum meum, facile diſcuſſi conſiderata Dei erga nos æſtimabili charitate, perpenſis diuinæ ſcripturæ verbis,quæ Lutherū etiam ipſum, quem vos omnibus ſcholis,Pontificibus orthodoxis,& conciliis anteſertis coegerunt profiteri, quod profitetur Eccleſia catholica, à qua ſolet tamen libenter diſsētire.Scio quam leuis ſit apud vos conciliorum auctoritas:ego uerò nec Eccleſiam Romanam contemno, multò minus cum illa habeat ſibi conſentientes omnes Eccleſias.Paulus nec Angelum audiendum putat, qui prædicet aliud Euangelium.Eccleſia mihi perſuaſit Euangelio credere:eadem magiſtra didici Euangelii uerba interpretari.Haſtenus cum omnibus Chriſtianis *adoraui Chriſtum pro me paſſum in Euchariſtia*. Nec adhuc video quidquam cur debeam ab hac opinione recedere.Nullis humanis rationibus abduci potero à concordi ſententia Chriſtiani orbis.Plus enim valēt apud me quinque illa verba.In principio creauit Deus cælum & terram, quàm omnia Ariſtotelis cæterorumq́ue Philoſophorum argumenta,quibus docent mundum carere initio.Quid autem ferunt iſti,cur tam impiam,tamq́ue ſeditioſam ſententiam profiteatur?Rationes ſtupeæ ſunt, ſemel ſuſtulit carnem ne eſſet offendiculo,non cōmitati ſunt,non adorauerunt Apoſtoli. Iubemur eſſe ſpirituales, quaſi caro ſic exhibita officiat ſpiritui.*Caro eſt*, ſed nullis obnoxia ſenſibus, & tamē hoc ipſum pignus eſt diuinæ erga nos charitatis,ſolatium eſt expectationis.Literæ diuinæ pro nobis faciunt:habemus,Hoc eſt corpus

Eraſmus, adorauit Criſtum in Euchar.

Sacramentariorum rationes expēduntur, exploduntúrq;

Nota bene.

corpus meum,quod pro uobis datur. Hic eſt ſanguis, qui pro uobis effundetur. Vbi legunt iſti: Hoc non eſt corpus meum,ſed ſignum corporis mei. Hic nõ eſt ſanguis meus:ſed ſignum ſanguinis mei. Cum maximè ſe torquent,egre docent ex aliis locis rei vocabulum accipi poſſe pro ſigno rei:quanquam ne hoc quidem ſimpliciter, De tabula dicimus, Hic eſt Hector, qui occidit Patroclum:ſed nemo neſcit in pictura, non eſſe uerum Hectorem. verum eſſe poteſt, quidquid dixit Chriſtus eſſe Iam ut euincant, quid ponderis habet hæc ratiocinatio: Sic accipi poſſunt hæc uerba,igitur ſic accipienda ſunt? Quorſum autem proficit illis tot veterũ orthodoxorum citatio. Vtcunque torquent, inuoluunt ac fucant illorum dicta,nullum locum adducũt, qui palam loquatur ibi non eſſe corpus & ſanguinem Domini?hortantur ad ſpiritualem communicationem corporis & ſanguinis Domini. Quid mirum ſi hoc commendant, quod in vtriuſque ſumptione potius eſt, & & quod niſi accedat,perniciem adfert ſumptio carnalis?Obſecro te quid hic eſt,cur deficiã ab eo, quod tot ſeculis docuit & vſurpauit Eccleſia catholica? Scis me in nullo dogmate per omnia ſentire cum Luthero, niſi quod nimium.vere taxat corruptos hominum mores: Et hic ob Caroltadium,qui à ſuo ipſius dogmate iam deſciuit,recedam à communione Eccleſiæ catholicæ? Si tibi ſtuprum aut furtum confeſſus eſſem, ut amico, quàm eſſet aduerſus omnes amicitiæ leges, hoc cũ amici periculo vel apud vnum effutiſſe? Nunc cum apud omnes ſpargis crimen omnium capitaliſſimum, quod nec vnquam lingua mea ſonuit,quãuis libera,nec animus vnquam concepit: quo tandem nomine donandũ eſt,quod facis amice Euangelice?An ad perſuadendum quod nuper ipſe cœpiſti credere, uiſum eſt abuti nominis mei auctoritate? Quæſo te per Chriſtum hoccine eſt Euangelicum,tam impium,tam atrox facinus comminiſci in amicum,quo plures pelliceres in nouam ſectarum ſit parum?Si pium eſt,quod aſſeueras, nõ habes quo

Nullum locũ poſſunt ſacramentarij adducere, qui palam loquatur non eſſe corpus et ſanguinem Chriſti in Euchar.

quo id perſuadeas, niſi vaniſſimo commento, Eraſmū idem ſentire, quod tu ſentis? Et ſi tāta eſt apud vos mea auctoritas, cur nihil ualet in tam multis, in quibus a uobis diſſentio? Si tuus animus uacillat, vt ſolebas profiteri, qui nihil tribuis auctoritati Pōtificum, & conciliorum, meum animum hactenus confirmauit Eccleſiæ catholicæ conſenſus. Si tibi perſuaſum eſt in ſynaxi, nihil eſſe præter panem & uinum, ego membratim diſcerpi malim, quàm idem profiteri, quod tu profiteris: & omnia perpeti malim, quam tali flagitio contra meam ipſius conſcientiam admiſſo, ex hac vita demigrare. Si micam vllam habes Euangelici ſpiritus, ſanabis, quos iſtis ſuſurris uaniſſimis infeciſti. Patiar apud omnes effutire te quidquid vnquā in familiaribus colloquiis vel vuidus, vel ioco, vel ſerio dixi, non patiar autem, vt iſtius dogmatis me vel auctorem facias, vel comitem, quod mihi nunquam fuit, nec in ore, nec in corde: ita mihi contingat nunquam à Chriſto ſeiungi. Amen.

Eraſmus mē bratim diſcerpi malit quam errorē ſacramentariorum profiteri.

Idem præfatione in lib. Algeri, de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, in ſacramento Euch.

Scio quidem parum eſſe ciuile, Præſul clariſſime tot negotiorum vndis circumuallatum interpellare, ſed cū tua pietas tanto ſtudio cauſſam agat Eccleſiæ, non erit, vt arbitror moleſtum hoc interpellari negotio, quod ad Eccleſiæ tum concordiam, tum dignitatem cum primis pertinet. nihil enim habet illa ſublimius, quā quòd per communionem *corporis & ſanguinis Dominici* fit etiā iuxta naturam ac ſubſtantiam vnum cum Chriſto, & quodammodo in Deum transformatur: nihil autem ad perfectam indiſſolubilemque concordiam efficacius, quàm quod *eodem corpore* veſcens, *eundem ſanguinem* bibens. per eundem ſpiritum in unum corpus redigitur, & Chriſto capiti uiuo, uiua connectitur. Et tamen videmus artificio Sathanæ factum vt ea res, quæ conciliandis omnibus data fuerat, tot diſſidia olim genuerit, nuper, renouarit, dum alii quidquam negant eſſe in Euchariſtia præter ſymbola corporis & ſanguinis Dominici: alii fatentur Chriſtum vere ibi adeſſe, ſed ſub pa-

nis

nique ſubſtantia. Rurſus erant, qui dicerent per verb i conſecrationis perire panis & uini ſubſtantiam, & ſuccedere corpus & ſanguinem Domini. Alii Chriſtum faciũt impanatum & inuinatum, quaſi parum ſit ſemel fuiſſe incarnatum. Exciterunt & ſuo cognomine digni Stercoraniſtæ: Græcia nobis miſit fermentarios: ſucceſſit rixa de ſumendo ſub vtraque ſpecie: exciterunt qui contenderent ab impio Sacerdote nihil confici: & tamen omnium horum error, in hoc profecit, vt in tanti myſterii cognitione magis ac magis, tum erudita tum cõfirmata ſit Eccleſia. Ex Euangelio habemur: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis traditur: ex Paulo habemus: Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, & cætera. Et qui ediderit ac biberit indignè reus erit corporis & ſanguinis Domini, Hoc nobis eſt immobile fũdamentum. Ac priſci quidam Eccleſiæ doctores, interĩm obſcurius, inter uarie, ne dicam diuerſe, loqui videntur de hoc Sacramento. Obſcuritas vel ineffabili huius myſterii profunditati tribuenda eſt, uel illorum cautioni, qui loquentes frequenter apud multitudinẽ ex Iudæis, Gentibus, & Chriſtianis permiſtam noluerunt ſanctum dare canibus. Varietas hinc nata eſt, quòd interdum ipſæ ſpecies Sacramentalis dicuntur Symbola, interdum ipſa ſumptio ſymbolum dicitur. Poſtremò corpus ipſum ſui alteriuſue rei Symbolum nonnũquam appellatur. Quoniam autem ſub illis ſignis latet *corpus Dominicum* κατὰ ſynecdochen, quod in ſpecies cõpetit, corpori tribuitur, ueluti frangi, atteriq́ue: tũ quoniam ibi conſecratur *corpus*, ſubſtãtia quidem idẽ quod pependit in cruce, ſed non idem qualitate, nimirum iã glorificatum & ſpirituale ſibi, parum attentis, pugnare videntur antiqui, ſi quando dicunt corpus idem & non idem, cum reuera nulla ſit pugnantia. Poſtremò corpus Chriſti nõnunquam dicitur naturale, quod ſumpſit ex virgine: nõnunquàm myſticum, quod eſt Eccleſia: quæ res præbuit anſam oſcitanti lectori, ut diuerſa loqui uideatur. Cum igitur tam euidens habeamus à Chriſto & Paulo

Verba Chriſti, ſunt immobile fundamentum Euchar.

In Eucha. cõſecratur corpus idem in ſubſtantia, quod in cruce pependit, ſed non idẽ qualitate.

Corpus Criſti eſt duplex

& Paulo teſtimonium, cum per hos viros euidentiſſimè declaratum, priſcos, quibus non ſine cauſſa tantum auctoritatis tribuit Eccleſia, concorditer ſenſiſſe in Eucharistia eſſe *veram ſubſtantiam corporis & ſanguinis Domini*. Cum his omnibus acceſſerit ſynodorum conſtãs auctoritas, tantuſque populi Chriſtiani conſenſus, ſimus & nos concordes in tam cæleſti myſterio, & hic ſub ænigmate edamus de pane & calice Domini, donec aliter edamus ac bibamus in regno Dei. Vtinam autẽ, qui Berengarium ſequuti ſunt errantem, ſequantur & pœnitentem, atque horum etiam error Eccleſiæ cedat feliciter. Exiſtunt circa hoc Sacramentum innumeræ quæſtiones, quomodo fiat tranſſubſtantiatio: quomodo ſubſiſtant accidentia abſque ſubiecto: quomodo colorem, odorem, ſaporem, ac uim etiam ſaturandi, inebriãdi, nutriendique retineant, quam habebat nondum cõſecratus panis & uinum; quo momento incipiat eſse corpus & ſanguis Domini: quando deſinat eſse ſubſtantia corporis & ſanguinis, & an corruptis ſpeciebus ſuccedat alia ſubſtantia: quomodo idem corpus ſit locis innumeris: quomodo iuſtum hominis corpus ſit ſub tantillo fragmẽto panis, aliæque permultæ, quas inter eos ſobrie tractari conuenit, qui ſenſus habent exercitatos. Vulgo ſatis eſt credere, poſt conſecrationem illic *eſſe uerum corpus & ſanguinem Domini*, quod nec diuidi poteſt, nec lædi, nec vlli patet contumeliæ, quidquid acciderit ſpeciebus. Nam ſi corpus Domini proiectum in cænum, aut in latrinam, aut in uentrem hominis dimiſſum ſordidaretur, nulla re magis ſordidaretur, quam cum ab homine ſumitur criminibus inquinato. Chriſtianæ quidem religionis eſt, ſpecies Sacramentales cũ omni tractare reuerentia: Attamen quemadmodum Deus, qui iuxta naturam non minus eſt in cloacis, quã in cælis, nec lædi poteſt, nec inquinari: ita nec corpus Domini glorificatum. Breuiter aduerſus omnes humanæ cogitationis ſcrupulos, occurrat nobis primum immenſa Dei potentia, cui nihil impoſſibile, cui nihil

non

non facile:deinde quàm inæſtimabiles ſint dotes corporis glorificati, præcipue Domini Ieſu. Supereſt igitur,vt quod ſufficienter perſuaſum eſt dignè celebremus,& quod credimus,ipſa re nos credere declaremus. Quantam enim puritatem, quantam reuerentiam ac tremorem requirat hoc terque quaterque adorandum myſterium,quis dignè verbis aſsequatur? Quis autem credat illos ex animo credere, qui, dum hoc peragitur myſterium, in templo fabulantes obambulāt, aut quod alicubi, uelut ex more fit in foro, pro templi foribus ſtant,otioſis fabulis terentes tempus? Olim ille pœnitentium & cathecumenorum locus erat. Quidam uix oſtenſis myſteriis ſeſe proripiunt in popinam, templũque vacuum relinquunt.Quid hoc moris eſt?Dum agitur ridicula fabula,manes,donec audias ualete & plaudite:& tam cæleſtis myſterii finem expectare non potes?Circunſtant menſam illam adorabundi ſpiritus Angelici, præſens eſt, in quem tota cæleſtis militia gaudet proſpicere, & tu, perinde quaſi res ludicra agatur, aut nauſeas,oſcitasq́;, aut garris aliquid, aut potas? Iā video morem apud pleroſque receptum, quem impiũ dicere fortaſse non oportet, quod ab effectu quodam pio,licet humano,profectus videatur, ſed tamen præter veterem Eccleſiæ conſuetudinem, parumque congruenter inductus eſt. Dum peragitur conſecrationis myſterium, chorus virgini matri cantiunculam occinit,cum verbóſa precatione.An cōgruit ipſo Filio præſente matrem appellare? Atqui ſi priſcum Eccleſiæ morem ſeruare velimus,id temporis nulla uox audiebatur in toto templo,ſed populus in terram pronus,tacitis affectibus gratias agebat Deo patri, qui Filium ſuum in mortem tradiderit pro ſalute generis humani. Huc nimirum hortatur Sacerdos, cum alloquens populum dicit, Surſum corda: Gratias agamus Domino Deo noſtro.Nam ineffabilibus myſteriis nulla res magis conuenit,quam ſilentium:nec alio modo dignius laudatur ſtupēda Domini Ieſu in nos charitas,quàm illo loquaciſſimo

Euch. myſterium terque quaterq́;adorandum.

Chriſtus præſens in altarimēſa,quā circunſtant adorabundi ſpecies Angelici.

ciſſimo ſilentio, dum ſilente vocum humanarum ſtrepitu ſubmiſſo corpore, mēs erecta ſoli Deo loquitur. Huius adorādæ functionis miniſtros oportet nō geſticulationibus tantum, veſtibus, aut vocibus, ſed totius etiam vitæ tenore muneris ſui dignitati reſpondere. Agnoſcant Sacerdotes ſuæ profeſſionis ſublimitatem: cum adſtant altari, miniſtros habēt Angelos. Ne quæſo mores eorum, qui functionem obeunt Augelica dignitate maiorem, porrigant hæreticis anſam impie ſentiendi de tam ineffabili myſterio, ſed honorificent miniſteriū vt eos viciſſim honorificet Dominus, tū apud homines tum apud Patrem ſuum cæleſtem.

Nullum Eccleſiæ Sacramentum non ſemper veneratus ſum. De confeſſione Sacramentali, nunquam dubitaui, quin eam religioſe, velut à Chriſti ſpiritu traditā, putarim obſeruandam: nec vnquam auſus ſum, aut auderem ad Chriſti menſam accedere, aut ex hac vita diſcedere, niſi Sacerdoti confeſſus, quæ grauant conſcientiam. De Miſſa abroganda nunquam ſomniaui. De Euchariſtia nullum video argumentandi finem, tamen mihi nunquam perſuaderi potuit, neque poterit, Chriſtū, qui veritas eſt, qui charitas eſt, tam diu paſſuram fuiſſe dilectam ſponſam ſuam hærere in errore tam abominando, vt cruſtulum farinaceum pro ipſo adoraret. De verbis, quibus conſecramus, aliquando deſideraui, fateor, plenius edoceri. Verum in huiuſmodi ſcrupulis facile ſoleo in Eccleſiæ catholicæ iudicio acquieſcere. Dogma, quo quidam cuiuis tribuunt poteſtatem conſecrandi, abſoluendi, & ordinandi, ſemper habui pro manifeſta inſania.

Idem epiſto. ad Ludouicum Berum.

Eraſmus, dogma quoddam Lutheri pro manifeſta inſania habet.

Polydorus Vergilius, Vix. noſtra ætate.

Hoc ſacrificium Seruator noſter Deo Patri obtulit pro ſalute noſtra, reliquitque nobis illud idem faciendum. Et ſi ſunt, qui ſentiant Euchariſtiam à Deo inſtitutam non rectè ſacrificium appellari, quod per hoc ali

Libro 5. de Rerum inuentoribus.

quid Deo ex rebus noſtris offeramus, per illud verò, beneficium à Deo accipiamus: tamen quia iam inde ab initio ita vſu venit, vt teſte Tertulliano, ſacrificium vocaretur, nos religionis morem ſeruãdum ducimus. Ad rem redeo. Is qui omnia, quæ ventura erant, ab æterno nouerat, poſteaquàm tempus appropinquare viderat, quo pati oportebat, affatur Diſcipulos, quos totius myſterii teſtes ſibi delegerat, qui deinde omnia quæ facta eſſent, inter omnes gentes pia prædicatione vulgarẽt. Paſcha, inquit dilectiſſimi poſt biduum, vt ſcitis fiet: & iam ſimul illud futurum eſt, vt Iudæis traditus patiar: cæterum cupio, priuſquam hæc fiant, id ſolenne vobiſcum celebrare. Hæc ait, ac eodem momento duos ex Diſcipulis Hieroſolymam mittit, qui locum parent: nec multò poſt ipſe cum aliis ſecutus in vrbem venit. Hic vbi cœptum eſt diſcumbi, accepit panem, & cum egiſſet gratias, fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Sic ſub panis & vini ſpecie, *corpus ſuum & ſanguinem* verbo conſecratum, ſingulis ſumendum obtulit, mandauitq;, vt tale ſacrificium fieret deinceps in ſui memoriam: at mox poſtquàm è morte ſurrexerat, accubuit incognitus ad Emaus caſtellum, cum duobus ſuis Diſcipulis, accepitque panem, & benedixit, ac fregit, atque porrexit illis. Tum Diſcipuli, ſicut Lucas perhibet, cognouerũt eum, & ipſe euanuit, à conſpectu eorum. Hic Diſcipuli corpus Chriſti ſub vna panis ſpecie ſumpſerunt, nulla vini ab Euangeliſta mentione facta. Poteſtatem noui ſacrificii faciendi corporis & ſanguinis ſui, adminiſtrationiſq; eiuſdem Seruator noſter Apoſtolis nouę legis Sacerdotibus ab initio dedit, & cóceſſit ſic, vt Chriſtianus populus ex manibus Sacerdotum accipere ſuo tempore Euchariſtiam ſemper poſthac paratus fuerit. Quod porro Tertullianus libro de corona militis, pręclare

clare demonſtrat, vbi ita ſcribit: Euchariſtiæ Sacramẽtum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quàm præſidentium ſumimus. Auctor hic & alibi, præſidentes appellat Presbyteros.

Cælius Calcagninus, Vix. noſtra ætate.

Concione de Sacramento Euchar.

Pridie eius diei, quo mortem noſtram moriendo etiam expugnaturus erat, non omnino volẽs nos deſtitutos relinquere: ſed quaſi bonus paterfamilias, ac prouidus diſpenſator, cum teſtamentum condere ſtatuiſſet, ex ampliſſima hæreditate, quam poſſidebat, acceptam à Patre, nihil maius, nihil pretioſius habuit, quod amicis ac fratribus ſuis relinqueret, quàm ſanctiſſimũ corpus, & ſanguinem ſuum, id eſt, ſeipſum vniuerſum: vt haberent perpetuum pignus & monimentum amoris eius, & ſalutis acceptæ, quo in omni calamitate, & naufragio, ceu amuleto, aduerſus cunctas fortunæ minas, contra ingruentes hoſtium inſidias vterentur, eſſetque certum & inuiolabile in omni uita uiaticum. Res mira prorſus & inæſtimabilis, quenquam morientem ſe poſſe viuum ac ſpirantem in ſuæ poſteritatis manus tradere: res mira ſanè, ſi res ipſa, & non magis rei auctor cogitetur. Qui cum mori nequeat imò verò moriendo reſurgat: cumque in res omnes latiſſime vim ſuam exerceat, imò ſit ipſe rerum omnium cauſſa: nihil admirabile eſt, quod à rebus, id eſt, ab affectibus ſuis nunquam abeſſe poſſit. Hinc eſt quòd Deus vnus, licet vbique tamen, abſque ſubſtantiæ ſuæ conſciſione vno eodemque momento diffunditur. Et cum nobis perſuaſum ſit Chriſtum, non hominem magis eſſe, quàm Deum, quin eo magis Deum eſſe, quòd non in humanitate diuinitas, ſed in diuinitate conſtitit humanitas, nihil eſt, quòd negemus ei facillima eſſe omnia, quæ homini difficillima exiſtimantur. Licet itaque corporis Chriſti proprius locus ſit in ſupremo cæli faſtigio, ad Parentis dexterá,

tamen ex abſoluta illa poteſtate, qua pollet, nuſquam eſt ubi non ſit, cum lubet. Atque ita aduenienti cuncta cedunt atque aſſurgunt, vt quoties in ſacrum panem & vinum elicitur, volens ac lubens ſubiectum decedat, vt intra vacuam alioqui ſuperficiem *Chriſti ſubſtantia* recipiatur: qua ratione fit ut adiacentia ſit, neque ſit cui adiaceant, niſi virtuti diuinæ, qua omnia nituntur, adiacerent. Sic olim è virginis utero exiit, neque iniuriam pertulit virginitas: ſic clauſis foribus irrupit ad Apoſtolos, neque confracta ſunt repagula. Quæ res facilior cogitatu fiet, ſi nobiſcum exiſtimemus notam eſſe Philoſophorum propoſitionem in annectendo, non in abſtrahendo mendacium admitti. & ingenium humanum à ſubiecto quotidie lineas, ſuperficiemque, & id genus cætera ſine fraude abiurare. Neque ſanè exiſtimemus ita Chriſtum in Euchariſtiam recipi, ut in locum ſuum res locatæ recipiuntur. in ea enim indiuidua quædam prorſus admirabili ratione conſtat: quando vbicunque Euchariſtia conſecratur, ibi ſolidus atq; integer Chriſtus excipitur: neque in ea ſolum, ſed in eius quacunque portione. Hæc eſt enim eorum corporum, quæ in gloriam recepta ſunt, prærogatiua: ut ad ſpiritus ſimplicitatem agilitatemque conformentur. Ita Genii cæleſtes ſine diſpendio temporis facilè omnia peruolant: ſic anima noſtra tota in omni corporis parte cenſetur. Nemo itaq; pro rei magnitudine, aut muneris dignitate ſatis Chriſti uindicis ſalutis noſtræ bonitatem extollat: qui ueritus, ne in hac militia & peregrinatione immanium ferarum plena deficeremus, ſalutare pabulum, & quaſi antidotum præſentiſſimam nobis ſeſe ipſum propinauit: cuius præſidio freti, non ſolum incolumes, ſed etiam intrepidi pericula omnia ſuperaremus. Incredibile eſt itaq; quantum gratiæ, amænitatis, ac tranquillitatis, pretioſum hoc Sacramẽtum eoſum animis inſerat, qui ſanctè ac piè id delibauerint, & exuta mortalitate iam nihil caducum, nihil terrenum ſapiunt, ſed cũ ipſis Angelis in cælum rapti æternitate perfruũtur.

Ioannes Ludouicus Viues, Vix.hac ætate.

Cum verò præſentiam ſuam Diſcipulorum oculis ſubtracturus eſſet,quid magis illum decebat,qui tã nos tenere atque indulgenter diligeret, quàm eam ſui memoriam nobis relinquere,quæ nos & amoris illius erga nos obliuiſci nunquam ſineret,& ſolatio eſſet,uelut parente deſtitutis,quæque illum nobis quoad fieri poſſet,exhiberet,ac repræſentaret? ea verò animis noſtris eſt ſpiritus Chriſti,qui idem eſt & patris Dei:qui,vt inuiſibilis, cum inuiſibili Eccleſiæ mente ſemper maneret,monens & docens eam quæcunque ſint opus. Quoniam verò non habemus ſolam mentium cognitionem ſed etiam ſenſuum corporaliũ, iſtis admonitio relicta eſt Chriſtus ſub ſignis, quæ in ſenſuum natione caderent,panis ſcilicet & vini:vt tam intus, quàm foris verum ſit,quod ipſe pollicetur. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus,vſque ad conſummationem ſeculi. Irridemur hic à profanis,inceſſimur acriter, quòd panis cruſtulam *corpus eſſe Domini* noſtri aſſeramus, & vinum eius ſanguinem.Quid non miraculo fuit cum primum proferretur?vt inquit Plinius. Nihil eſt,quod non videatur abſurdum ignoranti modum, rationem, cauſſas eiuſce rei. Nihil tam graue,ſerium,excellens,quod non ad calumniam & irriſionem pertrahi poſſit, ſi tu ex eo ſolũ colligas,quod eſt ſtultitiæ aut abſurditati quadam tenus ſimile.Sic Dei prouidentiam, ordinem uniuerſi,religionem omnem,ortus, occaſus, decurſus mundi huius,quæ videndo nunquam exatiamur,ſemper admiramur,Epicurei,homines ipſi maximè ridiculi, quia non intellexerunt deriſere,& Lucianus Epicuriſſimus ſubſannauit:quaſi verò non & iam nos rideremus, ſi talis eſſet Deus,ſi talis mundus,& vniuerſorum ordo, qualẽ ipſe confingit.Sed reuertamus ad propoſitum.Ad venerationem tanti Sacramenti, ad habendam pro tali munere gratiam,cauſſæ ſunt explicandæ, & tota ratio ne-

Lib. 2. de veritate fidei Christianæ cap. 17.

Sſ 3 gotiis.

gotii, Sapienter atque etiam piè olim factitatum eſt à patribus, vt myſteria hæc non paterent, niſi iis, qui edocti iam eſſent, quæ nam ſit cuiuſque illorum vis & natura. Primum conſiderandum eſt, hoc eſſe ab illo inſtitutum, cui nihil non ſolum impoſſibile, ſed nec difficile vel arduum. *Corpus Chriſti in eo eſt Sacramento*, modo nobis quodam incomprehenſibili. Nec mirum. Quota enim quæque res eſt ex iſtis naturalibus, quas cognitione ſenſuum vſurpamus & contrectamus manibus, quarum eſſentiam, rationem, qualitatem, vires intimas aſſequamur? Tributum eſt Sacramentum hoc ab amante ad memoriam ſui: à Patre ad cõſolationem deſolatorum, ac quaſi orphanorum; à miti ac miſericorde ad fiduciam trepidãtium: à medico ad ſalutem ęgrorũ. Idcirco ipſe *corpus ſuum* reliquit, vt hæc omnia eſſent certiora ac firmiora. Nec enim res poſſet inueniri alia, quæ ita & memoriam ipſius conſeruaret integram, & affectionem vigentem. Quis enim erga rem vllam, quã tumcunque excellentem & admirabilem, ad eum modum poſſet affici propter Chriſtum, vt erga corpus ipſiuſmet Chriſti? Nec par erat, vt qui tantum Eccleſiam amaret, alia in re fundaret recordationem amoris ac beneficiorum ſuorum, quam intus in ſuo ſpiritu, foris in ſuo corpore. Quique ſic nos diligebat, & illo tenebatur zelo, vt nos ad ſe vnum traheret, & per ſe ad Patrem, ne quoquam alio animi noſtri deflecterent, nunquam profecto ſuſtinuiſſet, ut in alias res ad cultum, ac venerationem ad renouationem charitatis intenti eſſent animi noſtri quàm ad eum ipſum. Indubie ita eſt, quia ſic eſſe & Deum decet, & nobis expedit. Formæ autem electæ ſunt panis & uini, quia ſunt res maximè puræ, tum quòd eas intra nos ſumimus, vt ſumpſiſſe nos ſciamus Chriſtum: vt quam amanti maximè eſt optabile non ſolum nobiſcum, ſed intra nos habeamus rem vnicè charam.

Beatus Rhenanus, Vixit noſtra ætate.

Non poſſum celare ſtudioſos antiquitatis Chriſtianæ, laicos olim canna ſolitos haurire *Dominicum ſanguinem* è calice: quod pridem mihi indicauit Paulus Volſius Abbas Hugoniani cœnobii, erutum ex libro ſignorum, qui frequens extat apud Benedictinos. Idem nuper repperit in primis Carthuſiorum conſtitutionibus Conradus Pellicanus, vbi prohibetur, ne quidquã pretioſorum vaſorum poſſideant, præter calicem argenteum, & fiſtulam, qua laici Dominicum exorbeant ſanguinem. Præterea libellus de ueteribus theſauris Eccleſiæ Maguntiacenſis, abhinc annos quandringentos & eo amplius conſcriptus, qui nunc non eſt ad manum, inter aureos calices ingentis ponderis anſatos, cruces aureas, grues argenteas, odorem impoſitorum in cauo ventre thymiamatum per roſtra ac collum mira arte exhalantes iuxta aram maximam, veſtes ſacras intexto auro rigentes, gemmas incomparabiles & reliqua donaria Archiepiſcopalis templi, fiſtulas quoque recenſet argenteas, ni fallor, ſed in hunc haurriendi *ſacroſancti ſanguinis* vſum deputatas, quibus arbitror Archiepiſcopũ olim vti ſolitum. Siquidem etiamnum Romanus Pontifex, quoties publicè ſacrificat, auido calamo, fugit *ſanguinem Dominicum* è calice cum Diacono & Subdiacono. Error putantium *corpus Chriſti* in Euchariſtia tantũ eſſe ſub figura, iam olim condemnatus eſt: primum, vt Lanfrancus in libro ſuo contra Berengarium, in ſynodo Vercellenſi, ſub Leone Pontifice Romano: deinde in Concilio Turonenſi, ſub Victore Pontifice: poſtremo in Concilio ſub Nicolao.

CLASSIS SECVNDA POETARVM.

Iuuencus Presbyter, Vixit anno 320.

Scholijs in Tertullian.

HAec vbi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem,
Diuiſumq; de hinc tradit, ſanctumq; precatus,
Diſcipulos docuit proprium *ſe tradere* corpus.
Hinc calicem ſumit Dominus, vinoq; repletum
Gratis ſanctificat verbis, potumq; miniſtrat.
Edocuitq; ſuum *ſe diuiſiſſe* cruorem.
Atq; ait. Hic ſanguis populi delicta remittet.
Hunc potate meum: nam, veris credite dictis,
Poſthac non vnquam vitis guſtabo liquorem,
Donec regna Patris melioris munere vitæ
In noua me rurſus concedent ſurgere vina.

S. Gregorius Nazanzenus, Vix. an. 478.

Lib. 4. Euangel. Hiſt.

O ſacrificia mittentes incruenta Sacerdotes
O animarum glorioſi cuſtodes, ò magni
Figmentum Dei in manibus veſtris ferentes.

Aurelius Prudentius, Vixit anno 430.

De miraculis Chriſti.

Tu cibus, *paniq; noſter, tu perennis ſuauitas:*
Neſcit eſurire in æuum, qui tuam ſumit dapem:
Nec lacunam ventris implet, ſed fouet vitalia, &c.
Vidit anguis immolatam corporis ſacri hoſtiam.
Vidit, & fellis peruſti mox venenum perdidit:
Saucius dolore multo colla fractus ſibilat.

Idem in Apotheoſi aduerſus Iudæos.

Ecce Geraſenos legio ruit effera porcos,
Et poſt multiplices, buſti ſub rupe, catenas,
Pœnarum gemitus longis grunitibus edit.
Clamarat, ſed ab ore hominis cognoſcimus Ieſu
Nate Deo, nate ſceptris, & germine Dauid,
Quis ſis, quid venias, quas nos virtute repellas

Nouimus

Nouimus, aduentuſq; tui terrore iacemus.
Hac Iudæa tuas vox non peruenit ad aures?
Peruenit: mentem ſed non penetrauit egenam
Lucis, & à primis foribus diſcluſa refugit.
Audyt aduentum Domini quem Solis Iberi
Veſper habet roſeus, & quem nouus excipit ortus,
Laxauit Schyticas verbo penetrante pruinas,
Vox Euangelica, Hyrcanas quoq; feruida brumas
Soluit, vt exutus glacie iam mollior amnis
Caucaſea de cote fluat Rhodopeius Hebrus.
Manſueuere Getæ, feritaſq; cruenta Geloni
Lacte mero ſitiens exanguia pocula miſcet,
Libatura ſacros Chriſti de ſanguine *potus.*

Sedulius Epiſcopus, Vixit anno 430.

Nec Dominum latuere doli, ſceleriſq; futuri — Lib. 4. Mirabilium diuinorum.
Prodidit auctorem, panem cui tradidit ipſe.
Quis panis tradendus erat. nam corporis, *atque*
Sanguinis *ille ſui poſtquàm duo munera ſanxit,*
Atq; cibum, potumq; dedit, quo perpete nunquam
Eſuriant, ſitiantq; animæ ſine labe fideles.
Fonte renaſcentes membris, & ſanguine Chriſti — Idem 5. eodem lib.
Veſcimur, atq; ideo templum Deitatis habemur.
Sanguine læta redit fuſo gens impia Chriſti: — Idē in Hymno.
Cuſtato Chriſti ſanguine *læta redit.*

Claudius Marius Victor, Putatur vixiſſe anno 480.

Et quanquam noſtri nil muneris indiget ille
Totius mundi Dominuſq;, Deuſq;: ſuorum
Attamen officys venerari, ac munere gaudet: &c. — Comment. lib. 3. in Geneſim.
Non ſibi ſe pugnaſſe docens, decimam tamen offert
Hoſtibus excuſſæ, quæ vera eſt hoſtia, prædæ,
Melchiſedec, vinumq; & panem, ab cæde reuerſo.
Melchiſedec rex ille Salem, qui munere tali
Myſtica præmiſit ſummi libamina Chriſti:
Cuius de manibus ſumens Eccleſia corpus
Viuificum panem, cæleſti pota cruore *eſt.*

Alcimus

Alcimus Auitus Archiepiſc. Viennenſis,
Vixit anno 500.

Li. 5. de maris ruari trãſitus.

Lunaq; bis ſeptem cum fecerit addita noctes,
Veſpere tum ſero dabitis primordia ſacris.
Sumite manſuetum perfecti temporis agnum,
Quis careat macula, & purum det corpore vellus
Hoc animal feſtis mactabilis huius vtrunq;
Signabit ſanguis nitido de corpore poſtem.
Hoc dabit indicium ſeruandæ curæ ſalutis,
Cum percuſſor aget tacitam ſine vulnere cædem,
Perſpiciat ſacro limen maduiſſe cruore ;
Hoc tantum tranſire volens : diſtantia talis
Seruabit veſtras ſparſis à mortibus ædes.
Sic nos Chriſte tuum ſaluet ſuper omnia ſignum
Frontibus impoſitum: ſic ſanguis *deniq; ſanctus*
Tunc præmonſtrati, dudum qui funditur, agni
Oribus infuſus, poſtes luſtraſſe tuorum
Inter labentis feruentia funera mundi
Credatur, caſuq; tuos diſcernat ab omni,
Dum non ſignatos percurrit funere mucro.
Tu cognoſce tuam ſaluanda in plebe figuram.
Vt quocunq; loco mitis mactabitur Agnus,
Atq; cibo ſanctum porrexerit hoſtia corpus,
Rite ſacrum celebret vita promiſſa ſequentis ;
Fermento nequam duplici de corde reuulſo,
Syncerum nitidæ conſpergant azyma mentes.

Idem eodem lib.

Dum ſacrum populo victum candentia manna
Ferrent, & cæli frugem terrena viderent :
Per quam ſublimis prædiceret antè figura
Edendum ex vtero purum ſine ſemine corpus,
Quò caperet paſcenda ſalus de ſede ſuperna
Illabente Deo *ſanctis altaribus eſcas.*
Hoc *ſigno ſummus percuſſa rupe* Sacerdos
Protulit irriguos populis ſitientibus hauſtus :
Chriſtum nanq; vides ſtabilem conſiſtere petram,
Percuſſus iaculo largas qui præbuit vndas,

Porre-

Porrexitq; ſuis ſacro de vulnere potum.

S. Remigius, Vixit anno 511.

Hauriat hinc populus vitam de ſanguine ſacro,
Iniecto æternus quem fudit vulnere Chriſtus,
Remigius reddit Domino ſua vota Sacerdos.

Vide Iemarum de vita S. Remigij.

Arator Subdiaconus, Vixit anno 540.

Lib. 1. Apoſtolicæ Hiſtoriæ.

Iura miniſterij ſacris altaribus apti
In ſeptem ſtatuere viris, quos vndiq; lectos
Leuitas vocitare placet quàm ſplendida cœpit
Eccleſiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Miſceat, & latices cum ſanguine *porrigat agni.*

Idem lib. 2.

Soluite, proclamat Paulus, *ieiunia feſſi:*
Et quartodecimo, ſicut nos veſcimur, inquit,
Iam panem guſtate die. memoranda figuræ
Sacramenta piæ valeant: qua lege probemus,
Tempore quo primi fulſerunt lumina menſis.
Hoc numero currente die, de carnibus agni
Turba iubetur ali, quarum munimine tacto
Libera Niliacas *meruit vitare tenebras.*
Hinc ſpatio ſimili Paulus, *de gurgite mundi*
Quos auferre cupit, ſecum conuiuere ſuadet,
Et ſacrum libare cibum, veſtigia Moſi
Obſeruata legens: quorum ſpeculantibus actum
Hæc duo ſunt diuerſa locis, ſed proxima cauſſis,
Et repetita ſalus vno de fonte leuatur.
Agnus Chriſtus *ineſt, panis quoq;* Chriſtus *habetur*
De cælo, quod & ipſe docet: qui corpore Ieſum
Sumpſerit, *hoſte caret: nec iam ſua iura* Pharao,
Aegyptusq; tenet: mox omnia Dæmonis *arma*
His merguntur aquis, quibus ille renaſcitur infans,
Qui captiuus erat. ſalſæ quoque fluctus abyſſi
Linquitur, & tetri ſuperantur ſtagna draconis.
Ereptoq; gregi largitur paſcua Chriſtus
Nominibus proprijs, paſtor iam verus edenti.
Hinc etiam Eccleſiæ *gerit aurea Luna figuram,*
Quæ quartodecimo de primæ lampadis ortu

Ioan. 6.

Signum, quod vidit ſe teſte fidelis in vrbe, *Lib. 4. vita S. Martini Epiſc. Miſſa.*
Immaculata Deo cum dona imponeret aræ,
Et pater attonitus ceremonia diua ſacraret,
Munera vel Chriſti benediceret ore Sacerdos,
Impoſita altari rata corporis atque cruoris,
Emicuit ſubito manus alma decore ſupremo
Nobilium vario lapidum ſplendore coruſcans,
Vndiq; viſa rota radiatile ſpargere lumen.
Brachia purpureis vibrabant fulgura gemmis,
Lumen & ad Solis radians lux fulua metallis,
Credula quò potius fierent miracula rerum.
Vir ſimul ipſe potens, ſe tunc, Arborius inquit,
Gemmarum grauium crepitantem audiſſe fragorem.

Coſmas Hieroſolymitanus, Vix. an. 733.

Dominus ens omnium, & cōditor Deus, Paſcha qui bus debebas mori, ipſe ens *teipſum propoſuiſti*, Manducate clamans, corpus meum, & fide firmabimini. *In hymno magna feria quinta.*

Liberatorium cuiuis mortalis generis proprium. ò bone tuos Diſcipulos bibere feciſti, lætitiæ calice impleto: *ipſe enim teipſum ſacrificabas*, Bibite, clamās ſangui nem meum, & fide ſeruabimini.

Legis amicitiæ infamis Iſcariota opinione oblitus, quos lauit, præparauit in proditionem, pedes, & tuum comedens panem (*corpus diuinum*) eleuauit ſupplantatio nem in te Chriſte, & clamare non intellexit. Domini laudate opera, & ſuperexaltare ipſum in ſecula. *Chriſtus ſe ipſum in cœna ſacrificauit.*

Capiebat redemptorium peccati *corpus* ſtultus, & *ſan guinem* fuſum pro mundo diuinum, ſed non venerabatur bibens quod vendebat pretio. *Chriſtus corpus ſuū, quo redēpta sūt peccata, in cœna Apoſtolis dedit.*

Miluo Eluonenſis, Vix. circa annum 870

Non ſecus immeritam diuino vt munere ſtolam, *Libris de ſobrietate circa finem.*
Iusq; miniſterij ſacris altaribus apti
Indignus ſumpſi, temerator, vt antè ſuetus,
Non ſic tractaui, ceu tantus poſtulat ordo,
Cælicolis aſtans operator ciuibus audax, *Angeli præſentes aſtāt*
Officio huic impar, cui dignus nullus in omni

Orbe

ſacrificio *Orbe litator erit, qui ſacram accedat ad aram,*
Miſſæ. *Cuius corde Pater,* Natus manibus, *ſit in ore*
Spiritu oblati libaminis auctor & actor.

Paſchaſius Corbeienſis, Vix. an. 884.

Regis adire ſacra qui vis ſolennia menſæ,
Abnificum Chriſti corpus *contingere votis,*
Delicijs veſci, roſeum potare cruorem
Bacchica noſtra velim, puero quæ miſimus olim,
Et niueos caſto condas in pectore flores.
Ruſtica fortè animo ſordent, ſed mella manabunt.
Hic tantum calamus Chriſti de fonte miniſtrat,
Vnde ſitim poſſis, flammasq; extinguere mortis,
Si libeat digne ſectari iuſſa Tonantis:
Libertas etenim fidei nunquam abnegat vlli
Eximiò vitæ fructus, de ceſpite carnis
Vita, ſalus, pax, & ſapientia deniq; cunctis
Inde meat per eum, colli ſub cardine quadro
Tu quoq; muneribus ſi dignus uixeris iſtis,
Accipies palmam regni virtute beatus.

Hildebertus Epiſcop. Genomannenſis,

Vixit anno 1092.

Non ſine myſterio, ſine re uel panis ad aram,
De concor- *Vel vinum fertur, cui ſuperaddis aquam.*
dia veteris *Vtraq; danda Deo præſignauere figuræ,*
& noui ſa- *Traditio docuit, ſanctior vſus habet:*
crificij. *Vtraq; ſub typico ritu, formaq; futuri*
Melchiſedec Domino ſacrificaſſe ferunt:
Vtraque Diſcipulis cœnantibus ipſe Redemptor
Tradidit; in corpus vtraq; verſa ſuum.
Tranſubſtã- *Vſus & ipſe placet, quòd ſic mactatur in imis*
tiatio. *Vt ſit in excelſis inuiolata caro.*
Idem. *Tollimur è medio fatis vrgentibus omnes,*
Et trahimur, quò nos vita peracta vocat.
Hi nunquam, hi ſemperq;, alij plectuntur ad horam:
Purgatisq; datur tranſitus ad requiem.
Hanc illis altare ſacrum vel criminis expers,

Vita vel obſequijs emptus amicus emit,
Perfectos, valdeq; malos nil vota ſuorum,
Nil impenſa precum, nil holocauſta iuuant.
Nam nec iuſtus eget, nec peſsimus iſta meretur:
In medio eſt, veniam cui ſacra menſa parat.
Ipſa tamen viuos à vitæ calle vagantes,
Vt redeant ſaltem, ſero iuuare poteſt.
Inde fit, vt quoties ſacras accedimus aras,
Particulis cedat hoſtia fracta tribus.
Pars intincta mero pro viuis orat, opusq;
Sanguinis & carnis expiat ipſa caro.
Pro bene defunctis, quorum purgatior unus
Hoc interuentu non eget, alter eget,
Offerimus tibi Chriſte duas: ſed propter eoſdem
Oblatæ pariter non operantur idem.
Nam pars pro ſanctis, pars eſt pro ſanctificandis:
Illa refert grates, ſupplicat illa Deo.
Hoſtia pro iuſtis laus eſt, pro iuſtificandis
Mentio, pro reliquis cauſſam agit alterius.
Fit cibus hic ex pane caro, *Deus ex elemento,*
Myſterio ſimplex, vtilitate triplex.
Vtq; fides creſcat horror tollatur ab aris:
Fit cibus ipſa caro, *panis imago manet.*

Quid Euchar. fractio in Miſſæ ſacrificio ſignificet.

Alius Poeta, ſi modò alius.

Melchiſedec Domino panem, uinumq; litauit:
Chriſtus idem ſtatuens, pactum vetus euacuauit.
Inter utrunque diu fuit alter ſacrificandi
Ritus, & obtinuit uim qualemcunq; piandi.
Agnus enim legis carnales diluit actus,
Agnum præſignans, qui nos lauat, hoſtia factus.
Hoc ſemel oblato, curſum prior ille peregit,
Quodq; fuit ſignum præſens effectus abegit.
Quis locus Auroræ poſtquàm Sol uenit ad ortum?
Quis locus eſt uotis, teneat cum nauita portum?
Lex Aurora fuit, bos & capra uota fuere,
Crux Sol, crux portus hæc eſt, ea præterire:

Baptiſta Mantuanus, Vixit anno 1483.

Faſtorum li. 5. de Eucharistia.

Poſt epulas Chriſtum mortem paſſurus acerbam
Inſtituit ſacrum,quod tunc mœrore labantes
Proſternente animos fuit huc transferre neceſſe.
Non fuit ex auibus,non ex cerealis ariſtæ
Fruge,nec ex gregibus ſacrum,teneroue iuuenco:
Qualia Gentiles,& gens Iudæa ſolebant
Reddere Cælitibus. ſacrum fuit ipſe, Sacerdos
Ipſe fuit: ſed ſe velauit imagine mira.
Nam quæ panis erat,quæ vini eſſentia quondam,
Fecit vt in Chriſti corpus, ſacrumq; cruorem
Tranſierit *ſubitò,ſaluis vtriuſq; figuris.*
Huc æterna ſuas tulit omnipotentia vires:
Omnia quæ peragit,ſeu ſint ingentia,ſeu ſint
Parua,pari conatu illi ſunt omnia,quæ vult,
Obuia: perfacili, quæ vult,habet omnia nutu.
Quæ talis, tantusq; opifex promiſerit,aude
Credere: quòd verò talis,tantusq; putari
Debeat hic opifex, oculos ad cætera transfer.

Dominicus Mancinus Morit. an. 1485

Li. de paſſione dominica

Hinc panem accepit,quem fregit,quem benedixit:
Pòſt tribuens illic,inquit,iam ſumite corpus:
Nanq; meum uere corpus,*quod ſumitis,hoc eſt,*
Quod datur ad mortem pro vobis,ne pereatis:
Hocq; mei memores poſt ſmper vos facietis.
Sic etiam calicem ſumpſit cœnatus, &, inquit,
Diſtribuens illis. ex hoc ſimul ore bibatis:
Nam meus eſt ſanguis, pro multis qui redimendis
Fundetur populis,cepit data munera quiſq;
Sanguinis,& carnis,*multo veneratus honore.*

Petrus Burrus, Vixit anno 1489.

Lib. carm. Hexametrorum de Sacerdotij dignitate.

Cui regum,cui inquam vertendi admiſſa facultas
Azymon in corpus? vinumq; in ſanguinis vndam
Saluifici Chriſti cælum terrasq; regentis?
Præcipuum hoc & cunctis admirabile munus
Officiumq; hominis, non Angelus arroget illud

Poſſe ſibi, non ipſa Dei ſanctiſſima mater.

Petrus Pontanus Brugenſis,

Anacephaleoſi vita Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Cum necem diram properare nouit,
Optimus nexo famulos amore
Conuocans, toti moderata turbæ
Gaudia miſcet.
In Dei corpus cibus, in cruorem
Vertitur vinum, dabitur ſaluti
Omnibus ſanguis fluide profuſus,
Sumite dixit.

Idē conſideratione 16. Salutiferæ confeßionis.

Ergo vbi iam, pariter ſtatione tenentur eadem,
Et cœnæ aduixi dapibus veſcuntur opimis.
Ipſe Deus, qui cuncta regit (mirabile dictu)
Qua uirtute poteſt, Cereris de munere corpus,
Et ſacrum rubro Bacchi de rore cruorem
Efficit, & puro ſumendum rumine præbet.
Sicq; Sacerdotes templi, ſuperumq; miniſtros,
Inſtituit, qui tanta pari myſteria ritu
Concelebrent, & verborum virtute ſtupenda,
Quæ Chriſtus docuit, ſummo deducere cælo
Ipſum, qui mentes hominum de morte redemit,
Eualeant, populiſq; omni contage piatis
Exhibeant, memoremq; ferant in ſecula famam.
Donum ingens ſtupidis meditandum ſenſibus, ipſum,
Quo plaſmatur homo, toties manducat Ieſum.

Fauſtus Andreinus.

Lib. Elegiarum 3. Oratio ad Chriſtum, in Sacramento.

O pia, quæ ſacrum libamina paſcitis agnum,
O pura indigna victima cæſa manu.
Ad tua confugio vitali myſtica guſtu,
Ceruus vt ad vitreas currit anhelus aquas.
Eſt mea confiteor vario mens icta reatu,
Pœnitet admiſſi noxia corda mali.
Intima diſcruciant ſenſus tormenta profundos,
Et fluit in mæſtos ſedula gutta ſinus,
Labitur aerea præceps, ſeu flumen, ab alpe,

Et fel

Et fel præterito nectare maius adeſt.
Confeſſas has terge notas, animamq; precantem
Perpetuo paſcas hoſtia vera cibo.
Quæ tua ſincera libant ſacra corpora mente,
Ora queunt triſti nulla perire fame.
Si mea non tanti ſunt tecta capacia Regis,
Candidus attrito pectore ſupplet amor.
Ipſe adamas durus, ſolo fit ſanguine mollis:
Flecteris à prono mitior ore Deus.

Tullius Criſpoldus.

Comment. in Chriſti mortem & paſſionem.

Pauper eram, nil æris habens flauæve monetæ,
Non iumentum, non vas, tunicaſve duas,
Cùm pater exactis annis triginta vocaret
De terris iterum, me, in ſua regna, meus.
Cura abituro erat hæc, triſtes prius alloqui amicos
His aliquodq; mei linquere mnemoſynon.
Maior enim fuit inter nos coniunctio, nullo
Quam foret vt dono hæc teſtificanda mihi
Aes opulens donat, vas pauper, ſerta colonus
Spicea noſter eas non tulit hortus opes.
Ergo quid? ingratus iam donarem nihil? abſit
A Chriſto hæc feritas, duritieſq; animi.
Si nihil eſt quod dem, quin dem tamen hoc nihil obſtat,
Omnia cui fas eſt de nihilo facere.
Poſſum rura, lacus, vrbes, animalia mundos
Solo nutu producere ſi libeat.
Verùm ego tam charis euanida munera, amicis
Nolo, volo, æterna, & non peritura dare.
Hac etenim in cœna, quæ vita erit vltima, memet.
Ipſemet ex vino, & pane creare volo,
Præcipienſq; meis, vt idem faciant, dabo munus,
Inq; dati medio muneris eſſe volo.

Franciſcus Georgius Venetus.

Cantic. 2. tomo. 3.

— Ex *varijs compacta cibaria granis*
Semina naturæ deponere prima vetuſtæ, &
Tranſmutata, *Dei quod non mutabile verbo eſt,*

Deſinere in veram, meliori germina, carnem.

Ioannes Scheprenus.

Chriſti ſancta caro, ſummi caro plena ſtuporis,
Plena voluptatis, plena timoris aue.
Cuncta Paleſtinæ ceſſant libamina gentis:
Vnica pro multis hoſtia ſacra manes.
Rex, conuiua, ſedes, tedas, te porrigis ipſe.
Vnum, mille ſimul corpora, corpus, alis,
Sumeris, & ſumptus, rurſum, ſine fine reſumi,
Nec tamen abſumi, diminuive potes.
Te rex Melchiſedec, *te victima Paſchatis agnus,*
Te cibus Eliæ, dulceq; manna refert.
O ſacra, quæ vitam præſtas, mortemq; repellis:
Erigis è terris. & ſuper aſtra locas.
In carnem ſuſcepta caro carnalia tolle,
Omnia paſce, foue, conſociaq; Deo.

Ioliffus Anglus.

Moſaicas cupiens Chriſtus finire figuras,
Dat proprium corpus Diſcipulis vt edant.
Fit mutata Ceres caro, fit cruor cuius, etſi
Et uini & panis priſtina forma manet.
Qui mare, qui terras, qui condidit æthera, quiq;
Omne ſoli fecit reptile. & omne ſali,
Non potis eſt corpus de craſſo condere pane?
Non fiat Bacchus, *ſi volet ille, cruor?*
Spirituale tamen corpus contenditis eſſe.
Concedo. eſt etenim ſpiritus ipſe Deus.
Et tamen eſt verum corpus *de virgine natum,*
Non ſic ſenſibile, vt uirgine prodierat.
Spicula tunc diræ mortis metuebat Ieſus:
Cum Patre *nunc ſummo non moriturus agit.*
Hæc eſt noſtra fides, ſocij, moriemur in iſta.
O bone Chriſte mei tu miſerere precor.

Eraſmus

Eraſmus Rotherodamus.

Myſticus ille cibus,Græci dixere ſynaxim.
Qui panis,viniq; palam ſub imagine Chriſtum
Ipſum præſentem vere exhibet,*intima noſtri*
Viſcera cæleſti ſaginat .& educat eſca,
Inq; Deo reddit vegetos,& reddit adultos.

In Chriſtiani hominis inſtitut.

Hieronymus Vida Epiſc. Albanenſis,

Nec plura, ex illo mox ſeruauere minores
Hunc ſemper ritum memores,ariſq; ſacramus
Synceram Cererem,*& dulcem de vite liquorem*
Pro veterum tauris,pecudum pro pinguibus extis.
Ipſe Sacerdotum verbis eductus ab aſtris
Frugibus inſinuat ſeſe regnator Olympi,
Libaturq; Dei ſacrum cum ſanguine corpus.
In ſummos hæc relligio ſucceſſit honores.

Lib. 2. Chriſtianos.

CLASSIS TERTIA FOEMINARVM.

S. Agnes Martyr, Paſſa eſt circa an. 317.

NOn potero ad contumeliam prioris amatoris vel aſpicere alium, & illum relinquere, cum quo ſum charitate deuincta. Cuius generoſitas celſior, poſſibilitas fortior, aſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni gratia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus eſt, cuius mihi organa modulatis voci bus reſonãt. Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi: iam amplexibus eius caſtis aſtricta ſum: iam *corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas.* Cuius mater virgo eſt: cuius pater fœminam neſcit.

Vide in operibus S. Ambroſij paſſionem eius ſermo. 90.

Eudoxia Imperatrix, Vix.an.417

In Homero centone.

Sed cùm iam cœnatio & aduenit tempus
Orabat, hi verò omnes ibidem ſederunt ſilentio.
Panemq; ſalubrem capiens pulchro ex caniſtro
Manibus confringens, valde orabat manus tendens.
Dedit autem ſocÿs, & ipſos verbo alloquutus eſt.
Cibum attingite & lætamini: verum poſtea
Partes diuidentes, epulabantur glorioſum epulum,
Atq; poculum pulchrum, quod ipſi palmæ congruebat,
Ambroſia implens miſcui nectar rubrum.
Meum ſanguinem *bibentes non hallucinantur in animo*
Immortales autem fuerint & inſeneſcentes dies omnes.
Semper igitur debeatis inſeneſcentesq; immortalesq;
viuere, neq; viris ineſſe: ſed immortalibus.
Veſtrum autem viro vnicuiq; mandens hæc dico:
Quicunq; in domibus pretioſum, ardens vinum
Semper bibitis meis, audietis cantum,
Qui audax & impudens eſt mendicator.
Sed agite edite edulium, & bibite vinum
Immortale, mei memores dies omnes
Hanc mentem & animum in pectoribus habentes.

S. Maria Aegyptiaca, Vix.an. 530.

Vide Paulũ Neapolis diaconum. Vſus vaſorum ſacrorum.

Suſtine (ut dixi) abba in monaſterio, neque enim, e:ſi volueris, exire quoquam valebis. Veſpere autem ſacratiſſimæ Dominicæ cœnæ, accipe *Diuini corporis & viuifici ſanguinis* portionem in vaſe ſacro, dignoque tanti myſterii: & afferens ſuſtine me in parte Iordanis, qua coniungitur eremo, & veniens viuifica accipiam dona. Ex quo enim in Eccleſia beatiſſimi præcurſoris priuſquã tranſirem Iordanem communicaui: deinceps vſq; nũc nunquam communicaui, nunquam vſque nunc ſanctificationis huius uſa ſum Sacramentis: & ideo deprecor, precationem meam, ne negligas, ſed affert vt dixi, viuifica atque diuina myſteria ea hora, qua Dominus Diſcipulos diuinæ cœnæ participes fecit. Ioanni autem abbati monaſterii, in quo habitas, dicito. Attende tibi ip

ſi,& gregi tuo. Aliqua enim fiunt tibi emendatione digna, ſed nunc nolo te ea illi edicere: ſed quando tibi præceperit Dominus.

S. Theoctiſtes Lesbia, Opinor hanc vixiſſe circa annum 656.

Res quidem meæ quemadmodum ſe habeant narraui ò homo. Peto autem, vt una in re mihi gratificeris propter Dominum. Quando anno ſequenti nauigaturus es in hanc inſulam venandi cauſſa (ſcio enim te omnino venturum (ſi Deus velit) ut in uaſe mundo mihi accipias vnum ex intemeratis donis *corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti*: ex quo enim habitaui hanc ſolitudinem, tali dono nequ aquam ſum dignata. *Lege Symenem Metaphraſtem.*

Rhoſuita virgo, Vixit anno 937.

In uita S. Dionyſii martyris.

Sed nec carcereis præſul præclarus in antris
Deſinit obſequium Domino perſoluere dignum:
Sed docuit plebem ſtudioſe conuenientem,
Ac celebrat ſacræ ſolito ſolemnia Miſſæ.
Aſt vbi cæleſtem debebat frangere panem,
Lux, noua triſtifico ſubitò fulgebat in antro,
In qua ſidereæ regnator ſplendidus aulæ,
Scilicet angelica pariter comitante caterua
Apparens charum conſolabatur alumnum,
Sanctaq; dans illi mulcebat famine tali.
Accipe chare meus mis tam uenerabile corpus,
Cuius myſterium tibi uox complebo ſecretum:
Namq; tui merces mecum manet optima perpes,
Hiſq; ſalus ſumma Patris *præſtatur in aula.*
Conſentire tuis qui dant operam pie iuſſis
Certa conſtanter, ſeruaq; fidem patienter,
Quo creſcant celebris tibi tam præconia laudis.

Elizabet Schonaugienſis, Morit. an. 1165.

Factum eſt in vna dierum, vt veniret quidam ex fratribus ferens in pyxide diuinum Sacramentum Domi- *Lib. 1. viarum Dei.*

 nici

nici corporis,ut opus eſſe videbatur cuidam ſorori infirmæ.Cumque ſtaremus in circuitu eius & ego,& quædam ſorores loquentes mecum de eo. Ecce ſubito cor meum liquefactum eſt, & pene factum eſt in extaſi. Et ecce claritas magna refulſit in pyxide, & introſpexi, cum tamen adhuc eſſet clauſa: & apparuit ſpecies *vere carnis* in ea. Dicens quidem iſta,contremiſco: ſicut & tunc videns contremui. Teſtis autem eſt mihi Deus, quia nihil in omnibus his fingo, aut propriam gloriã quærendo loquuta ſum.

Hildegardis abbatiſſa, moritur an. 1180.

Lib. viſonũ ſuarum, viſione. 6. Cum Sacerdos ſacris veſtibus indutus ad celebranda diuina Sacramenta ad altare illud accederet, vidi quòd ſubito magna ſerenitas lucis cum obſequio Angelorũ de cælo veniens,totum altare illud circumfulſit, & ibi tam diu permanſit,quouſque completo Sacramẽto Sacerdos ab altari ſecederet. Sed & ibi Euangelio pacis recitato,& oblatione, quæ conſecranda erat altari ſuperpoſita,cũ Sacerdos laudẽ omnipotẽtis Dei,quæ eſt, ſanctus,ſanctus, ſanctus,Dominus,Deus ſabaoth decãtaret,repẽte ignea coruſcatio inæſtimabilis claritatis, aperto cælo ſuper eandem oblationem deſcendit, & eã totam ſua claritate ita perfudit, vt ſolaris lux rem aliquam illuſtraret,quam radiis ſuis transfundit. Et dum eam hoc modo irradiaret,ſurſum illam ad ſecreta cæli inuiſibiliter ſuſtulit, & iterum eam deorſum ſuper ipſum altare remiſit: velut cum homo anhelitũ ſuum introrſum trahit,& iterum extrorſum emittit, ita eam *veram carnem & verum ſanguinem* effectam, quamuis in conſpectu hominum, velut panis, & velut vinum apparerent.

Eadem Hil*degardis eadem viſione. 6.* Dum Sacerdos canticum innocentis agni,quod eſt, Agnus Dei,qui tollis peccata mundi, decantaret, & ad percipiendam communionẽ ſanctam ſe exhiberet:prædicta ignea coruſcatio ad cæleſtia ſe recepit, & ita clauſo cælo

ſo cælo audiui vocem ex eo dicentem: Manducate, & bibite corpus, & ſanguinem Filii mei, ad abolendam præuaricationem Euæ, ut in rectam hæreditatem reſtauremini.

Mechtildis virgo, non potui reperire quo vixerit tempore.

Cum inſtaret tempus nobiliſſimi conuiuii, quo ipſa dilectum animæ ſuæ, Ieſum percepiſſet in ſacratiſſimi *corporis & ſanguinis ſui* communione: audiuit eum ſibi dicentem, tu in me, & ego in te: & in æternum non derelinquam te. *Lib. 1. Reuelationum cap. 4.*

Eo tempore, quo Canonici vicem Epiſcopi gerentes congregationem pro quadam pecuniæ ſumma grauiter affligendo a diuinis ſuſpendiſſent: in die aſſumptionis glorioſæ virginis, cum hæc Dei famula nimio affligeretur dolore propter carentiam *Dominici corporis*, viſum eſt illi, Dominũ abſtergere lacrymas ab oculis eius, dicens ei: hodie mirabilia videbis. Cum autem inſtaret hora ſacratiſſima, qua eleuanda erat hoſtia: viſus eſt eleuare hoſtiam, quaſi in aurea pyxide clauſam, & ſindone velatam. Per quod ſignificabatur, hoc Sacramentum omni humano, ſiue Angelico intellectu eſſe abſconditum. *Eadem virgo, ex ore huius ſanctæ virginis hæc ſcripta ſunt.*

Hoc facite in meam commemorationem. Tria ſunt nobis memoranda tempore ſacratiſſimæ communionis *corporis & ſanguinis Chriſti*. Primum eſt, æternus ille amor, quo nos Deus, cum non eſſemus, amauit. Secundum eſt, amor ille inæſtimabilis, quo Filius Dei, cum eſſet plenus deliciis in Patris gloria, inclinauerit ſe illa infinita maieſtas ad omnem noſtram miſeriam, quam patimur in uinculis Adam, vt nos liberaret ab omni miſeria. Tertium eſt, amor ille inſcrutabilis, quo nos ſingulis aſpicit momentis, & fouet cura piiſſimæ paternitatis. Hæc tria ſingulis meritò horis ſunt habẽda in memoria: ſed ſpecialius cum interſumus cæleſti conuiuio *Eadem lib. 3 ſpiritualis Gratiæ cap. 145.*

quod

quod nobis donauit amator noſter pro inæſtimabilis amoris Teſtamento.

S.Brigitta Vidua, Vixit anno 1346.

Lib.1, Reuelationũ ſuarum ca.61. Ego ſum panis ille, qui in altari panis uidetur & ſentitur: ſed *in corpus meum,* quod crucifixum eſt, *conuertitur.* Sicut enim, ſi quippiam aridi & cito arſuri igni apponatur, cito conſumitur, & nihil remanet de figura ligni ſed totum eſt ignis: ſic dictis uerbis illis, hoc eſt corpus meum, quod prius fuit panis, *fit ſtatim corpus meum:* nec incenditur, ſicut ligna, igne: ſed Deitate mea.

Eadem li.4 cap.61 Sic eſt etiam nunc in altari. Ante enim verba Sacramenti, panis poſitus in altari, panis eſt: dicto verò verbo, hoc eſt corpus meum fit *corpus Chriſti:* quem ſumunt & tractant ita boni ſicut mali: & ita vnus, ſicut mille, eadem veritate, ſed non eodem effectu, quia bonus ad vitam, malus verò ad iudicium ſui. Quod verò dæmon dixit Deum, fœdari ex immunditia offerentis, hoc uerisſimè falſum eſt. Sicut enim, ſi ſeruus leproſus miniſtret Domino ſuo claues: aut, ſi infirmus offerret fortiſſimarum herbarum confectiones, nihil hoc obeſſet ei, cui miniſtrarentur, cum eadem virtus ſit in eis per qualemcunq; offerantur. Sic Deus nec ex malitia mali miniſtri fit malus, nec ex bono fit melior: quia ſemper immutabilis eſt, & ſemper idem. Itaque quotieſcunque aliqua *Nota benè.* cogitatio talis de corpore Chriſti occurrit menti tuæ, ſta ſtabilis in fide: quia abſque dubio ſcias, hoc eſſe *corpus,* quod de virginea carne ſumpſi, quod crucifixũ eſt, & regnat in cælo: hoc idem eſt in altari, & hoc ſumunt boni & mali.

Eadem li.6 cap.78. Nolite dicere, quod in altari nihil aliud immolatur, niſi vna cruſtula panis: ſed vere credite, quòd ibi eſt, *vere corpus Dei* crucifixum in cruce: & tunc fugiet diabolus à vobis.

S. Catherina Senenſis, Vixit an. 1370

Vt autem planius intelligas, quàm ardenti deſiderio cupiam vobiſcum eſſe, vtque magis accendaris ad ſubigendam mihi, copulandamque meæ voluntatem tuam vide, & alta mente conſidera, uoluiſſe me, ut vnigenitus meus incarnaretur, & cætera. Paraſſe inſuper menſam maximi, & parum agniti Sacramenti, *corporis ipſius & ſanguinis*, vt in cibum ſumentes transformemini muteminique in me; ac ſicut panis & uinum, quibus veſcimini in ſubſtantiam tranſeunt corporalem, ita & uos manducantes ipſum, qui mecum vnum eſt ſub panis & uini ſpecie, in ſubſtantiam ſpiritualem, & in me ipſum conuertamini, & hoc illud eſt, quod Auguſtino ſeruo meo his verbis dixi. Cibus ſum grandium, creſce & manducabis me: nec tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me. *In Dialogo.*

CLASSIS QVARTA

IGNOTORVM AVCTORVM.

Auctor ſermonis De cœna Domini, Titulus horum ſermonum, indicat ad S. Cornelium ſcriptos eſſe, quod ſi non fallit, vixit auctor iſte anno 255.

Cœna diſpoſita inter Sacramentales epulas obuiarunt ſibi inſtituta antiqua & noua, & conſumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconſumptibilem cibum Magiſter apponit Diſcipulis: nec iam ad elaborata impenſis & arte conuiuia populi inuitantur, ſed immortalitatis alimonia datur, à communibus cibis

Lib. de cardinalib. operibus Chriſti (unde hic ſermo deſumptus ē) Cypriano aſcribitur.

cibis differens,corporalis ſubſtantiæ retinens ſpeciem ſed virtutis diuinæ inuiſibili efficientia probans adeſſe præſentiam. Significata olim à tempore Melchiſedec prodeunt Sacramenta,& filiis Abrahæ facientibus opera eius, ſummus Sacerdos panem profert & vinũ. Hoc eſt,inquit, corpus meum. Manducauerant & biberant de eodem pane ſecundum formam viſibilem, ſed ante verba illa cibus ille communis, tantum nutriendo corpori commodus erat,& vitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat.Sed ex quo à Domino dictum eſt,Hoc facite in meam commemorationem,Hæc eſt caro mea,& hic eſt ſanguis meus, quotieſcunque his verbis & hac fide actum eſt,panis iſte ſubſtantialis, & calix benedictione ſolenni ſacratus, ad totius hominis vitam ſalutemque proficit,ſimul medicamentum & holocauſtum ad ſanãdas infirmitates,& purgandas iniquitates exiſtens. Manifeſtata eſt etiam ſpiritualis & corporalis cibi diſtantia:aliud fuiſſe,quod prius eſt appoſitum & conſumptũ aliud,quod à Magiſtro datum eſt,& diſtributum. Quandiu cibi illi,qui ad diem feſtum erant parati, à conueſcentibus Apoſtolis ſumebantur,veteris Paſchæ agebatur memoria: necdum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animum eius egredi cogebatur:ſed vbi ſacrum cibum mens perfida tetigit,& ſceleratum os panis ſanctificatus intrauit, parricidalis animus uim tanti Sacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exufflatus eſt,& præceps cucurrit ad proditionem & pretium,ad deſperationem & laqueũ. Orta fuerat aliquando,ſicut in Euangelio Ioannis legitur,de nouitate verbi huius quæſtio:& ad doctrinã myſterii huius obſtupuerant auditores,cum diceret Dominus. Niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem,non habebitis uitam in vobis. Quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro:quia horrendum eis & nefarium videbatur veſci carne humana,exiſtimantes hoc eo modo dici,ut carnem eius vel elixam,uel aſſam,ſectamque mem

Euchar. eſt ſacrific.

membratim edere docerentur,cum illius perſonæ caro ſi in fruſta partiretur, non omni humano generi poſſet ſufficere:qua ſemel conſumpta,uideretur interiſſe religio,cui nequaquam vlterius victima ſupereſſet. Panis iſte communis *in carnem & ſanguinem mutatus,* procurat uitam. Panis iſte, quem Dominus Diſcipulis porrigebat,non effigie,*ſed natura mutatus,omnipotentia verbi, factus eſt caro:*& ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur & latebat diuinitas,ita Sacramento viſibili ineffabiliter *diuina ſe infudit eſſentia*, vt eſſet religioni circa Sacramenta deuotio, & ad veritatem cuius corpus Sacramenta ſunt,ſyncerior pateret acceſſus vſque ad participationem ſpiritus.Panis itaque hic azymus, cibus verus & ſyncerus,per ſpeciem & Sacramentum nos tactu ſanctificat,fide illuminat,veritate Chriſto conformat.Et ſicut panis communis, quem quotidie edimus vita eſt corporis: ita panis iſte ſuperſubſtantialis, vita eſt animæ,& ſanitas mentis.Panem Angelorum ſub Sacramento manducamus in terris,eundem ſine Sacramẽto manifeſtius edemus in cælis,non miniſterio corporali,ſæpe repetitis actionibus ad eundem reuertentes, ſed conſummato Sacerdotio noſtro, erit & permanebit perpetua & ſtabilis,implens & reficiens nos ſufficiẽtia,qua proferet ſe palam abſque vllis integumentis, omnibus conſpicabilis ſummi præſentia Sacerdotis.Sacramenta quidem, quantum in ſe eſt, ſine propria eſſe uirtute non poſſunt,nec ullo modo diuina ſe abſentat maieſtas myſteriis:ſed quanuis ab indignis ſe ſumi uel contingi Sacramenta permittant,non poſſunt tamẽ ſpiritus eſſe participes, quorum infidelitas uel indignitas tantæ ſanctitudini contradicit. Ideoque aliis ſunt hęc munera odor uitæ in uitam, aliis odor mortis in mortem:quia omnino iuſtum eſt, ut tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec in indignis tantæ gratiæ puritas ſibi faciat manſionem. Noua eſt huius Sacramenti doctrina, & ſcholæ Euangelicæ hoc primum magiſterium protulerũt, & doctore Chriſto primum hæc

Panis in carnẽ Chriſti mutatur Diuina eſſẽtia, ineffabiliter ſe ſacrameno. Euchar. infundit.

Sacramẽta ſine propria virtute eſſe nõ poſſunt, nec diuina maieſtas ſe vni modo myſteriis abſentat.

mum

mundo innotuit diſciplina, ut *biberent ſanguinem* Chriſtiani, cuius eſum legis antiquæ auctoritas diſtrictiſſimè interdicit. Lex quippe eſum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit ut bibatur: in quibus mandatis hoc maximè diſcernere debet Chriſtiana religio, quòd ſanguis animalium à ſanguine Chriſti per omnia differens, temporalis tantum habeat uiuificationis effectum. Bibimus autem *de ſanguine Chriſti*, ipſo iubente, uitæ æternæ cum ipſo, & per ipſum participes. Nec ſolos Sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit. Vniuerſa Eccleſia ad has epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur diſtributus, non dimēbratur: incorporatur, non iniuriatur: recipitur, non includitur: cum infirmis habitans, non infirmatur, neque immenſi & omnipotentis Dei magnitudinem pauperculæ domus noſtræ anguſtia offendit uel arctat. Verum his, qui verbotenus a corde ſicci, & mente aridi, ſacris interſunt, uel etiam participāt donis lambunt quidem petram, ſed inde nec mel ſugūt nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus ſancti pinguedine vegetantur, nec ſe iudicāt, nec Sacramenta diiudicant, ſed ſicut cibis communibus irreuerenter ſacris vtuntur muneribus, & Dominicæ mēſæ in veſte lutulenta ſe ingerunt impudēter: quibus melius erat, mola aſinaria alligata, mergi in pelagum, quā illota conſcientia de manu Domini buccellam accipere, qui vſque hodie hoc veraciſſimum & ſanctiſſimum *corpus ſuum creat*, & ſanctificat, & benedicit, & pie ſumentibus diuidit. Hæc in Chriſti commemoratione retractantur à fidelibus, & delicatis animis, carnis eius edulium non eſt horrori, ſed honori potuq; ſancti & ſanctificantis ſanguinis, ſpiritus delectatur.

Auctor libri de duplici martyrio.

Et hic liber Cypria. ad ſcr.

Niſi te ſaluum voluiſſet Deus, non tradidiſſet vnigenitum ſuum in mortem. Nemo maiorem charitatem habet,

habet, quàm ut animam ſuam ponat pro amicis. Si non eſt maius eximiæ beneuolentiæ teſtimonium, quàm ſi quis uitam impertiat amico: grauius eſt Dominici ſanguinis teſtimonium, qui pro inimicis effuſus eſt. Effuſus pro inimicis, fecit amicos & filios Dei: atque ut cõſideremus hanc fore perpetuam amicitiam, reliquit nobis edendam *carnem ſuam*, reliquit bibendum *ſanguinem*, ut per eadem aleremur, per quæ ſumus redempti.

ſcribitur. Eandẽ carnem, quare dempti ſumus, in Euchar. habemus.

Auctor Homiliarum Paſchalium.

Hac Homilia, hactenus Euſebio Emeſeno, at tributa eſt.

Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis noſtris, & ſideribus illaturus? neceſſarium erat, ut nobis in hac die Sacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret: ut coleretur iugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium, ut quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominum ſalute redemptio, perpetua eſſet etiam redemptionis oblatio, & perennis illa uictima uiueret in memoria, & præſens ſemper eſſet in gratia. Vere unica & perfecta hoſtia, fide æſtimanda non ſpecie: nec exteriori cenſenda uiſu, ſed interiori affectu. Vnde meritò cæleſtis confirmat auctoritas: quia caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: Recedat ergo omne fidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor eſt muneris, ipſe eſt etiam teſtis ueritatis. Nam inuiſibilis Sacerdos, inuiſibiles creaturas *in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui, verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit*, ita dicens: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et ſanctificatione repetita: Accipite, inquit & bibite, hic eſt ſanguis meus. Ergo ut ad nutum præcipientis Domini, repente ex nihilo ſubſtiterant excelſa cælorum, profunda fluctuum, uaſta terrarũ: ita pari potentia in ſpiritualibus Sacramentis verbo præbetur virtus, & rei ſeruit effectus. Quanta itaque & quàm celebranda, uis diuinæ benedictionis operetur, & quomodo tibi nouum & impoſſibile uideri non debeat, quod in

Eucha. perpetuum Eccleſiæ ſacrificium. Chriſtus inuiſibilis ſacerdos, viſibiles creaturas ſecreta poteſtate verbo ſuo, in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui cõuertit.

Nec nouum nec impoſſibile videri debet, quod in Chriſti ſubſtãtiam terrena mutentur.

in Chriſti ſubſtantiam terrena & mortalia commutantur, te ipſum, qui iam in Chriſto es regeneratus interroga, Dudum alienus à vita, peregrinus à miſericordia, à ſalutis via, intrinſecus mortuus exulabas, ſubitò initiatus Chriſti legibus, & ſalutaribus myſteriis innouatus, ī corpus Eccleſiæ non videndo, ſed credendo tranſiuiſti, & de filio perditionis, adoptiuus Dei fieri occulta puritate meruiſti, in menſura viſibili permanens, maior factus teipſo inuiſibiliter ſine quantitatis augmento. In exteriore nihil additum eſt, & totum in interiore mutatum eſt, ac ſic homo Chriſti filius effectus, & Chriſtus in hominis mēte formatus eſt. Sicut ergo ſine corporali ſenſu præterita vilitate depoſita, ſubito noua indutus es dignitate: & ſicut hæc quæ in te Deus læſa curauit, infecta diluit, maculata deterſit, non ſunt oculis, nec ſenſibus tuis credita: ita cum reuerendo altari cæleſtibus cibis ſatiandus accedis, ſacrum Dei tui *corpus & ſanguinem* fide reſpice, honora, mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maximè hauſtu interiori aſſume.

Honoranda Euchar. Corpus Criſti in Euch. ſacrificium.

Ad agnoſcendum & perſpiciendum *ſacrificium veri corporis*, ipſe te roboret potentia conſecrantis: & qui tunc latuit præfiguratus in manna, ſit tibi nunc manifeſtus in gratia. Ipſum autem fuiſſe in mannæ illius ſpecie præfiguratum, etiam Propheta euidenter oſtendit dicens: Panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. De quo pane vetus narrat Hiſtoria, Quia nec, qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, repperit minus, eo quod Euchariſtiæ perceptio non in quantitate, ſed in uirtute conſiſtat: quod *corpus Domini* Sacerdote diſpēſante tantum eſt in exiguo, quātum conſtat eſſe in toto. Quod cum Eccleſia fidelium ſumit: ſicut plenum in vniuerſis, ita integrum eſſe probatur in ſingulis. De hoc pane cum aſſumitur, nihil minus habent ſinguli, quàm vniuerſi: totum vnus, totum duo, totum plures ſine diminutione accipiunt: quia benedictio Sacramenti ſcit diſtribui, neſcit diſtributione conſumi. Nec dubitet quiſpiam primarias creaturas,

Diuiſo ſacramento, æque eſt corpus Chriſti tam in ſingulis particulis, quam in integro ſacramento fuerat.

nutu

nutu diuinæ potentiæ, præſentia ſummæ maieſtatis *in Dominici corporis tranſire poſſe naturam*, cum ipſum hominem videat artificio cæleſtis miſericordiæ Chriſti corpus effectum. Sicut autem quicunque ad fidem Chriſti veniens ante verba baptiſmi adhuc in vinculo eſt veteris debiti. his verò memoratis, mox exuitur omni fæce peccati: ita quando benedicẽdæ verbis cæleſtibus creaturæ, ſacris altaribus imponuntur, antequam inuocatione ſummi nominis conſecrentur, ſubſtantia eſt illic panis & uini. poſt verba autẽ Chriſti, *corpus & ſanguis Chriſti*. Quid autem mirum eſt, ſi ea quæ verbo potuit creare, uerbo poſſit creata conuertere? Imo iam minoris videtur eſſe miraculi, ſi id, quod ex nihilo agnoſcitur condidiſſe, iam conditum in melius ualeat commutare. Require quid ei poſſit eſſe difficile, cui facilè fuit hominẽ de limi materia figurare, imaginem etiam ſuæ diuinitatis induere: cui promptum eſt eum rurſum reuocare de inferis, reſtituere de perditione, reparare de puluere, de terra in cælum leuare, corpus humanum conforme corpori ſuæ claritatis reddere, & figmentum ſuum in regni ſui conſortio ſublimare.

Non dubitādū eſt, creaturas nutu diuinæ potẽtiæ in Dominici corporis poſſe trāſire naturā.

Auctor cantionis Eccleſiaſticæ, Aue præclara.

Ambroſio, à multis conſtanter tribuitur.

Tu, quæ furentem Leuiathan ſerpentem tortuoſum & vectem collidens, damnoſo crimine mundum exemiſti: hinc gentium nos reliquiæ, tuæ ſub cultu memoriæ mirum in modum quem es enixa propitiationis agnũ regnantem cælo æternaliter, deuocamus ad aram mactandum myſterialiter: hic manna verum, Iſraelitis veteris, veri Abrahæ filiis admirantibus quondam Moyſi quod typus figurabat, iam nunc abducto vello datur perſpici, ora virgo nos illo pane cæli dignos effici.

Chriſtus agnus propitiationis regnans in calo, mactatur myſterialiter in altari.

Auctor Epiſtolæ de ſeptem gradibus Eccleſiæ.

Hæc B. Hieronymi titulum habet.

Sextus ſeniorum ordo eſt, qui Sacerdotibus datur,

qui presbyteri dicuntur, qui præſunt Eccleſiæ Dei, & Chriſti Sacramenta conficiunt. Hic autem in benedictione cum Epiſcopis conſortes miniſteriorum ſunt. Nulla in conficiendo *corpore Chriſti & ſanguine* inter eos & Epiſcopos credenda diſtantia eſt: & Euchariſtiam iā pridem per presbyteros benedictam (ſi vſus exegerit) Epiſcopi accipere debent, ac ſe Chriſto ac plenitudini eius communicare cognoſcere. Nam ſi quis ad iniuriā reuocet, aut putet ſe accipere nō debere Euchariſtiam quam presbyter benedixit, is profectò peruerſus eſt, credens Dominum duo corpora habuiſſe: vnum maius, & vnum minus. Maius, quod Epiſcopus conficit: quod Presbyter, minus. Hic Chriſtum diuidit, eique facit iniuriam. Ergo inter baptiſmum & baptiſmum poteſt eſſe diſtantia, ut ſanctior iudicetur, quem baptizauit Epiſcopus, quàm is, quem Leuita: ſicut in Actis Apoſtolorum legis Eunuchum à Philippo Diacono baptizatum fuiſſe, ut ſcriptum eſt. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Et ille ait. Nihil, ſi credis. Fides enim eſt, quæ facit mundum, & quia non eſt dantis, ſed accipiētis: ita credendum eſt in omni anima baptiſmum eſſe perfectum, & omni Sacerdote corpus Chriſti eſſe perfectum. Nec ego dico præſentibus Epiſcopis atque adſtantibus altari, presbyteros poſſe Sacramenta conficere. Sed ſi forte vſus exegerit, vt uenientes ad Eccleſiam Sacerdotes eiſdem horis, quibus aut oblatio parata non ſit, aut non poſſit offerri, non debere Epiſcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, ſi ponatur in altari, quam accipi oportet propter Chriſtum, quoniam *corpus Chriſti eſt*. Quis maior eſt Chriſto? aut quid corpori eius, aut ſanguini poterit anteponi?

Reſeruatio Eucha.

Auctor libri De corpore & ſanguine Domini.

Liber iſte olim Auguſti

Non dubitare debet aliquis cum panis & uinum cōſecrantur, in veram ſubſtantiam Chriſti: ita ut non remaneat

maneat ſubſtantia panis & uini, cum multa alia etiam in operibus Dei non minus miranda. Hominem enim ſubſtantialiter mutat Deus in lapidem, ut uxorem Lot: in paruo artificio hominis, fœnum & ſilicem in vitrũ. Nec credendum eſt, quod ſubſtantia panis uel uini remaneat: ſed *panis in corpus Chriſti, & uinum in ſanguinem conuertitur*, ſolummodo qualitatibus panis & uini remanentibus.

ni dictus fuit. Vide tomum ſecũdum Thomæ Vvaldenſis, de ſacramẽtis, cap. 83

Auctor, De vera & falſa pœnitentia.

Cap. 3. Auguſt. titul. geſtæ.

Per fructus penitentiæ, baptizatis adhibetur ſpes ueniæ. Nam filius qui receſſerat à patre in regionem longinquam, ſuſceptus eſt à patre per pœnitentiam confitentem. Dixit enim Patri confitens, Iã non ſum dignus uocari filius tuus. Non enim iſta à te didici, iſta apud te repperi, Hunc ſuſcepit paterfamilias, & ſtola & annulo induit eum, quia in eo integritatẽ charitatis reſtaurauit atque annulum in manu poſuit, quia arrhatum ex fide eum fecit operari, per Spiritus ſancti dona eum ſubarrhauit: & etiam calciamenta pedum reddidit, quia Eccleſiam eius prædicatione ditauit. In cuius conuiuio occiſus eſt uitulus ſaginatus, quia in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, illi factus eſt cibus: per hoc oſtendens etiam Sacramenta Dominici corporis per pœnitentiam & confeſſionem reddi peccatoribus baptizatis.

Auctor, De ſalutaribus documentis.

Cap. 33. Auguſt. titulo circumfertur.

Ab his uenenis pietas Domini noſtri Ieſu Criſti nos liberet, & ſeipſum nobis edendum tribuat: qui dixit, Ego ſum panis viuus, qui de celo deſcendi: qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet uitam æternam in ſemetipſo. Sed unuſquiſque antequam *corpus & ſanguinem* Domini noſtri Ieſu Chriſti accipiat ſeipſum probet, & ſecundum Apoſtoli præceptum, ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit, nõ diiudicans corpus Domini.

Cap. 14.

Auctor meditationum.

Attribuuntur Auguſt. Epiſcop.

Gratias tibi ago pro ſanctiſſima illa effuſione pretioſi ſanguinis eius, quo ſumus redempti: ſimul & pro ſacroſancto & uiuifico myſterio *corporis & ſanguinis eius,* quo quotidie in Eccleſia tua paſcimur & potamur, abluimur & ſanctificamur, & unius ſummæ diuinitatis participes efficimur.

Lib. 2.

Auctor, De uiſitatione infirmorum.

Auguſt. nomen præfert

Nec prætermittendum eſt illud Apoſtoli Iacobi præceptum, Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo ſancto in nomine Domini Ieſu, & oratio fidei ſaluabit infirmum. Ergo ſic roges de te fieri, ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, imò per Apoſtolum ſuum Dominus. Ipſa uidelicet olei ſacrati delibatio, intelligitur Spiritus ſãcti typicalis unctio. Illud etiam uiuificum *Dominici corporis* ſupplemẽtum ſuſcipere fili mi non renuas, quin potius illud auidiſſimè quæras, fideliter comedas. Cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis, uiaticum tibi erit ſaluberrimum, redemptionis tuæ pretium, redemptoris monimentum, & redempti munimentum.

Auctor, De feria quarta, ſiue cultura agri Dominici. Quidam libri hunc titulum habent, De percipienda Baptiſmi gratia, Cap. 4.

De concione hac, controuerſia inter eruditos eſt, Auguſt. ſit, nec ne.

Vide terra quomodo accipias hunc ſanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit benedictionem: qui uero eum male accipit, iudicium ſibi bibendo acquirit. Hoc figuratum eſt in illo agro Iudæ, de quo dictũ eſt, quod eſſet ager ſanguinis, ſecutũ eſt ut diceretͨ, fiat ulla eius deſerta. Si enim ad Iudam pertinens, ſi facta eius imitaris, ſi *ſanguinem Chriſti* non cum timore & tremore accipis, eris uilla deſerta, maledicta, reproba & ſpinoſa. Si autem *ſanguinem Chriſti* cum reuerentia, percipis, cognoſcis per illum tua tibi dimitti peccata, quoniam ager, ille, quem comparauit Iudas, figuli dictus eſt.

Habet

Habet poteſtatem figulus luti, ex eadem conſperſione aliud quidem uas facere in honorem, aliud in contumeliam. O terra tanta rigata ſanguine, reſponde tanto ſanguini, non ſicut Cain & Iudas uerba excuſationis, ſed ſicut ſancti martyres uerba confeſſionis. Reſponde ſicut reſpondit Cyprianus, Laurentius, cæterique ſancti pueri & puellæ. Aetas omnis, & uterque ſexus, qui percipientes ſanguinem Chriſti, pro ſanguine quem biberunt, ſanguinem ſuum fundere non dubitauerunt. Tu anima Chriſtiana quæ aſcenſura es ex ſacratiſſimo fonte, rubore atque decore perfuſa, nimis ſpecioſa & candida, ſerua decorem tuum, agnoſce quid fueris & quid eris, uide ne deſeras menſam ſponſi tui. Vt pulcra permanens? *carnem eius* quotidie manducabis: ut uitam æternam habeas, *ſanguinem eius* potabis. Vide ne deſeras hanc menſam. Menſa ſponſi tui panem habet integrum, & calicem ſanctum: quem panem, & ſi fractum cõ minutumque uidimus in paſſione, integer tamen manſit in illa ſua cum patre indiuidua unitate. De iſto pane & de iſto calice, dicebat ipſe Dominus. Panis, quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi uita. Et calix, quem ſanctificauero, ſanguis meus eſt, qui pro uobis fundetur in remiſſionem peccatorum. *Cap. 6.*

Auctor ſermonis, De cataclyſmo.

Vnus ex militibus lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua, quæ ſunt matris Eccleſię gemina Sacramenta. Percuſſit latus lancea perſecutor, & fudit pretium redemptor. Hic ſanguis inebriat mentẽ, vt amorem obliuiſcatur mundi. Hæc aqua mundat animam, ut corpus ſordibus careat Diaboli. Nec relinquetis ex eo quidquam uſque in mane. Hoc nunc agitur. Comeditur enim agnus per noctem huius ſeculi, ut cũ mane illud uenerit, quod veſperum non habebit, non iam offeratur ſacrificium imaginis agni, ſed ipſum agnum, quem quotidie comedimus, & cuius ſanguinem bibimus.

Auguſtini quidam conſtanter aſſerunt, aliũ è contrà. E radio eius ſucceſſori tribuendũ cenſent.

Auctor libri, De pœnitentiæ medicina,

Auguſtini nonnullis ui detur, quibuſdam potius Eradij ſuperioris.

Aſcendat homo aduerſum ſe tribunal mentis ſuæ, ſi timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Chriſti, vt illud recipiat vnuſquiſque quod per corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Conſtituat ſe ante faciẽ ſuam, ne hoc ei poſtea fiat: nam minatur Deus hoc peccatori dicẽs, Arguam te, & ſtatuam te ante faciem tuã. Atque ita conſtituto in corde iudicio, aſſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor. Inde quidem ſanguis animi confitentis, per lacrymas profluat: poſtremò ab ipſa mente talis ſententia proferatur, ut ſe indignum homo iudicet participatione *corporis & ſanguinis* Domini. ut qui ſeparari à regno cælorum timet per ultimam ſententiam ſummi iudicis, per Eccleſiaſticam diſciplinam à Sacramento cæleſtis panis interim ſeparetur.

Auctor, De utlitate pœnitentię, Reperies etiam Tomo 10. Pagina 327.

Non minus Eradio tractatus iſte, quàm Auguſt. aſcribitur.

Nemo enim eligit uitam nouam, niſi quem ueteris pœnitet. Hoc autem etiam auctoritate diuinorum librorum probare debemns, utrum baptizãdi egerint pœnitentiam. Quãdo Spiritus ſanctus miſſus eſt, ante promiſſus & impleuit Dominus fidem pollicitationis ſuæ, accepto Spiritu ſancto Diſcipuli ut noſtris, cœperũt loqui omnibus linguis, ut in illis, qui aderant, linguã ſuã quiſque cognoſceret. Hoc autem miraculo territi, conſilium uitæ ab Apoſtolis petierunt. Tunc eis Petrus annuntiauit, eum colendum, quem crucifixerunt: ut eius iam ſanguinem nollent bibere credentes, quem fuderant ſæuientes.

Auctor Annalium Conſtantinopolitanorum. Vixit anno 830.

De geſtis Mauritij Imperatoris.

Expergefactus Mauritius Imperator, uocatum eum, qui coram ſe dormiebat, miſit ad Philippicum generũ ut celeriter eum duceret ad ſe. Cumque ille abiiſſet, vocauit eum: qui conſurgens, uocata uxore ſua Gordia, oſculatus

oſculatus eſt eam, dicens. Salue, iam non me uidebis. Quæ exclamauit cum fletu, magna uoce ad Paracœmu menum dicens. Adiuro te per Deum, quæ eſt hæc, ob quam quærit hac hora. At ille iurauit ſe ignorare, quia repente de ſomno exurgens Imperator miſit me. Philippicus ergo, quæſiuit *corpus Chriſti* percipere, & ſic ad Imperatorem properare.

Au&tor, Altercationis Eccleſiæ & Synagogæ, Vixit anno 840.

Cap. 8.

Magiſter. Sic ergo credimus, quod ante conſecrationem panis & uinum eſt, poſt conſecrationẽ, *corpus Chriſti verum, ſanguis Chriſti uerus eſt*, non tantum verum ſacramentaliter, ſed etiam verum *eſſentialiter*. Cum autem dicimus corpus Chriſti & ſanguinem, nec corpus exangue intelligimus, nec ſanguinem à corpore diuidimus, ſicut eſt fuſus è corpore, vel ſtillans aut manans à vulnere: ſed idipſum totum indiuiſum in vtraque ſpecie credimus: totum ſimul in cælis, & vbicunque conficitur à miniſtris, vel contre&tatur ab hominibus Chriſtianis. Qualiter autem fieri poſſit, ut tranſeat ſubſtantia panis in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti, & ſi ratione comprehendere non poſſumus, pure tamen credere debemus. Ante benedi&tionem Dominus quidem panẽ accepit, fregit, dedit Diſcipulis, non iam panem ſimplicem, ſed corpus ſuum & ſanguinem. *Diſcip.* Qui conuertit aquam in uinum, poterit etiam ſubſtantiam panis conuertere in corpus ſuum.

Euchar. non tantũ Chriſti corpus ſacramentaliter, verũ etiam eſſentialiter.

Au&tor Miſſalis Hiſpanici.

Totum hoc, Domine, diuinum eſt: totum Pater de cælo eſt: Demutatum in naturã Filii tui & *corpus & ſanguis eſt*. Non iam figura, ſed veritas: non creatura mortalis. ſed natura cæleſtis, edentibus uitam æternam, regnumq́ue perpetuum collatura potantibus.

Sancto Iſidoro Epiſcop. Miſſale iſtud tribuitur. Vide librum. 3 Guitmundi Epiſcopi.

Au&tor Ritus conficiendi chriſmatis.

Benedicat uos omnipotens Deus, qui per unigeniti Filij ſui paſſionem, uetus Paſcha in nouum uoluit conuerti,

Benedictio in cæna Do

mini, poſt chriſmatis conſecrationem.

uerti, concedatque vobis, vt expurgato ueteris fermenti contagione, noua in uobis gratiæ Dei perſeueret conſperſio. Amen.

Et qui ad celebrandam redemptoris noſtri cœnam mente deuota conueniſtis, in æterna requie ſatiemini edulio victimæ ſalutaris. Amen.

Quiq; in hac die cum Apoſtolis cœnans, panem in *corpus* ſuum, calicemq; benedicens proprium conſecrauit in *ſanguinem*, uos æternorum repleat vbertate benedictionum. Amen.

Tunc deferatur chriſma à Diacono Epiſcopo ad oſculandum, & antequam deoſculetur, cantor incipiat Agnus Dei, & deoſculetur ab Epiſcopo chriſma. Deinde ſecedat Diaconus cum chriſmate prope chorum, in dextera parte, & cantato ter Agnus Dei, accedant primum presbyteri, vnuſquiſq; in ordine ſuo ad pacem: deinde ad deoſculandum ſanctum chriſma, deinde ſe inuicem. Tunc communicet Epiſcopus: deinde qui ipſa die antea non communicauerunt, pergant ad Epiſcopum communicare de ſacro *corpore & ſanguine* Domini.

Auctor benedictionum Anglicanarum. Benedictiones iſtæ continentur uetuſto codice, qui ante annos 400, ſcriptus eſt.

Splendor lucis æternæ, lux de luce omnipotẽs Deus qui in hac ſacratiſſima cœna, ſanctum deſideratumque myſterium ſacro ſancti corporis & ſanguinis tui, familiari ac ſecretiori colloquio Diſcipulis tuis ad ſalutem totius mundi tradidiſti, pedeſq; eorum ſacris tuis manibus lauare, & exemplum humilitatis cunctis gentibus præbere dignatus es.

Auctor uitæ S. Odiliæ, vix. circa an. 1219.

Lib. 1. cap. 28.

Res, eſt mira, quæ ſequitur, & in laudem meritumq; fidei ad Euchariſtiæ præconium iugiter commendãda. Cum à ſua matre uir beatus auditu multa perciperet, vera quidem omnia, ſed difficilia ad credendum, quia rationis ſcrutinium uidebantur excedere: ipſe idem

nec omnino uolebat credere, nec ediuerſo matris ſuæ penitus ſermonibus derogare, Domini memor potentiæ, qui quondam aſinam Prophetæ præferens, in ea, quæ uoluit, os ipſius docuit, & aperuit ad loquendum. Vacillans itaque horum ſub medio, magiſque tamen claudicans in credendo: ne ex uerbis matris de cætero moueretur in dubium, certus de illius gratia ſubſequenti miraculo meruit confirmari. Cum igitur die quadã ſummo diluculo adhuc eſſent tenebræ, intra quandam cellulam, in maiori exiſtẽtem Eccleſia, quæ ſanctæ crucis dicebatur baſilica, indutus ſacris uir Domini paruulo ſibi ad miniſtrandum aſtante puero, celebrare intenderet plures hoſtias, quibus ſuos aliquando communicaturus erat, illic ſuper altare benedictum & portaticium, quod tunc ibi erat, ante pedes calicis depoſuit ex patena. Dicta uerò oratione, ſuſcipe ſancta trinitas, & cætera quæ ſequuntnr, hoſtiarum una tenebris uiſum arcentibus, ab altari benedicto intra corporale & pallam improuiſe lapſa eſt. Cumq; peracto myſterio conſecratas hoſtias in ſolenni uaſe, & ad hoc ſingulariter deputato, reconderet; illam, quæ corruerat, inter pallam & corporale repperit, ignoranſque vtrum corpus Dominicum eſſet, eamque reponens ſecretius à conſecratis paululum ſequeſtrauit. Cuius mater, exinde iam elapſa hebdomada, ipſum accerſiens, uolo, ait, fili, ut me communices: debilis enim ſum. Qui ſcire cupiens præfatę hoſtiæ ueritatẽ, & de matris gratia plenius cõfirmari, attulit eã matri, & poſtulanti corpus Dominĩ tribuit ita dicens. Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat tibi in remiſſionẽ, & uitã Eternam. Qua percepta: ſtatim ſine mora reſpondit mulier. Cur hãc, fili, hoſtiam corpus dixiſti Dominicum? Neq;.n. hęc hoſtia à uirtute ſpiritus fuerat penetrata, ſed nec *in Chriſti corpus* mutata, ſuſcepta tamẽ à Domino: nã tu illã ſolũ ſanctæ obtuleras trinitati. Tunc ille, tantis è ſimplici fœmina auditis mirabilibus, Dominum magnificabat, uerbiſq; matris in reliquum fidem adhibuit firmiorẽ.

In

In craſtinumque mulier à manu filii ſacram ſumens hoſtiam, ſuum in hoſtia gauiſa eſt ſuſcepiſſe creatorem. At cum uerba matris eadem de ſupradicta hoſtia aliquibus poſtea filius retuliſſet, mirabantur dicẽtes. Quo modo hæc talia ſcire potuit, cum ab homine non didicit? Nam etſi multis edocta magiſtris ex longo iã fuiſſet tempore, mirabile tamen eſſet, ſi audita ab aliis potuiſſet talia retinere.

Auctor Sermonis, De Sacerdotali dignitate.

S. Bernar. Abbati aſcribitur.

Præclara, ò reuerenda poteſtas ueſtra. Certe non eſt poteſtas poſt Deum, ſicut poteſtas ueſtra. Forſitan ſcire vultis, & audire delectat apertius, quænam ſit iſta tanta poteſtas, cui nihil in cælo, vel in terra uàleat cõparari. Ad quod ego. Conſecrare uidelicet corpus & & ſanguinem Domini. Super poteſtate ueſtra, ſuper tam inſigni ſpectaculo, ſuper tam ſolenni dignitatis veſtræ priuilegio ſtupet cælum, miratur terra, contremiſcit homo, reueretur plurimum Angelica celſitudo. Sed unde hoc nobis piiſſime Ieſu, ut nos vermiculi reptantes ſuper faciem terræ, nos inquam, qui puluis & cinis ſumus, te præſentem habere mereamur præ manibus, præ oculis, qui totus & integer ſedes ad dexteram Patris? Qui etiam vnius horæ momento ab ortu ſolis uſque ad occaſum, ab Aquilone vſque ad Auſtrum præſto es omnibus, unus in multis, idem in diuerſis locis. Vnde hoc inquam? Certe non ex debito uel ex merito noſtro, ſed ex voluntate tua, & dulcedinis tuę bene placito. Hæc eſt vere indulgentia cæleſtis, hæc eſt vere cumulata gratia, hæc eſt vere ſuperexcellens gloria, Sacerdotem Deum ſuum tenere, & aliis dando porrigere. O nouam & diuinam poteſtatem, cuius miniſterio panis Angelorum & uitæ, mortalibus quotidie præparatur. In hoc Sacramento non ſolum quælibet gratia, ſed ille, à quo eſt omnis gratia, ſumitur. Benigniſſime Ieſu, nobiliſſimæ ſponſæ tuæ dotalitium indulſiſti, vt

vel

vel ſic teneret columba tua, dulciſſimum memoriale dicti ſui. Chriſtus enim pridie quam pateretur, Diſcipulis ſuis huius Sacramenti formam præſcripſit, efficaciam exhibuit. Cum adhuc cœnaretur, à cœna ſurrexit, Diſcipulorum pedes Dominus uniuerſorum lauit: dehinc ad menſam egreſſus, ordinat ſacrificium corporis & ſanguinis ſui. Chriſtus in cœna illa munerans & munus, cibans & cibus, conuiua & conuiuium, offerens & oblatio. Obſtupeſcentes admiramini, nulli Angelorum, nullis ſpiritibus ſupernis, ſed hominibus, nec tamen omnibus, ſed ordini ueſtro tantum mandatam eſſe tanti Sacraměti celebrationem in altari, quod Chriſtus fecit manibus ſuis in cœna Paſchali. Quid facis homo indigne? quid facis homo ingrate? Adora deuotius, & recole frequentius in Sacramento altaris ſalutem mundi pro te paſſam. Gratulare ſponſa, gaude incomparabiliter, præſidentem habes & rectorem, ſponſum in præſentis exilii militia. Pignus habes, arrham tenes, quibus feliciter ſponſo uniaris in patria. Glorioſa & amabilis ſponſa, in terra ſponſum habes in Sacramento, in cælis habiturus es ſine velamento. Et hic & ibi ueritas, ſed hic palliata, ibi manifeſta. Ibi loquitur Chriſtus cum miniſtro ſuo. Apparatus menſæ iſtius, non hominis eſt, ſed fidei: non facinoris, ſed myſterii. Qui ſum auctor muneris, ipſe ſum teſtis veritatis. Altare, cui aſſiſtis, quam pro te ſuſtinui, repræſentat crucem. Hoſtia, quam vides, iam non eſt panis, ſed *caro mea*, quæ pependit in cruce pro mundi uita. Sanè mutatio iſta benedictionis opus eſt, non originis. Virtus hoc facit, non uſus: effectus eſt potentiæ, nō vſus naturæ: dignatio eſt non ratio: miſericordia eſt, non miſeria: non commune, ſed ſolum: diuinum eſt, non humanum: pietatis Sacramentum, non Deitatis detrimentum. Similiter liquor iſte, quem uides, iam non eſt uinum, ſed *ſanguis meus*, quem pro te fudi in pretium, tibi reſeruans in altari poculum. Mira ſunt fratres, quæ de Sacramento iſto dicuntur. Fides eſt neceſ-

ſaria,

ſaria, ſcientia rationis ſuperuacua. Scientia, ratione & intellectu colligitur: fides ſola auctoritate inducitur. Hoc fides credat, intelligentia non requirat: ne aut nō inuentum putet incredibile, aut repertum non credat ſingulare. Hæc ſunt fratres, quæ fidem neceſſario exigunt, rationem omnino non admittunt: expetunt ſimplicem creditorem, arguunt impium diſcuſſorem: & ideo credi oportet ſimpliciter, quod inueſtigari non poteſt vtiliter. Hic eſt ille torrens, quem tranſuadare nō potuit Eliſeus. Nolite itaque, nolite quærere quomodo fiat, nolite dubitare utrum fiat: nolite irreuerenter accedere, ne uobis ad mortem fiat. Deus enim eſt: & quanquam panis myſteria habeat, *mutatur tamen in carnem*. Deus & homo eſt, qui teſtatur panem veraciter fieri carnem ſuam. Vas electionis eſt, qui minatur iudiciū non diiudicanti tam ſanctam carnem. Idipſum ò Chriſtiane de vino ſentias. Creator vini eſt, qui vinum prouenit in ſanguinem Chriſti: Doctor gentium eſt, cuius aſſertione mortem bibit, bibens indignè ſanguinem Chriſti. Odor, ſpecies, ſapor, pondus remanent ad myſterii ritum, & ad guſtus ſuffragium, ut horror penitus tollatur, & meritum ſortiatur. Tria in Sacramento altaris attendere debes, ſpeciem panis, *ueritatem carnis*, virtutem gratiæ ſpiritualis. Vſque ad ſpeciem panis ſenſus pertingi exterior, ad ueritatem carnis fides interior ad uirtutem gratiæ ſpiritualis charitas ſuperior. Speciē panis rodit aliquando ſorex paruiſſimus, ueritatem carnis Chriſtianus recipit etiam peſſimus, virtutem gratiæ ſpiritualis, non recipit niſi prædeſtinatus. Quod itaque uidemus, ſpecies eſt panis & uini: quod autem ſub illa ſpecie credimus, verum corpus eſt & uerus Chriſti ſanguis, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere.

Auctor defenſorij fidei Chriſtianæ.

Tract. 7. *Belial.* Quomodo perſuadebitur omnibus Gentibus ſubſtantiam panis in corpus Chriſti conuerti, in hoc

Euchari-

Euchariſtiæ Sacramēto? *Anima.* Qui fidelis eſt, ſcit quod verbum Dei in Chriſto Ieſu nos de miſeria huius mundi transfert vſque ad filiationem Dei, & poſſeſſionem vitæ æternæ: quia Deo nihil eſt impoſſibile. Si igitur hoc credimus & ſperamus: tunc verbum Dei ſecūdum ordinationem Chriſti non hęſitamus poſſe *panem in carnem mutare.* Si natura hoc facit in animalibus, quomodo uerbum hoc non faceret, per quod Deus fecit & ſecula? Exigit ergo fidei neceſſitas hoc credere. Nam ſi hoc eſt poſſibile, quòd nos filii Adę, qui de terra ſumus, trāsformabimur in Chriſto Ieſu verbo Dei, in filios Dei immortalis, hæredes quidem ſuos, cohæredes autem Chriſti, & hoc credimus & futurum ſperamus: credere nos ſimiliter oportet tranſubſtantiationem panis in carnem, & uini in ſanguinem, per idem verbum, per quod panis panis eſt, & uinum uinum, & caro caro, & ſanguis ſanguis, & per quod natura cibum conuertit in cibatum. *Belial.* Hæc conuerſio ſubſtantiæ panis difficulter attingitur. *Anima.* Fide facilimè: nam ſola mēte hoc eſt attingibile, quæ ſolam intuetur ſubſtantiā non quia eſt, ſed quid eſt. Subſtantia enim antecedit omne accidens. Et ideo cum ſubſtantia abſolute conſiderata nec ſit qualis nec quanta, & ipſa ſola in hoc Sacramēto conuertitur, ut non ſit amplius ſubſtantia panis, ſed ſubſtantia carnis, non eſt niſi ſpiritualis iſta cōuerſio, quia remotiſſima ab omni eo, quod eſt ſenſu attingibile. Non igitur augetur quantitas carnis ex hac conuerſione, neque multiplicatur numero. Ob hoc non eſt niſi una ſubſtantia carnis, in qua ſubſtantia panis eſt conuerſa, licet panis ſit in diuerſis locis oblatus, & plures ſint panes, qui in ſacrificio ponuntur. Sed mirabilis eſt in Saracenorum Iudæorumque & aliorum infidelium oculis, ac prorſus incredibilis miraculoſa hæc rerum tranſmutatio: ſed longe mirabilior eſſe debet ab humano etiam captu remotior totius uniuerſi de nihilo miraculoſa creatio. O cæcitas, ò dementia, ò ſupina & craſſa ignorantia, concedere mirabilius, credere difficilius,

ficilius,& quæ faciliora ſunt,& magis credibilia, in fauorem quoque humanæ conſolationis introducta,corde obſtinato renuere. Ad magnam quippe Dei miſericordiam pertinuit,quod uerbum caro pro noſtra ſalute fieret: ſed non minoris miſericordiæ fuit, ꝙ ſuæ Chriſtus Eccleſiæ uſque in finem ſeculi ſub hoc Sacramento præſens perſonaliter adeſſe voluit. Cuius inſtitutionem non ab homine puro,non à Papa, non ab Eccleſia,ſed ab ipſo primo ſummoque Sacerdote & Pontifice Maximo accepimus, Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto,eiuſque ſacroſancto Euangelio: in quo quidquid continetur eſt veritas:quidquid præcipitur, bonitas: quidquid promittitur, felicitas.Ipſe uero mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus veritas eſt ſine fallacia,bonitas ſine malitia,felicitas ſine miſeria:cui ſemper & in omnibus pro ſuæ ſanctitatis ac uitæ excellentia,mirabilium quoque operum efficacia, credere atq; obedire ſub mortis æternæ periculo neceſſe eſt. Licet maiora his difficilioraque, à ſenſibus quoque & humano captu remotiora nobis credenda reliquiſſet: licet etiam hoc Sacramentum omnium Sacramentorum digniſſimum, ex quacunque alia ſimplici aut compoſita materia, & ſub quauis alia verborum forma fieri præcepiſſet.

CLASSIS

CLASSIS QVINTA CONCILIORVM, TAM VNIVERSALIVM QVAM PROVINCIALIVM.

Concilium Nicænum, vniuerſale 1. Celebratum iſtud concilium eſt iuxta Dionyſi Cyclum anno 315. Interfuerunt Epiſcopi. cccxviij.

TErum etiam hic in diuina menſa ne humiliter intēti ſimus ad propoſitum panē & poculum, ſed attollentes mentem, fide intelligamus *ſitum in ſacra illa menſa agnum illum Dei tollentem peccata mundi,* incruente à Sacerdotibus immolatum, & pretioſum ipſius *corpus & ſanguinem* nos uere ſumentes, credere hæc eſſe noſtræ reſurrectionis Symbola: propter hoc enim neque multum accipimus, ſed parum, ut ſciamus, quod non ſatietati, ſed ſanctimoniæ ſumimus.

In menſa altaris immolatur agnus tollens peccata mundi.

Peruenit ad ſanctum magnumque concilium, quod in locis quibuſdam & ciuitatibus, Presbyteris gratiam ſacræ communionis Diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi ſacrificii non habent poteſtatem, his qui offerunt *Chriſti corpus* porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidā Diaconi etiam ante Epiſcopos Sacramenta ſumūt. Hæc ergo omnia amputentur, & accipiant ſecundum ordinem poſt Presbyteros ab Epiſcopo, uel à Presbytero ſacram communionem.

Canone ſecūdum quoſdam 14. ſecundum alios uero 18

Soli ſacerdotes poteſtatem offerendi ſacrificiū corporis Criſti habent.

Concilium

Concilium Epheſinum, vniuerſale, III. Conuocatum anno 468. Præſentes fuere Epiſc. CC.

Neceſſario igitur & hoc adiicimus, annunciantes enim ſicut ſecũdum carnem, mortem unigeniti filii Dei id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius, & in cælos aſcenſionem: pariter confitentes, incruentam celebramus in Eccleſiis ſacrificii ſeruitutem: ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes *ſancti corporis & pretioſi ſanguinis* Chriſti omnium noſtrum redemptoris effecti, non ut communem carnem percipientes (quod abſit) nec ut uiri ſanctificati, & uerbo coniuncti ſecundum dignitatis unionem, aut ſicut diuinam poſſidentis habitationem, ſed uere uiuificatricem, & ipſius uerbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut ſi Deus exiſtens, quia propriæ carni unitus eſt, uiuificatricem eam eſſe profeſſus eſt. Et ideo, quamuis dicat ad nos: Amen, amen dico uobis, niſi mãducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem: non tamen eam, ut hominis unius ex nobis, exiſtimare debemus, quomodo enim iuxta naturam ſuã uiuificatrix eſſe caro poterit hominis? ſed ut uere propriam eius factam, qui propter nos Filius hominis eſt factus & uocatus. *Miſſa incruentum ſeruitus.*

Concilium Ilerdenſe, circa annum 500.

De his clericis, qui in obſeſſionis neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutum eſt, ut qui altario miniſtrãt, & *Chriſti corpus & ſanguinem* tradunt, uel ſacra uaſa officio deputata contrectant, ut ab omni humano ſanguine etiã hoſtili ſe abſtineant. Quod ſi in hoc inciderint duobus annis tam officio, quam communione corporis Domini priuentur: ita ut his duobus annis, uigiliis, ieiuniis, orationibus, & eleemoſynis pro uiribus, quas Dominus donauerit, expientur, & ita demum officio, uel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne vlterius ad officia prouehantur potiora. *Cap. I. Vſus uaſorũ ſacrorum.*

Idem cap.7. Qui Sacramento ſe obligauerit,ut litigans cũ quoli bet,ad pacem nullo modo redeat, pro periurio uno an no à communione *corporis & ſanguinis* Domini ſegrega tus reatum ſuum eleemoſynis,fletibus, & quãtis potue rit ieiuniis abſoluat.

Concilium Aruenenſe,circa annum 540.

Cap.5. De opertorio *Dominici corporis*,ſeu palla altaris, nunquam corpus Sacerdotis, dum ad tumulum euehitur, obtegatur:quia ſacro uelamine vſibus ſuis reddito,dum honorantur corpora,altaria polluuntur.

Concilium Turonicum II.

Cap. 3. reſeruatio Euchar. Vt *corpus Domini* in altari,non in armario,ſed ſub crucis titulo componatur.

Cap.4. Laici ab altari arceantur. Vt laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur,inter clericos tam ad vigilias,quàm ad miſſas,ſtare penitus non præſumant:ſed pars illa, quæ à cancellis verſus altare diuiditur choris tantum pſallentium pateat clericorum.

Concilium Toletanum,III circa an.580

Cap.1. Conſultu piiſſimi & glorioſiſſimi Reccaredi regis conſtituit ſynodus, ut per omnes Eccleſias Hiſpaniæ, & Galliciæ ſecundum formam orientalium Eccleſiarũ, Concilii Conſtantinopolitani, hoc eſt, centum quinquaginta Epiſcoporum Symbolum fidei recitetur, & priuſquam Dominica dicatur oratio, voce clara prædicetur,quò fides vera manifeſta ſit, & teſtimonium habeat,& ad *Chriſti corpus & ſanguinem* prælibãdum pectora populorum fide purificata accedant.

Concilium Matiſconenſe II circa an. 588

Canon.9. Euchariſt. ad animæ et corporis ſal Nefas eſt, vt illius manibus Epiſcopus, aut iuſſione de Eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui inuocato nomine Domini ad ſaluationem corporis & animæ Euchariſtiam ſæpe porrexit.

Conci-

Concilium Antiſiodorenſe, circa an. 613.

Non licet in altario in ſacrificio diuino mellitum, quod mulſum appellatur, nec ullum aliud poculum, ex tra uinum cum aqua miſtum offerre: quia ad grandem & reatum & peccatum pertinet Presbytero illi, quicunque aliud poculum extra uinum in conſecratione *ſanguinis Chriſti* offerre præſumpſerit. Canon. 8.

Concilium Hiſpalenſe II. circa an. 625.

Sed neque coram Epiſcopo licere eis Coepiſcopis videlicet) in baptiſterium introire, nec præſente Antiſtite infantem tingere aut ſignare, nec pœnitentem ſine præcepto Epiſcopi ſui reconciliare, nec eo præſente Sacramentum *corporis & ſanguinis Chriſti* conficere, nec eo coram poſito populũ docere uel benedicere aut ſalutare, nec plebem vtiq; exhortari: quæ omnia eis à ſede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur. Canon. 7.

Concilium Tholetanum IIII. circa ann. 630.

Saluator noſter Apoſtolis ſuis præcepit dicens: Paſſionẽ & mortem & reſurrectionẽ meam omnibus prædicate. Ideoque oportet eodem die myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis voluit annuntiandum, prædicari, atque indulgentiam criminum clara uoce omnem populum præſtolari ut pœnitentiæ compunctione mundati, uenerabile feſtum Dominicæ reſurrectionis, remiſſis iniquitatibus ſuſcipere mereamur, *corpuſque eius & ſanguinis* Sacramẽtũ mundi à peccatis ſumamus. Canon. 6.

Sicut homo propria arbitrii uoluntate ſerpenti obediens periit: ſic uocante ſe gratia Dei, propriæ mentis conuerſione homo quiſque credẽdo ſaluatur. Ergo nõ vi, ſed libera arbitrii uoluntate, ut conuertantur ſuadẽdi ſunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem venire coacti ſunt (ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi principis Siſebuti) quia iam conſtat eos Sacramentis diuinis ſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & *corporis Domini, & ſanguinis* extitiſſe participes, oportet Idem Cano ne. 56.

vt fidem etiam, quam vi vel neceſſitate ſuſceperunt,te nere cogantur.

Concilium Toletanum XI. circa an. 633 ſub Rege Vvambano.

Canon. 11. Quicunque fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus, Euchariſtiam perceptam reiecerit, in nullo Ec cleſiaſticæ damnationi ſubiaceat. Similiter nec illos cuiuſquam punitionis cenſura redarguet, qui talia aut tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mentis alie-natione poſiti, qui, quod fecerint ignorare videntur. Iã verò quicunque aut de fidelium, aut de infidelium nu-mero, *corpus Domini* abſque ineuitabili, vt dictum eſt, in-firmitate proiecerit, ſi fidelis eſt, perpetua communio-ne priuetur: ſi infidelis & uerberibus ſubdatur, & perpe tuo exilio relegetur.

Pœna eorũ qui Euchar. ſumptam, abſq; ineui tabili neceſ ſitate, reiece rint.

Concilium Braccarenſe III. circa annum. 655 Anno 4. eiuſdem Regis Vvambani.

Canon. 3. Omnis Sacerdos cum ordinatur, orario utroque hu mero ambiatur ſcilicet, vt qui imperturbatus præcipi-tur conſiſtere inter proſpera & aduerſa, uirtutum ſem-per ornamento vtroque circumſeptus appareat hume ro. Qua ratione tempore ſacrificii non aſſumit, quod ſe in Sacramento accepiſſe non dubitat. Proinde modis omnibus conuenit, ut quod quiſque percepit in conſe-cratione honoris, hoc retineat & in oblatione uel per ceptione ſuæ ſalutis: ſcilicet, ut cum Sacerdos ad ſolen-nia Miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium obla-turus, aut Sacramentum *corporis & ſanguinis* Domini no ſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quã ora rio utroque humero circunſeptus: ſicut & tempore or-dinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus.

Canon. 26. Canone, iſti licet Sextæ vniuerſali Synodo aſ-cribantur, in ea tamen editi nõ ſũt, nam poſt a-liquot an-nos à cele-brato Con-cilio iidem Epiſcop. qui conc. inter-fuerant, de nuo Conſt. in Trullo re

Concilium Conſtantinopolitanum III. vni-uerſale v. Circa an. 684. ſubſcripſerunt Epiſc. 227.

Presbyter, qui per ignorantiam illicitis nuptiis eſt implicatus, ſit quidem cathedræ particeps: à reliquis autem

autem operationibus abſtineat. Ei enim, qui talis eſt, ſatis eſt, ſi uenia detur. Nec ergo publice, nec priuatim benedicat, nec *Chriſti corpus* aliis diſtribuat, nec aliquod aliud miniſterium obeat.

Hominem ad Dei imaginem factum diuinus Apoſtolus uocat corpus Chriſti & templum. Cum omnem ergo ſenſibilem poſſeſſionem ſuperet, qui ſalutari paſſione cæleſtem aſſecutus eſt dignitatem, manducans & bibens Chriſtum, omnino uitæ applicatur æternæ, anima & corpore ſanctificatus particeps eſt diuinæ gratiæ. Quare ſi quis uoluerit, ſynaxis tempore, communicare puriſſimo *Chriſti corpore* & coram ipſo participatione eſſe, manus in formam crucis figurans, ſic adeat & ſuſcipiat gratiæ communionem.

gii palatii conuenientes hos ediderunt. Can. 101. *Vide hac de re tom. 1 actionis 6. vniuerſalis* Conc. Nicæ*na 2. & Seſſionem* S. Synod. Florentinæ. Cap. 5.

Concilium Toletanum XII. circa an. 686

Relatum nobis eſt, quoſdam de Sacerdotibus, nō toties communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in una die uidentur offerre: ſed in uno die, ſi plurima per ſe Deo offerunt ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendunt, & in ſola tantū extrema ſacrificii oblatione communionis ſanctæ gratiā ſumunt: quaſi non ſit toties illis vero & ſingulari ſacrificio participandum, quoties *corporis & ſanguinis* Domini noſtri Ieſu Chriſti immolatio facta conſtiterit. Nā ecce Apoſtolus dicit. Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Certum eſt, quod hi, qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt Dominici Sacramenti. Quicunque ergo Sacerdotum deinceps diuino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter priuauit, gratia communionis anno uno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus eſt tenendum, ut quotieſcunque ſacrificans *corpus & ſanguinem* Ieſu Chriſti in altario immolat, toties perceptionis *corporis & ſanguinis Chriſti* ſe participem præbeat.

Concilium Nicenum II. vniuerſale VII.

Anno 790. Interfuerunt Epiſcopi 350.

Actionis 6. tomo. 3 Videtur quidem tota oratio abominanda. Nam qui ſemel à veritate exciderunt, in multas & periculoſas ab ſurditates per conſequentiam proprii erroris deferuntur, ſic & iſtis vaniloquis contigit. Nam à uia veritatis deſciſcentes propter imaginum formationem, in aliā quoque extremam dementiam perducti ſunt. Nam tanquam ex Delphico oraculo obliqua iſta & pernicioſa dogmata vaticinati ſunt: ſed à prouerbiorum auctore audiēt. Laqueus ualidus uiro propria labia, & capietur verbis oris ſui: ligna enim, & fœnum, & ſtipulas appoſuerunt, quorum finis ad vſtionem deſtinatus eſt. Nemo enim unquam ſanctorum Apoſtolorum, qui tubæ ſunt Spiritus ſancti, aut glorioſorum Patrum noſtrorum, incruētum noſtrum ſacrificium in memoriam paſſionis Chriſti domini Dei noſtri, & totius ſuæ diſpenſationis factum, imaginem corporis illius dixerit. Nā is, qui accepit à Domino, ſic non dicit, aut confitetur: ſed audiunt eum ſic dicentem Euangelice: Niſi comederitis carnem Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non intrabitis in regnum cælorum: & qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Et cum accepiſſet panē, & gratias egiſſet, fregit, & dedit Diſcipulis ſuis, & dixit. Accipite, edite, hoc eſt corpus meum, & accepto calice, cum gratias egiſſet, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Non autem dixit. Sumite, edite imaginem corporis mei. Quin etiam Paulus diuinus Apoſtolus, è ſacris Domini verbis hauriens dixit. Ego accepi à Domino, quod & tradi di uobis: quia in ea qua traditus eſt, nocte accepit panē & poſtquàm gratias egiſſet, fregit, & dixit. Accipite, manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis frangitur: hoc facite in meam recordationem. Simili modo

&

& poculum, poſtquàm cœnatus eſſet, dicens. Hoc poculum, nouum Teſtamentum eſt in ſanguine meo: hoc facite, quotieſcunque biberitis in meam commemorationem, quotieſcunque panem hunc ederitis, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis. Legas quouſque uoles, nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apoſtolos, neque patres incruentum illud ſacrificium, quod à Sacerdote offertur, imaginem dixiſſe: verum *ipſum corpus & ipſum ſanguinem*. Attamen ante ſanctificationis conſecrationem quibuſdam patribus piè ſane uiſum eſt ἀντίτυπον, hoc eſt, exemplar ſimilis formæ nominare, quorum de numero Euſtathius conſtans is propugnator orthodoxę fidei, & Arrianę inſaniæ clarus expugnator. Item Baſilius eiuſdem ſuperſtitionis auerruncator: qui apertam & planam rectorum & probatorum dogmatum uiam docentes, uno ore & ſpiritu loquuntur: hic quidem exponens dictum illud in prouerbiis Salamonis, Edite meum panem, & bibite uinũ, quod commiſcui uobis, hæc inquit. Per panem & uinũ ἀντίτυπα membrorũ corporalium Chriſti prædicat, ille uero ex eodem fonte hauriens, ut omnes Sacerdotii myſtæ cognoſcunt in precatione diuinæ anaphoræ ſic alicubi legit. Confidentes tuo ſacro altari appropinquamus, & proponentes ἀντίτυπα ſancti corporis & ſanguinis Criſti tui, te precamur & inuocamus. Et quæ deinceps ſequuntur ſententiam Patris amplius confirmant, quòd ante ſanctificationem ἀντίτυπα vocauerint, poſt conſecrationem autem *corpus Domini & ſanguinem* Chriſti: atque ita eſſe creduntur. Sed generoſi iſti, ſacrarum imaginum cupientes contemplationem obſcurare, aliam ſcilicet imaginem introduxerunt, quæ ſane non imago eſt, ſed *corpus & ſanguis*. Verum uafritia & improbitate confuſi falſo ſophiſmate ſeipſos ſubuertunt, hanc ſacram oblationem poſitione fieri dicentes. Verum quemadmodum iſtud dicere aperta inſania eſt, ſic & imaginem aſſerere *corpus & cruorem Domini* eiuſdẽ eſt dementiæ. Et præter id, quod eſt ſingularis ruditatis

 opus,

opus,impietatem quoque admiſtam habet: deinde demittentes mendacium,quadantenus ueritatem contingunt,confeſſi Diuinum corpus,panem fieri. At ſi imago corporis eſt,non poteſt ſane fieri Diuinum corpus. Nũ quid igitur,huc illucq; ſe iactantes,inconſtantia,& minimè firma omnia ſua dogmata aſſerunt? Quemadmodum enim oculus conturbatus non recte videt: ita & ipſe prauarum & ſententiarum & rationum confuſionè, mentem ſuam perturbant & peruertunt.Idemq; , quod inſani homines,patiuntur,iam hoc, iam illud imaginãtes:& nunc quidem ſanctum & notabile noſtrum ſacrificium imaginem ſacri corporis Chriſti,nunc autem ſacrum & Diuinum corpus aſſerunt. Hoc autem modo affecti ſunt,ut antea etiam diximus,quod imaginum figuratarum contemplationem ab Eccleſia reiicere voluerunt,Eccleſiaſticarum traditionũ peruerſioni inſiſtẽtes

Miſſa. ſanctum ſacrificium.

Concilium Turonenſe III. circa an. 800

Cap. 19

Presbyteri omnino admonendi ſunt, ut cum ſacra Miſſarum ſolennia peregerint atq; communicauerint, pueris,aut aliis quibuſlibet perſonis aſtãtibus *corpus Domini* indiſcrete nõ tribuant.Qui ſi forte maioribus peccatis fuerint irretiti,magis ſibi damnationem,quàm remedium ſumere noſcuntur, iuxta ſententiam Apoſtoli dicentis. Quicunque manducauerit panem,uel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Aliud Turonenſe Concilium puto IIII. Obſcurum arbitror eſſe,quo tempore concilium iſtud celebratum ſit,reperiuntur hæc apud Burchardum Epiſc.lib.5.ca.9 apud Iuonem verò lib.etiam 5.ſed cap. 218.

Cap. 4.

Corpus Criſti reſeruatur in uaſe apto, ſuper

Vt omnis Presbyter habeat pyxidem , aut vas tanto Sacramento dignum , ubi *corpus Dominicum* diligenter recordatur ad uiaticum recedentibus à ſeculo.

Quæ

Quæ tamen ſacra oblatio intincta eſſe debet *in ſanguine Chriſti*, vt veraciter Presbyter poſſit dicere. Infirmo Corpus & ſanguis Domini proficiat tibi & cætera. Semperque ſit ſuper altare obſerata propter mures, & nefarios homines, & de ſeptimo in ſeptimum diem ſemper mutetur: illa à Presbytero ſumatur, & alia, quæ eodem die conſecrata eſt, in locum eius ſubrogetur, ne forte diutius reſeruata mucida, quod abſit, fiat. *altare, idq; ſero ocluſum.*

Concilium Cabilonenſe, circa ann. 806.

In perceptione *corporis & ſanguinis Domini* magna diſcretio adhibenda eſt. Cauendum eſt enim, ne ſi nimiũ in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: Niſi manducaueritis carnẽ Filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis. Si vero indiſcrete accipiatur, timendum eſt illud, quod ait Apoſtolus. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Iuxta eiuſdem ergo Apoſtoli documentum probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere, vt videlicet abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque ſuam, præparet ſe ad percipiendum tantum Sacramentum. *Cap. 46.* *Præparatio ante Euch. ſumptionẽ.*

Concilium Aquiſgranenſe, circa ann. 820.

Subdiaconi, qui apud Græcos Hypodiaconi vocantur, in Eſdra inueniuntur, appellãturque ibi Nathinæi. Iſti oblationes in templo Domini ſuſcipiũt à populo: iſti officiis obediunt Leuitarum: iſti quoque vaſa *corporis & ſanguinis Chriſti* Diaconis ad altaria Domini offerunt: de quibus quidem placuit patribus, vt quia ſacra myſteria contrectant, caſte, & continentes ſint ab vxoribus. *Cap. 6.* *Eſdræ. 7.*

Præsbyteri interpretantur Seniores. His enim ſicut Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt. *Idẽ Concil. Cap. 8.*

Præſunt

Præſunt enim Eccleſię Chriſti,& in confectione *Dominici corporis & ſanguinis* conſortes ſunt cum Epiſcopis.

Concilium Vvormatienſe, Videtur habitum circa annum 821.

Cap. 15. Abrogatum eſt iſtud caput, de conſecratione, Diſt. 2. cap. Tribus.

Sæpe contingit, vt in monaſterijs furta perpetrentur,& qui hæc committant ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quando ipſi fratres de talibus ſe expurgare debeant Miſſa ab Abbate celebretur,vel ab aliquo,cui ipſe Abbas pręceperit,præſentibus fratribus:& ſic in vltima Miſſæ celebratione pro expurgatione ſua, *corpus & ſanguinem* Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant,quatenus ita inde innocentes ſe eſſe oſtendant.

Cano. 30. Statuimus vt patricidæ vel fratricidæ,per vnius anni curriculum ante fores baſilicæ orantes Domini clemētiam perſeuerent. Completo autem anni curriculo,introducantur in Eccleſiam:tamen inter audiente, vſque dum vnius anni ſpatium finiatur,ſtent, cum ad Miſſarū ſolennia, vel alia ſacra audire officia venerint: & his ita peractis, ſi pœnitentiæ fructus in eis conſpiciatur, *corporis & ſanguinis* Domini noſtri Ieſu Chriſti participes fiant,vt deſperantiæ non indurentur caligine.

Cano. 31. Leproſis autem ſi fideles Chriſtiani fuerint, Dominici *corporis & ſanguinis* participatio tribuatur: cum ſanis autem eis conuiuia celebrare non permittatur.

Concilium Rhemenſe.

Hæc Burchardus Epiſco. lib. 5. cap. 30.

Peruenit ad noſtram notitiā,quòd quidam Presbyteri intantum paruipendant diuina myſteria, vt laico aut fœminæ ſacrum *Domini corpus* tradant ad deferendū infirmis:& quibus prohibetur,ne ſacrarium ingrediantur,nec ad altare appropinquent,illis ſancta ſanctorum committuntur.Quod quàm ſit horribile,quàm deteſtabile, omnium religioſorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia ſynodus,ne talis temeraria præſumptio vlterius fiat: ſed omnimodis Presbyter per ſemetipſum communicet. Quòd ſi aliter fecerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

Concilium Friburienſe, anno 895.

Alexander ſucceſſor Euariſti dixit. Non debet enim in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrumque permiſtum: quia vtrumque ex latere eius profluxit: vt videlicet per hoc indicet, populos, qui ſecundum Ioannẽ aquæ ſunt, à Chriſto, cuius ſanguis in calice eſt diuidi non debere. Cuius rei veritatẽ in hac ſancta ſynodo confitemur, credimus, & confirmamus, ne vllus ſine commiſtione vini & aquæ myſteria ſacra conficiat, ſed vt duæ partes ſunt vini: quia maior eſt maieſtas *ſanguinis Chriſti*, quàm fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ. Cap. 19.

Præsbyter vice iuramenti, per ſanctam conſecrationem interrogetur: quia Sacerdotes ex leui cauſſa iurare non debent. Manus enim, per quam *corpus & ſanguis Chriſti* conficitur, iuramento polluetur? Abſit. Cap. 21.

Concilium Salcgunſtadienſe, ann. 1024.

Conqueſtum eſt in ſancto concilio de quibuſdã ſtultiſſimis Presbyteris, vt quando incendium videant, corporale *Dominico corpore* conſecratum ad extinguendũ incendium temeraria præſumptione in ignẽ proijciant. Ideoque decretum eſt ſub anathematis interdictione, ne vlterius fiat. Cap. 6.

Concilium Romanum, circa ann. 1040.

Leo IX. Papa concilium iſtud, hanc ob cauſſam coegit. Erat in Galliis quidam Berengarius Turonenſis, Archidiaconus Andegauenſis, homo indoctus, ſed gloriæ admodum cupidus. Hic itaque clarus fieri aliquo facinore cupiens, aucupatis nonnullis ratiunculis, adhibitis quoque paucis male intellectis à ſe Capitulis ſacræ Scripturæ per egenos ſcholaſticos iam per alimoniam, qua ſuſtentabat eos, & per ſuos dulces ſermones

Acta huius concilij non arbitror extare. Hæc vero ipſe collegi tam ex Lanfranco, qui con-

cilio interfuit, quàm Guitmundo qui eodem tempore vixit.

nes corruptos, quaquauerſum potuit, iſtud nefandiſſimum virus effudit. Euchariſtiam Domini nō eſſe vere, ſubſtantialiterque corpus & ſanguinem Domini: ſed ſola voce ſic appellari, quòd tanquam vmbra & figura ſignificatiua ſit corporis & ſanguinis Domini. Audiens iſta Leo Pontifex, concilium celebrauit, in quo literæ Berengarii, quibus errorem hunc profitebatur publice lectæ ſunt: promulgataq; eſt in eo concilio, damnationis in Berengarium & illius hæreſim ſententia.

Concilium Vercellenſe, eodem anno, quo ſupra, menſe Septembri.

Et hæc partim tam ex Lancfranco, quam Guitmundo collegi.

Et iſtud Concilium à Leone IX. indictum eſt, fuitq; Berengarius vocatus, vt in eo compareret: ſed ſanctum concilium deluſit: non enim venit ipſe. Duo tamen clerici, qui ſe eius legatos dixerunt præſto fuere, Berengariumque defendere, & eius errorem tueri cupientes, primo ſtatim congreſſu victi ſunt. Itaque poſt diligentiſſimam de corpore & ſanguine Domini diſquiſitionem, Berengarium & omnes eius in hac hæreſi fautores perpetuo anathemate, niſi reſipiſcerent, vniuerſi concilio præſentes, damnauerunt.

Concil. Turonenſe, puto V. circa an. 1053.

Apud ſuperiores & iſta reperies

Præſedit huic concilio loco Victoris II. Papæ, Hildebrandus, Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, Apoſtolicę ſedis legatus, coactusque fuit Berengarius ſeſe conſiſtere, factaque eſt illi poteſtas errorem ſuum defendendi. Verum cum impietatem ſuam tueri non poſſet, confeſſus coram omnibus communem Eccleſiæ fidem, panem & vinum in ſacrificio Domini non vmbratice, ſed vere Chriſti carnem & ſanguinem fieri, dato propriæ manus Sacramento confirmauit, iurauitque ſe ab illa hora crediturum, ſicut in Romano ſuperiori concilio fuit definitum.

Concilium Romanum, Generale, circa annum 1057. Interfuerunt Epiſco. 113.

Non diu Berengarius in recta fide perſtitit, ſed mortuo Victore Papa iterum ſuam impietatem paſſim diſſeminare cœpit: idcirco Nicolaus II. generale concilium Romam conuocauit, in quo & ipſe Berengarius fuit præſens. Cumque ipſa veritate, ſua mendacia conuicta eſſe videret, libellos ſuos propria manu ſub præſentia Nicolai Papæ, coram omni ſynodo concremauit, errorem anathematizauit, orauitque Nicolaũ Pontificem, totumque concilium, vt fidem, quam teneri oporteret, uerbis ſibi traderent, ſcriptura firmarẽt. Tradita itaque certa illi forma fidei à concilio, confeſſionẽ bonam, quam Turonis fecerat, præſtito identidem proprio manus Sacramento non diu ſeruaturus renouauit his verbis. *Ego Berengarius* indignus Diaconus Eccleſiæ ſancti Mauritii Andegauenſis cognoſcens veram catholicam, & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnẽ hæreſim: præcipue eam, de qua hactenus infamatus ſum quæ aſtruere conatur, panẽ & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo Sacramentũ & non uerum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo Sacramento manibus Sacerdotum tractari uel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor de Sacramentis Dominicæ menſæ, eam fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſynodus auctoritate Euangelica, & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmauit: ſcilicet, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationẽ non ſolum Sacramentum, ſed etiã *uerum corpus & ſanguinem* Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter nõ ſolũ Sacramẽto, ſed in veritate manibus Sacerdotũ tractari, frangi, & fideliũ dentibus atteri, iurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euan-

Palinodia Berengarij prior.

Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis, æterno anathemate dignos eſſe pronuntio. Quòd ſi ego ipſe aliquando aliquid contra hæc ſentire & prædicare præſumpſero, ſubiaceam canonum ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.

Concilium Romanum aliud, ann. 1079. menſe Februario.

A morte Nicolai Pontificis, tertio idem Berengarius in ſacrilegum ſuum errorem recidit: quapropter Romam denuo ad concilium eſt reuocatus. Acta huius concilii hic ſubſequuntur. Anno ab incarnatione ſempiterni principii 1074. menſe Februarii, indictione ſecunda, Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ VII. ſexto anno ad honorem Dei & ædificationem Eccleſiæ ſanctæ, ſalutem quoque tam corporum, quàm animarũ ex præcepto ſedis Apoſtolicæ, conuenerunt finitimi, & diuerſarum prouinciarum Archiepiſcopi, Epiſcopi, religioſæque perſonæ, vt ſanctam ſynodum celebrarent. Omnibus igitur in Eccleſia Saluatoris congregatis habitus eſt ſermo de corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, multis hæc, nonnullis illa ſentientibus. Maxima ſiquidem pars, panem & vinum per ſacræ orationis verba, & Sacerdotis conſecrationem, Spiritu ſancto inuiſibiliter operante, conuerti ſubſtantialiter in corpus Dominicum de virgine natum, quod & in cruce pependit, & ſuum ſanguinem, qui de eius latere, militis effuſus eſt lancea, aſſerebat: atque auctoritatibus orthodoxorum ſanctorum Patrum, tàm Græcorum, quàm Latinorum modis omnibus defendebat. Quidã vero cæcitate nimia & longa perculſi, figuram tantum, ſe & alios decipientes, quibuſdã cauillationibus conabantur aſtruere. Verum vbi res cœpit agi, prius etiam quàm tertia die ventum foret in ſynodum, defecit contra veritatem niti, pars altera. Nempe Sancti ſpiritus

Tranſubſtãtiatio.

ignis

ignis emolumenta palearum conſumens,& ſuo fulgore falſam lucem diuerberando obtenebrans, noctis caliginem vertit in lucem. Denique Berengarius huius erroris magiſter, poſt longo tempore dogmatizatam impietatem erraſſe ſe coram concilio frequenti confeſſus, veniamque poſtulans & orans, ex Apoſtolica clementia meruit, iurauitque, ſicut nunc in ſequentibus continetur. *Ego Berengarius*, corde credo, & ore confiteor,panem & vinum, quæ ponuntur in altari,per myſterium ſacræ orationis, & verba noſtri Redemptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram, & propriam, ac viuificatricem *carnem & ſanguinem* Domini noſtri Ieſu Chriſti,& poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus,quod natum eſt de virgine,& quod pro ſalute mundi oblatum,in cruce pependit,& quod ſedet ad dexteram Patris:& verum ſanguinē Chriſti, qui de latere eius effuſus eſt,non tantum per ſignum & virtutē Sacramenti,ſed etiam in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ.Sicut in hoc breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis, ſic credo nec contra hanc fidem vlterius docebo, ſic me Deus adiuuet,& hæc ſacra Euāgelia. Tunc Dominus Papa præcepit Berengario ex auctoritate Dei omnipotentis,& ſanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, vt de corpore & ſanguine Domini nunquam vlterius cum aliquo diſputare, vel aliquem docere præſumeret,excepto, cauſſa reducendi ad hanc fidem eos,qui per eius doctrinam ab ea receſſerant.

Palinodia Berengarij poſterior.

Concilium Lateranenſe Generale ann. 1215.
Interfuerunt Epiſc. 472. & alii Patres numero 812.

Cap. I.

Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia,extra quā nullus omnino ſaluatur: in qua idem ipſe Sacerdos, & ſacrificium Ieſus Chriſtus,cuius *corpus & ſanguis* in Sacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur,tranſſubſtantiatis pane in corpus,& vino

in

Concilium Florentinum, uniuerſale VIII.
Anno 1439. Seſſion. 25.

Hoc ſacro uniuerſali approbante Florentino concilio definiuimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, in azymo ſiue fermentato pane triticeo, corpus Chriſti veraciter confici, Sacerdoteque in altero ipſum *Domini corpus* conficere debere vnumquemque ſcilicet iuxta ſuæ Eccleſiæ, ſiue Occidẽtalis, ſiue Orientalis conſuetudinem.

Conſtantinop. Imperat. quàm Patriar. cũ plurimis orientalibus Epiſco. Iſtam fidei formam Armeniorũ legati, qui ad conciliũ pro vnione fidei venerãt, cõprobatã ſuſceperant.

Idem Concilium Florentinum, eodem an.

Tertium eſt Euchariſtiæ Sacramentum, cuius materia eſt panis triticeus, & uinum de uite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Forma huius Sacramenti, ſunt uerba Saluatoris, quibus hoc cõficitur Sacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens hoc conficit Sacramentum. Nam ipſorum verborum uirtute, ſubſtãtia panis *in corpus Chriſti*, & ſubſtantia uini *in ſanguinem* conuertuntur. Ita tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie uini. Huius Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum.

Eccleſia Cappadociæ, Liturgiam hanc S. Baſilio aſcribit concilium Nicænum II. ut uidere licet ſupra.

Nemo eorum, qui carnalibus deſideriis & uoluptatibus alligatus eſt, dignus eſt ad te accedere, uel tibi miniſtrare Rex gloriæ. Tibi enim miniſtrare magnum eſt, & terribile ipſi etiã ſuper cæleſtibus poteſtatibus. Sed tamen propter tuam ineffabilem & immenſam benignitatem, citra ullam mutationem & conuerſionem homo factus es, & põtifex noſter appellatus es, & huius miniſtratorii & incruẽti ſacrificii conſecrationẽ nobis tradidiſti, ut Dominus omnium. Tu .n. ſolus, Domine, Deus noſter dominaris ſuper cæleſtib. & terreſtrib. Te ego rogo, qui ſolus bonus es, & ad exaudiendũ propenſus,

Ritum ſacrificandi huius Eccleſiæ S. Baſilius Magnus dicitur conſcripſiſſe. Liturgiæ S. Baſily memi

nit Bea. Am *philochius* E *piſc. in vita Baſilii ſimiliter & ſex ta ſynodus vniuerſalis Canone.* 32

ſus, reſpice in me peccatorē & inutilē ſeruum tuum, & purga animam meam &cor meum à mala conſcientia, & fac me ſancti Spiritus tui virtute idoneum, vt Sacerdotii gratia indutus, huic ſanctæ menſæ aſſiſtam, & ſanctum & impollutum corpus tuum & ſanguinem pretioſum conſecrem. Ad te enim accedo inclinans caput meum, & oro te, ne auertas faciem tuam à me, nec me à famulis tuis reieceris: ſed dignare vt à me peccatore & indigno ſeruo tuo, hæc dona offerātur. Tu enim es, qui offers & offerris, & qui ſuſcipis & impertis Chriſte Deus noſter. Alta voce Sacerdos. Tua ex tuis tibi offerentes in omnibus & per omnia. Chorus canit. Te laudamus, te benedicimus, tibi gratias agimus Domine, & oramus te Deus noſter. Sacerdos inclinato capitē orat myſticè. Propterea, ſanctiſſimè Domine, nos quoq; peccatores & indigni ſerui, qui digni habiti ſumus, qui ſancto tuo altari ſeruiremus, non propter iuſtitias noſtras ſed propter miſericordias & miſerationes tuas, quas affatim in nos effudiſti, confidentes, ſancto tuo altari appropinquamus, & propoſitis iis, quæ ſanctum corpus & ſanguinem Chriſti, tui repreſentant, te rogamus, & te obſecramus ſancte ſanctorum per tuæ bonitatis placitum, vt Spiritus ſanctus tuus ad nos ueniat, & ad hæc dona propoſita, & ea benedicat, & ſanctificet, & efficiat. Diaconus deponit flabellum, quod tenebat vel operculum, & accedit propius ad Sacerdotem, & ambo ter adorant ante ſanctam menſam, & pro ſe orantes hoc modo. Propitius eſto mihi peccatori, ter dicunt myſtice. Domine, qui ſanctiſſimum Spiritum hora tertia Apoſtolis demiſiſti, eum, ò bone, à nobis ne abſtuleris. Et hoc: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Deinde Diaconus capite parumper inclinato oſtendit orario ſanctū panem, & dicit myſtice. *Benedic Domine ſanctum Panem.* Et Sacerdos ſurgens, ſancta donāter ſignat, dicens myſtice. Panem hunc, ipſum pretioſum *corpus Domini*, & Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Diaconus, Amē,

Hæc citantur in concilio Nine. 2 vniuerſali, tom. 3. Acti. ſextæ, ſed et San. Io. Damaſcenus li. 4. de orthodoxa fide capit. 14. horum verborum meminit.

Et rurſus Diaconus. Benedic Domine ſanctum calicē. Sacerdos autem benedicens dicit, Hunc calicem *ipſum pretioſum ſanguinem* Domini,& Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti.Diaconus,Amen.Sacerdos, Qui pro mundi uita effuſus eſt.Diaconus,Amen.Et rurſus Diaconus oſtendēs utraque ſancta cum orario dicit. **Benedic Domine**. Sacerdos autem utraque ſancta benedicens, cum manu,dicit, *Mutans Spiritu tuo ſancto.* Diaconus, Amen ter. Et Diaconus Sacerdoti, parum inclinato capite poſtquàm dixit,Memento mei ſancte Domine peccatoris, tranſit in locum,in quo prius ſtabat, accepto rurſus, ut prius,flabello.Sacerdos,Pax omnibus.Chorus, Et cum ſpiritu tuo.Diaconus,capita ueſtra inclinate Deo. Diaconus itaque parum inclinato capite, uidens adorantem Sacerdotem,adorat & ipſe. Sacerdos inclinans orat myſtice. Domine pater miſericordiarum, & Deus omnis conſolationis,eos,qui tibi ſua capita inclinarūt benedic,ſanctifica,cuſtodi,muni,cōfirma, abduc ab omni malo,& omni operi bono coniunge, & dignare, vt circa condemnationem,ſint participes horum impollutorum,& uiuificorū Sacramentorū, in remiſſionē peccatorū ad Spiritus ſancti communionem. Alta voce Sacerdos: Gratia, & miſerationibus, & clementiæ vnigeniti Filii tui, cum quo es benedictus cum ſanctiſſimo,& bono, & viuificō tuo Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Chorus, Amen. Sacerdos orat myſticè.Attende Domine Ieſu Chriſte Deus noſter de ſancto tabernaculo tuo, & de throno gloriæ regni tui, & veni ad nos ſanctificandos, qui ſuprà cum Patre ſedes, & hic nobiſcum inuiſibiliter uerſaris, & dignare potenti manu tua impartiri nobis impollutum *corpus tuum,& pretioſum ſanguinem*, & per nos noti populo. Sacerdos dicit myſtice. Gratias agimus tibi domine Deus noſter propter participationem ſanctorum impollutorum, & ſupercæleſtium tuorum Sacramentorū, quæ dediſti nobis propter beneficium,& ſanctificationem, & medelam animarum, & corporum noſtrorum: ipſe,

Tranſubſtātiatio.

Domine omnium, cõcede, ut fiat nobis communio ſancti corporis, & ſanguinis Chriſti tui ad fidem, quæ dedecore affici non poſſit ad dilectionem non fictam, ad ſapientiæ copiam, ad medelam animæ & corporis, ad omnis rei aduerſa auerſionem, ad mandatorum tuorũ conſeruationem, ad acceptam & non reiiciendam defenſionem in terribili tribunali Chriſti tui. Diaconus ſtans in loco ſolito dicit. Recti, qui diuinorum, ſanctorum, impollutorum, immortalium, ſupercæleſtium & uiuificorum Sacramentorum participes fuimus. Domino gratias digne agamus. Chorus, Miſerere Domine.

Eccleſiæ Syriæ.

Hæc à S. Baſilio magno ſeſe accepiſſe afirmant.

Populus. Mortem tuam Domine recolimus, miſericordiæ tuæ ſint ſuper nos omnes. Sacerdos. Recolimus aduentum tuum Domine. Populus: Miſerere noſtri. Diaconus ad orandum hortatur. Sacerdos inuocat Spiritum ſanctum, ac deinde orat Deum, ut eius beneplacito ueniat Spiritus ſanctus ſuper ipſos, & ſuper propoſita dona, & ſanctificet ipſa, extollens uocem, Domine exaudi me. Populus. Kyrie eleyſon. Sacerdos. Effice panem illum *corpus glorioſum* Domini noſtri Ieſu Chriſti, in expiationem culparum, & remiſſionem peccatorũ, vitamque æternam iis, qui ſumunt ipſum. Populus. Amen. Sacerdos. Et calicem hunc, *ſanguinem pretioſum* domini Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, in expiationem culparum, & remiſſionem peccatorum, uitamque æternam iis, qui ſumunt ipſum, Populus. Amen. Sacerdos. Offerimus tibi ſacrificium hoc reuerendum & incruentum pro Eccleſiis ſanctis.

Miſſa ſacrificium.

Eccleſia Conſtantinopolitana.

Sacerdos orat myſtice. Præterea offerimus tibi rationalem hunc cultum pro iis, qui in fide requieſcunt, maioribus, patribus, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, prædicatoribus, Euangeliſtis, martyribus, confeſſoribus; continentibus, & quouis ſpiritu, qui in fide cõſummationem & perfectionem accepit. Alta uoce. *Præcipuè*

ſanctiſ-

ſanctiſſima, impolluta ſupra omnem modum benedi- *Honorificẽ-*
cta,glorioſa Domina noſtra,Deipara,& ſemper uirgi- *tiſſ. Dei ge-*
ne Maria. Chorus canit hoc, Aequum eſt reuera beare *nitricis me-*
te Deiparam,quæ ſemper beanda es, & omnĩ ex parte *moria in ſa*
inculpata,& a reprehenſione aliena,&,mater Dei no- *crificio Miſ*
ſtri,Cherubin præſtãtior, & Seraphin ſine comparatio *ſa.*
ne glorioſior,quæ citra corruptionem Deum uerbum *Suffitus.*
peperiſti. Te, quæ es re uera Deipara,magni facimus.
Diaconus ſanctam menſam circuncirca ſuffimigat, &
eorum,qui dormierunt,& uiuorum, quorum uult, me-
minit.Sacerdos inclinatus orat myſtice.Sancti Ioannis *Memoria ſã*
Prophetæ præcurſoris & Baptiſtæ,Sanctorum & omni *ctorũ in Miſ*
ex parte benedictorum Apoſtolorum:ſancti, cuius etiã *ſæ ſacrificio.*
memoriam peragimus,& omnium Sanctorum tuorum
quorum ſupplicationibus reſpice nos Deus,& memen
to omnium, qui prædormierunt in ſpe reſurrectionis
uitæ æternę. Hic Sacerdos mentionẽ facit eorum,quos
uult uiuorum & mortuorum. Pro uiuis dicit. Pro ſalute
potectiõe,remiſſione peccatorũ ſerui Dei. N. Pro mor *Memoria vi*
tuis dicit. Pro requie, & remiſſione animæ ſerui tui. N. *uorũ in Miſ*
in loco luminoſo,à quo effugit dolor gemitus,fac eam *ſa.*
quieſcere Deus noſter,& fac eam quieſcere ubi aſpicit *Memoria*
lux uultus tui. Alta uoce Sacerdos. Gratia, & miſeratio *mortuorum*
nibus,& benignitati unigeniti Filii tui, cum quo es *in Miſſa.*
benedictus cũ ſanctiſſimo & bono & uiuifico tuo Spi-
ritu nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum. Chorus. A-
men. Sacerdos orat myſtice. Attẽde Domine Ieſu Chri
ſte Deus noſter ex ſancto habitaculo tuo, & ex throno
gloriæ regni tui,& ueni ad nos ſanctificãdos, qui ſupra
una cum Patre ſedes,& hic una nobiſcum inuiſibiliter
uerſaris,& dignare potenti manu tua nobis impartiri
impollutũ *corpus tuum,& pretioſum ſanguinem,* & per nos
toti populo. Deinde Sacerdos adorat,& Diaconus ĩ eo
in quo eſt loco,ter mirifice dicẽtes. Deus propitius eſto
mihi peccatori. Et populus ſimiliter omnis cũ pietate
& reuerẽtia adorat. Qñ aũt uiderit Diaconus Sacerdo-
tẽ manus extendentẽ, & ſanctũ panẽ tangentẽ, ad hoc,

vt faciat ſanctam exaltationem, effatur. Attendamus. Et Sacerdos exaltans ſanctum panem exclamat Sancta ſanctis. Chorus. Vnus ſanctus, vnus Dominus Ieſus Criſtus. Diaconus orario ſuo cingitur in formam crucis, & ſtans à dextris Sacerdotis tenētis panem dicit: Membratim ſeca Domine ſanctum panem. Sacerdos autem ipſum in quatuor ſecans membra, cum attētione & pietate dicit: Mēbratim ſcinditur & diuiditur agnus Dei, Filius Patris, qui in membra ſcinditur & non diuiditur, qui ſemper comeditur nunquam conſumitur, ſed eos, qui ſunt participes, ſanctificat. Sacerdos autem tenens ſanctum panem dat Diacono. Diaconus manum, quæ ei impertit, oſculatus, ſumit ſanctum panem dicēs. Imperti mihi Domine pretioſum & ſanctum *corpus Domini, & Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Sacerdos autem dicit. Impertio tibi pretioſum, & ſanctum, & impollutum *corpus Domini*, & Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum, in uitam æternam. Et abit poſt ſanctam menſam inclinato capite. Similiter aūt Sacerdos ſumit ſanctū panem inclinato capite ante ſanctā menſam, & ſic orat. Credo Domine, & confiteor ꝙ tu es Criſtus filius Dei uiuētis, qui ueniſti in mundū ad ſeruandos peccatores, quorū primus ego ſum. Domine non ſum. Domine non ſum dignus, vt ſub ſordidum animæ meæ tectum ingrediaris: ſed quemadmodum æqui boni conſuluiſti in ſpelunca, & præſepi ratione carentium animalium recumbere, & in domo Simonis leproſi, etiam ſimilem mihi meretricem peccatricem ad te accedentem ſuſcepiſti, ipſe dignare etiam in præſepe meæ animæ, & in commaculatum meū corpus ingredi mortui & leproſi. Et ſicut non abhorruiſti os ſordidum meretricis impollutos tuos pedes oſculantis, ita Domine Deus meus ne me etiam peccatorem abhorrueris: ſed tanquam bonus & benignus, dignare me effici participem ſanctiſſimi tui *corporis & ſanguinis.* Condona mihi omnia, vt bonus & benignus, interceſſionibus omni ex parte impollutæ tuæ & ſemper virginis matris

Eleuatio Eucharistiæ in Miſſa apud Græcos. Fract. Euch.

Nota.

Interceſſio Bea. Mariæ expetitur.

matris, conſerua me, ut non cõdemnatus accipiam pretioſum & immaculatum *corpus tuum* ad medelam animę & corporis. Et ſumit panem ſimiliter & ſanctum calicem. Tenens autem ſanctum calicem, uocat Diaconũ dicens: Diacone accede. Et Diaconus uenit, & ſemel adorat dicẽs. Ecce accedo ad regem immortalẽ. Et illud Credo Domine, & confiteor, quòd tu es Chriſtus filius Dei uiuentis: Et dicit Sacerdos. Sumis ſerue Dei Diacone. N. pretioſum & ſanctum *corpus, & ſanguinem* Domini, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum tuorum, & in uitam æternam. Et conuertuntur Diaconus, & Sacerdos ad ſanctam menſam, & Sacerdos ter ſuffumigat apud ſe dicens. Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua. Deinde accipiens ſanctam patinam imponit capiti Diaconi. Et Diaconus cum eam reuerenter acceperit, reſpiciens extrà ad portam nihil dicens uenit ad protheſim ſeu propoſitionem, & ipſam deponit: Sacerdos autem, cum oſculatus eſt, & accepit ſanctum calicem, conuerſus ad portam reſpicit populum dicẽs. Vbique nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Chorus. Amen. Dum autem canitur, I*mpleatur*, ſancta deferunt in propoſitionem præeunte Diacono, dicente Sacerdote orationem hanc myſticè. Gratias agimus tibi benigne Domine, benefactor animarum noſtrarum, quòd etiam præſenti die nos dignatus es ſuper cæleſtibus tuis & immortalibus Sacramentis. Confirma nos omnes in timore tuo, cuſtodi uitam noſtram tutos ſtabiles & effice greſſus noſtros precibus & ſubplicationibus glorioſæ Dei paræ, & ſemper uirginis Mariæ, & omnium Sanctorum tuorum. Et Diaconus quidem cum ſancta ſuffumigauit, & incenſum depoſuit, ſtans in loco ſolito dicit. Recti participes effecti, diuinorum, ſanctorum, impollutorum, immortalium, ſupercæleſtium, & uiuificorum Sacramentorum, digne Domino gratias agamus. Chorus. Miſerere Domine. Diaconus. Defende, ſerua, miſerere, & cuſtodi nos Deus tua gratia. Cho-

Nota bene.

Suffitus in Miſſa.

rus. Miſerere Domine.

Eccleſia Aethiopica.

Vide illorũ canonem vniuerſalem. Sacerdos. Accepit Ieſus panẽ benedixit, & fregit, de ditque Diſcipulis ſuis dicens: accipite, comedite ex eo omnes. Hoc eſt enim corpus meum. Populus. Amen, amen, amen. Credimus, & confidimus, & laudamus te domine Deus noſter. Hoc vere tuum corpus eſt. Sacer dos. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis di cens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſ ſionem peccatorum. Populus. Amen, amen, amen. Cre dimus, & confidimus, & laudamus te domine Deus no ſter, *Hic uere ſanguis tuus eſt.* Sacerdos. Exaltabo te Rex meus, Deus meus, & benedicam nomini tuo in ſeculũ, & in ſeculum ſeculi. Populus alta uoce, Pater noſter, qui es in cælis, ne inducas nos in tentationem Domi ne. Sacerdos. Per ſingulos dies benedicam tibi, & cæte ra. Populus iterum. Pater noſter, qui es in cælis, non inducas nos Domine in tentationem. Sacerdos. Laudẽ Domini loquetur os meum. Populus. Benedic nos, Do mine, ſeruos tuos in pace: ſit remiſſio ſuper nos, qui ſan ctum *corpus & pretioſum ſanguinem* ſumpſimus. Gratia ſit Domino, qui dedit nobis corpus ſuum ſanctum, & pre tioſum ſanguinem.

Eccleſia Armenia.

Sacerdos. Tu Domine, qui tibi offerimus hanc obla tionem, ſuſcipe in conſpectu tuo collocatam & coæqua illam corpori & ſanguini Domini noſtri Ieſu Chriſti. Diaconus. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Sacerdos Surſum corda ueſtra habetote cum timore Dei. Cho rus. Habemus ad Dominum. Sacerdos. Gratias agamus Domino, ex toto corde noſtro. Chorus. Dignum & iuſtum eſt. Sacerdos. Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare prompte ſemper, & ubique gratias agere. Chorus. Sanctus, ſanctus, ſanctus, & cæt. Sacer dos.

Et hoc tem pore Arme- nii, apud Leopolim ci uitatem. Ruſſiæ hoc modo ſacris operantur.

dos. Demitte Domine in oblationem ante nos poſitã Spiritum ſanctum, vt ſanctificetur iſte panis, *verum corpus* Chriſti Saluatoris. Super calicem, *Sanguis verus* eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt foret omnibus nobis accedentibus, non in iudicium, ſed in ſaluationem & remiſſionem peccatorum. Chorus Amen. Sacerdos. Fide manduco ſanctum, uiuificans, & ſaluificans corpus tuum, Domine Ieſu Chriſte, ſit mihi ad abſolutionem, & remiſſionem peccatorum meorum. Fide bibo ſanctum, impermiſtum ſanguinem tuum, peccata delentẽ Domine Ieſu Chriſte, in remiſſionem peccatorũ meorum, & parentum meorum, & totius mundi.

Lege Andream Lubelczyjcb.

Fides, & Confeſsio Græcorum, ann. 1439.

De pane, ſiue azymus, ſiue fermentatus ſit Græci nõ curant, dummodo ex tritico conſtet, & Sacerdos, qui *Chriſti ſacratiſsimum corpus* conficit legitimis ſit ſacris initiatus, & vbi Miſſa celebratur ſacer locus ſit. De panis autem tranſmutatione Latinis quærentibus cur Græci poſt hæc Dominica verba: Accipite, & manducate: ac infra, Bibite ex hoc omnes: quibus profecto verbis Sacramentum confici creditur, hac etiam vtuntur oratione. Et fac panem quidẽ hunc, honorabile corpus Chriſti tui: quod autem in calice iſto eſt, honorabilem ſanguinem Chriſti tui, ea ſancto tuo Spiritu tranſmutante. Reſponderunt ſe firmiter credere, verbis illis Dominicis Sacramentum fieri, ſed quemadmodum Latini confecto Sacramento. Hac ſolent vti oratione, iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, ita quoque Græcos illa verba proferre ſolere vt ſanctiſſimum *Chriſti corpus & ſanguis*, peccatorum noſtrorum remiſſioni, ac noſtris animabus ſaluti fiat.

Hanc fidem quatuor Græcorum Epiſcopi, Ruthenus ſcilicet, Nicanus, Trapezuntius & Mitylenus, in concilio Florentino profeſſi ſunt.

Confeſſio

Confeſsio & fides Aethiopum.

Epiſcopus quidam Aethiopiæ nomine Zagazabo hanc fidem in Luſitania profeſſus eſt.

Aqua in qua baptizamur, exorciſmis conſecratur, & & benedicitur: venerabile *corpus Domini* accipimus ſub exigua ſpecie panis.

Chriſtus Princeps fuit Sacerdotũ, ac in nouum tentorium introiuit, quod eſt Sanctum ſanctorum, & ſacrificio ſui *corporis & ſanguinis*, ſanguinem hircorum ac taurorum, quo nemo accedentium poterat iuſtificari, aboleuit.

Infantes Chriſtianarum mulierum ſunt electi & cõſecrati ex *corporis et ſanguinis* Domini noſtri Ieſu Chriſti communicatione. Nam fœminæ grauidæ, cum aſſumunt venerabile corpus Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti, infans capiens inde nutrimentum, fit ſacratus. Et eſt etiam moris apud nos, vt mulieres grauidæ ante partus tempus ſemper confiteantur, ac vt *corpus Domini* confeſſæ accipiant: & eæ, & quæ hoc non faciunt, ac puerorum patres, ſi eas ad id nõ impulerint, habeantur impii & mali Chriſtiani.

Confeſsio, & fides Indorum, Demianus à Goes eques Luſitanus, ſe præſentem hæc audiſſe & vidiſſe ſcripſit, anno 1513.

In memoriã Dominicæ cœnæ noſtro fere ritu Miſſarum ſacra fieri, idque neque mercedis, neque pretii, neque lucri vllius gratia, niſi forte gratuita duntaxat eleemoſyna, à quouis religioſori vltro oblata.

Sacroſanctam Euchariſtiam pro præcipuo Sacramẽto habere, indubitatum Chriſti *cum corpus, tum ſanguinem* eſſe ſyncera fide profitentes, atque iuxta Chriſti inſtitutum, ſub vtraque ſpecie communicantes.

CLASSIS SEXTA MIRACVLORVM.

Ex Dionyſio Epiſcopo Alexandrino. Contigit ante annum 255.

SErapion quidam fuit apud Alexandriam, vnus ex his, qui lapſi ſunt. is ſæpe deprecatus vt ſuſciperetur, non impetrauit. Oppreſſus dehinc eſt ille ægritudine, ita vt triduo iam ſine voce prorſus iaceret: paulum vero quarta die reſpirans, vocat ad ſe filiā ſuam, & dixit: Quouſque me detinetis? Quæſo vos, cito aliquis Presbyterum vocet & roget, vt poſſim aliquando dimitti. Et cum hæc dixiſſet, rurſum ſine voce permanſit. Abiit curſu puer ad Presbyterū noctis tempore: infirmabatur Presbyter, venire non potuit: tamē quia præceptum fuerat à me, vt lapſis in exitu nemo reconciliationis ſolatia denegaret, & maxime his, quos prius id rogaſſe conſtaret: parum Euchariſtiæ puero, qui ad ſe venerat, dedit, quod infuſum iuſſit ſeni præberi. Regrediente adhuc puero, antequam ingrederetur domum, rurſum Serapion reſpiciens: Rediſti, inquit, fili? Et licet Presbyter venire non potuit, tu tamē imple quod tibi præceptum eſt, vt poſſim diſcedere. Cumque eſſet completa ſolennitas, velut catenis quibuſdam vinculiſque diruptis, lætiorem iam ſpiritū reddidit. Ex quo conſtat certiſſime, huius boni auxilio nullum debere fraudari.

Epiſt. ad Fabianum Epiſcop. Antiochenum. Apud Euſe. lib. 6. cap. 14. hæc habentur.

Ex iſto loco veriſimile eſt Euch. ante annum 255. reponi ſolitam in viaticum ex hac vita migraturis.

Aliud ex Cypriano, contigit ante ann. 260.

Præſente ac teſte me ipſo, accipite quid euenerit. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus conſulunt,

Sermon. 5. de lapſis.

lunt,ſub nutricis alimento paruulam filiam reliquerũt relicta nutrix detulit ad magiſtratus. Illi ei apud idolum, quo populus confluebat, quod carnem necdum poſſet edere per ætatem, panem mero miſtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntiũ ſuper erat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater. Sed facinus puella commiſſum tam loqui & indicare non potuit, quàm nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, ut ſacrificantibus nobis eam ſecum mater inferret. Sed enim puella miſta cum Sanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nũc ploratu concuti, nunc mentis æſtu fluctuabunda iactari velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conſciẽtiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi vero ſolennibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cęteris locus eius aduenit, faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ maieſtatis auertere, os labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licet, de Sacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato Euchariſtia permanere nõ potuit. Sanctificatus in *Domini ſanguine* potus, de pollutis viſceribus erupit. Tanta eſt poteſtas Domini, tanta maieſtas. Secreta tenebrarum ſub eius luce detecta ſunt. Sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa ſe crimen, necdum habuit ætatem.

Cyprianus ſacrum fecit.

Aliud ex eodem Cypriano ſermo eodem.

Cyprianus ſacrificauit.

At vero ea quæ ętate prouecta, & in annis adultioribus conſtituta, ſacrificantibus nobis latenter obrepſit, non cibum, ſed gladium ſibi ſumens, & velut quædam venena lethalia intra fauces & pectus admittens, angi, & anima exæſtuante concludi poſtmodum cœpit. Et preſſuram non iam perſecutionis, ſed delicti ſui paſſa, palpitãs & tremens concidit. Impunitum diu non fuit,

nec

nec occultum diſſimulatæ conſcientiæ crimen : quæ ſe fellerat hominem Deum ſenſit vltorem.

Aliud itidem ex Cypriano ſermo eodem.

Cum quædam arcam ſuam, in qua ſanctum Domini fuit, manibus indignis tentaſſet aperire, igne inde ſurgente deterrita eſt, ne auderet attingere.

Aliud ſimiliter ex Cypriano ſermone quo ſuprà.

Et quidam alius & ipſe maculatus, ſacrificio à Sacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere & contrectare nõ potuit, cinerem ſe ferre apertis manibus inuenit.

Aliud, ex S. Optato Epiſcopo, contigit ante annum 366.

Oblitus es, quod paulo ante dixiſti, Eccleſiam vnam columbam Chriſti in Canticis Canticorum dictam. Si vna eſt apud vos Eccleſia, vna eſt columba. Quid eſt quod dicere voluiſti, numerus maior eſt columbarum? Et quod vobis leue videtur, facinus immane commiſſum eſt, vt omnia ſacroſancta ſuprà memorati veſtri Epiſcopi violarent. Iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi, non ſine ſigno Diuini iudicii. Nam iidem canes accenſi rabie, ipſos Dominos ſuos, quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos laniarunt. Ampullam quoq; chriſmatis per feneſtram, vt frangerent, iactauerunt. Et cum caſu adiuuaret abiectio, non defuit manus Angelica, quæ ampullam ſpiritali ſubuectione deduceret, proiecta casũ ſentire non potuit, Deo muniente, illæſa inter ſaxa cõſedit. Et poſſent iſta ne fieri, ſi mandata Chriſti in memoria haberetis? qui ait. Ne dederitis ſanctum canibus, neq; miſeritis margaritas veſtras ante porcos: ne conulceant pedibus ſuis eas, & conuerſi elidant vos.

Lib. 2. contra Donatiſtas.

O impietas horrenda

A canibus diſcerpti, qui Euchariſt. illis ob iecerunt.

Chriſma.

Angelorum manibus ampulla ſancti chriſma

tis ab hæreticis abiecta excepta eſt.

Quid tale ab operariis vnitatis fieri potuit, vnde nobis catholicis vanam inuidiam ſacere laboratis?

In uita S. Baſilij Epiſcopi.

Aliud, ex S. Amphilochio Epiſcopo,

Contigit ante annum 371.

Miraculum iſtud eleganter in Epigrammatis ſuis, expreſſit Græce, Cyrus Prodronius. *Horribilia & admirabilia Miſſæ myſteria.*

Diuinum miniſterium (Baſilio) agēte, Hebræus quidam ſe, tanquam Chriſtianus, populo commiſcuit, officii myſterium & muneris explorare volens, vidit per manus S. Baſilii infantem partiri. Et ſacram communionem accipientibus omnibus, venit & ipſe Hebręus dataque eſt ei hoſtia, vera caro facta. Inde acceſſit ad calicem ſanguine repletum, & ipſius particeps factus eſt: atque de vtriſque ſeruans reliquias, abienſque domum ſuam, oſtendit vxori ſuæ ad confirmationem dictorum, & narrauit quæ ſuis oculis viderat. Credens ergo vere, quia horribilia & admirabilia ſunt Chriſtianorum myſteria, in craſtinum venit ad Baſilium, poſtulans ſine dilatione accipere, quod in Chriſto eſt, ſignaculum. Baſilius autem non differens baptizauit eum cū omni domo ſua.

Aliud, ex S. Ambroſio Epiſcopo,

Contigit circa annum 390.

Oratio. Funebri 1. de obitu Satyri fratris ſui.

Quid igitur obſeruantiam eius erga Dei cultū prædicem. Qui prius quàm perfectioribus eſſet initiatus myſteriis, in naufragio conſtitutus, cum ea, qua vehere tur, nauis ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atque inde fluctibus ſolueretur, non mortem metuens, ſed ne vacuus myſterii exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium Sacramentum popoſcit: non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed ut fidei ſuæ conſequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compage reſoluta tabulam, cui ſupernatans iuuaretur, quoniā fidei ſolius arma quæſierat. Itaque his ſe tectum atque munitum ſatis credens, alia auxilia non deſiderauit.

Euchariſt. collo Satyri appenſa, illum in naufragio incolumem ſeruauit.

Simul

ſimul fortitudinem eius ſpectare licet, qui fatiſcente remigio non quaſi naufragus tabulam ſumpſerit, ſed quaſi fortis ex ſeipſo adminiculum ſuæ virtutis aſſumpſerit. Nec deſeruit ſpes, nec fefellit opinio. Denique primus ſeruatus ex vndis, & in portum terrenæ ſtationis euectus, Præſulem ſuum, cui ſe crediderat recognouit, ſtatimque vbi etiam cæteros ſeruulos ſuos, vel ipſe liberauit, vel liberatos comperit, negligens facultatum, nec amiſſa deſiderans Dei Eccleſiam requiſiuit, vt ageret gratias liberatus, & myſteria ęterna cognoſceret, pronuntians, nullum referēdæ gratiæ maius eſſe officium.

Aliud, ex Vitis S. Patrum, contigit circa annum 392.

Narrauit Abbas Daniel dicens. Dixit Arſenius de quodam ſene in Scitia, qui erat magnus in hac uita, ſimplex autem in fide, & errabat, quia idiota erat, & dicebat non eſſe naturaliter corpus Chriſti panem conſecratum, quem ſumimus, ſed figuram eius. Hoc audientes duo ſenes, quòd diceret hunc Sermonem, & ſcientes, quia magna eſſet vita eius & conuerſatio, cogitauerunt, quòd innocēter & ſimpliciter hoc diceret, venerūt ad illum & dicunt ei. Audiuimus Abba Sermonem cuiuſdam infidelis, qui dicit: quia panis, quem ſumimus, non naturaliter corpus Chriſti eſt, ſed figura eius. Senex autem reſpondit eis. Ego ſum, qui dixi. Illi autem rogabant, dicentes: Non ſic credas Abba, ſed ſicut Eccleſia catholica tradit. Nos autem credimus, quia panis ipſe *corpus Chriſti* eſt, calix ipſe *ſanguis Chriſti* ſecundum veritatem, & non ſecundum figuram: ſed ſicut in principiò puluerem de terra accipiens plaſmauit hominem ad imaginem ſuam, & nemo poteſt dicere, quia non erat imago Dei, quamuis de terra & puluere ſit: ita & panis, quē dixit quia corpus meum eſt, credimus quia ſecundum veritatem *corpus Chriſti eſt*. Senex autem ait eius. Niſi re ipſa cognouero, non mihi ſatiſfacit ratio veſtra.

Lib. de proui dentia & contemplatione.

Huius miraculi, meminit Guitmundus lib. 3. de Euchariſt.

Similitudo pulchra.

veſtra. Illi autem dixerunt ei. Deprecemur Deum hebdomada hac de myſterio hoc, & credimus quia Deus uelabit nobis. Senex autẽ cum gaudio ſuſcepit ſermonem iſtum: & deprecabatur Deum dicens: Domine tu cognoſcis, quoniam non per malitiam incredulus ſum rei huius, ſed per ignorantiam errem. Reuela ergo mihi Domine Ieſu Chriſte quod verum eſt. Sed & illi abeuntes in cellas ſuas, rogabant & ipſi Deum, dicentes: Domine Ieſu Chriſte reuela ſeni iſti myſterium hoc, vt credat, & non perdat laborem ſuum. Exaudiuit autem Dominus vtroſque, & hebdomada completa, venerunt Dominico die in Eccleſiam, & ſederunt ipſi tres ſoli ſuper ſedile ſcirpeum, quod in modum faſcis erat ligatum, medius autem ſedebat ſenex ille. Aperti ſunt autem intellectuales eorum oculi, & quando poſiti ſunt panes in altari, videbatur tribus illis tantummodo tanquam puerulus iacens ſuper altare, & cum extendiſſet Presbyter manus, ut frangeret panem, deſcendit Angelus de cælo, habens cultrum in manu, & ſacrificauit puerulum iſtum: ſanguinem vero eius excipiebat calice. Cum autem frangeret Presbyter in parua fruſta panem, etiam Angelus incidebat membra pueri in modicas partes. Cum autem acceſſiſſet ſenex, vt acciperet ſanctam communionem, data eſt ipſi ſoli, *caro ſanguine cruentata*. Quod cum vidiſſet, pertimuit: & clamauit dicens. Credo Domine, quia panis, qui in altari ponitur, *corpus tuum eſt*: & calix, ſanguis tuus eſt. Et ſtatim facta eſt illa caro in manu eius panis ſecundum myſterium, & ore ſumpſit illum agens gratias domino Deo. Dixerunt autem ei ſenes illi, Deus nouit humanam naturam, quod non poteſt veſci carnibus crudis, & propterea transformauit corpus ſuum in panem, & ſanguinem in vinum. Et egerunt gratias Deo de illo ſene, quia non permiſit Deus perire labores eius.

Incredulo uertitur Eucharist. in carnem ſanguine cruentatam.

Cur caro Chriſti exiſtens in Eucharist. ſpecie panis obtegatur.

Aliud,

Aliud, ex Hermio Sozomeno, contigit circa annum 412.

Vir quidam è Macedoniana hæreſi vxorem eiuſdem opinionis habebat. Hic cum Ioannem Chryſoſtomū, quomodo de Deo ſentiendum eſſet docentem audiſſet dogma illius laudabat, & vxorem quoque, vt ſecum ſentiret, hortabatur. Cum verò illa magis nobilium mulierum ſermonibus, quàm illius conſuetudini obtemperaret, & poſt frequentes admonitiones uir illius nihil effeciſſet, niſi inquit, in diuinis mihi conſors fueris, neque in vitæ communione poſt hac eris. Mulier hoc audito, & conſenſum pollicita, rem eam famulæ cuidam communicat, quam ſibi fidam eſſe iudicabat, illiusque opera ad fallendum virum vtitur. Circa tempus autem myſteriorum (ſciunt initiati, quid ſit, quod dico) illa quod accepit continens, quaſi oratura procumbit: famula aſtans clanculum illi dat panem, quem ſecum in manu attulerat. Hic cum dentibus admoueretur, in lapidē congelaſcit. Mulier perterrefacta, metuens ne quid ſibi mali propter eam rem, quæ diuinitus acciderat, contingeret, ad Epiſcopum curſu cōtendit, ac ſeipſam prodēs lapidem oſtendit, adhuc morſi veſtigia habētem, & materiam incognitam, coloremq; admirabilem oſtendentem, ſimulq; veniam cum lacrymis petens, uiro ſuo cōſenſuram ſe pollicetur. Quòd ſi hoc cuipiam incredibile videtur, lapis ille teſtis eſt, qui etiamnum inter clinodia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ aſſeruatur. *Li. 8. Eccleſiaſt. hiſt. capit. 5.*

Aliud, ex S. Auguſtino, contigit ante annum 425.

Vir tribunitius Heſperius, qui apud nos eſt, habet in territorio Fuſſalenſi fundum Cubedi appellatum, vbi cum afflictione animalium & ſeruorum ſuorum, domum ſuam ſpirituum malignorum vim noxiam perpeti comperiſſet, rogauit noſtros me abſente Presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit *Libr. 22. de ciuitate Dei cap. 8* *Oblatione ſacrificij cor*

poris Chriſti abacta eſt infeſtatio demonum. ibi ſacrificium *corporis Chriſti*, orans quantum potuit, vt ceſſaret illa vexatio, Deoque protinus miſerante, ceſſauit.

Aliud ex S. Gregorio, contigit ante annum 535.

Lib. 3. dialogorum ca. 3 Poſt non multum temporis exigente cauſſa Gothorum, vir quoq; beatiſſimus Agapetus huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ pontifex: cui Deo diſpenſante deſeruio ad Iuſtinianum Principem acceſſit. Cui adhuc pergenti quadam die in Græciarum iam partibus, curãdus oblatus eſt mutus & claudus: qui neque ulla verba edere, neque ex terra unquam ſurgere ualebat. Cumque hunc propinqui illius flentes obtuliſſent: uir domini ſolicite requiſiuit an curationis illius haberent fidem. Cui dum in virtute Dei ex auctoritate Petri, fixam ſalutis illius ſpem habere ſe dicerent: protinus venerandus uir orationi incubuit, & Miſſarum ſolennia exorſus, ſacrificium in conſpectu Dei omnipotẽtis immolauit. Quo peracto ab altari exiens, claudi manum tenuit, atque aſſiſtente & aſpiciente populo, eum mox a terra in propriis greſſibus erexit. Cumque ei *Dominicum corpus* in os mitteret: illa diu muta, ad loquendum lingua ſoluta eſt. Mirari omnes, flere præ gaudio cœperunt: eorumque mentes illico metus & reuerẽtia inuaſit, cum uidelicet cernerent quid Agapetus facere in uirtute Domini ex adiutorio Petri potuiſſet.

In miſſa immolat. Deo omnipotenti ſacrific. Dominicum corpus muto datum. linguæ vſum reſtituit.

Aliud ex Beda Presbyt. contigit an. 679.

Lib 4. Eccleſiaſtica hiſtoria gẽtis Angelorum capit. 22. In præfato prælio, quo occiſus eſt rex Elbuini, memorabile quoddam factum eſſe conſtat, quod nequaquam ſilentio prætereundum arbitror, ſed multorum ſaluti, ſi referatur, fore proficuum. Occiſus eſt ibi inter alios de militia eius iuuenis uocabulo Imma, qui cum die illo, & nocte ſequente inter cadauera occiſorũ ſimilis mortuo iaceret, tandẽ recepto ſpiritu reuixit, ac reſidẽs ſua vulnera, ut potuit, ipſe alligauit. Quod dũ faceret inuẽtus eſt & captus à uiris hoſtilis exercitus, & ad dominũ

ipſorum

ipſorū comitem, uidelicet Edilredi regis adductus. Ille ſuſcipiens eū, curam vulneribus egit, & ubi ſanari cępit, noctu eum, ne aufugeret, uinciri præcepit, nec tamē uinciri potuit. Nam mox, ut abiere qui vincierant, eadem ſunt eius uincula ſoluta. Habebat enim germanū fratrem, cui nomen erat Tumna, Presbyterum & Abbatem: qui cum eum in pugna peremptum audiret, uenit quærere, ſi forte corpus eius inuenire poſſet, inuentumque alium illi per omnia ſimillimum putauit ipſum eſſe, quem ad monaſterium ſuum deferens honorificè ſepeliuit, & pro abſolutione animæ eius ſæpius Miſſas facere curauit: quarum celebratione factum eſt quod dixi, ut nullus eum poſſet uincire, quin continuo ſolueretur. Interea comes, qui eum tenebat mirari & interrogare cœpit, quare ligari non poſſet: an forte literas ſolutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud ſe haberet, propter quas ligari non poſſet. At ille reſpondit nihil ſe talium artium noſſe: ſed habeo fratrem, inquit, Presbyterum in mea prouincia: & ſcio quia ille me interfectū putans pro me Miſſas crebras facit, & ſi nunc in alia vita eſſem, ibi anima mea per interceſſiones eius ſolueretur à pœnis. Vt ergo conualuit, uendidit eum Lundoniam Freſoni cuidam, ſed nec ab illo, nec cum illuc duceretur vllatenus potuit alligari. Verum cum alia atq; alia uinculorum genera ei hoſtes imponerent, diſſoluta ſunt. Cumq; uideret, qui emerat, eum uinculis non poſſe cohiberi, donauit ei facultatem ſeſe redimendi, ſi poſſet. A tertia enim hora quando Miſſæ fieri ſolebant ſæpiſſimè uincula ſoluebantur. At ille dato iuramento ut rediret uel pecuniā illi pro ſe mitteret, venit Cantiā ad regem, petiitq; & accepit ab eo pretium ſuæ redemptionis, ac ſuo Domino pro ſe miſit. Qui poſt hæc in patriam reuerſus, atque ad ſuum fratrem ueniens, explicauit ex ordine cuncta, quæ ſibi aduerſa, quæ ue in aduerſis ſolatia proueniſſent: Cognouitque referente eo illis maximè temporis ſua fuiſſe uincula ſoluta, quibus pro ſe Miſſarū fuerant celebrata ſolēnia. Sed & alia

Sacrificium miſſæ pro captiuo oblatum, effecit, vt nullo modo uinciri potuerit.

Celebratione Miſſæ animæ corpore exutæ ſoluuntur à pœnis.

quæ periclitanti ei commoda contigiſſent & proſpera per interceſſionem fraternam & oblationem hoſtiæ ſalutaris cælitus ſibi fuiſſe donata, intellexit. Multiq; hęc à præfato viro audientes, accenſi ſunt in fide ac deuotione pietatis ad orandum, uel ad eleemoſynas faciendas, vel ad offerendas Domino victimas ſacræ oblationis, pro ereptione ſuorum, qui de ſeculo migrauerunt. Intellexerunt enim, quòd ſacrificium ſalutare ad redéptionem valeret & animæ & corporis ſempiternam. Hanc mihi hiſtoriam quidam eorum, qui ab ipſo uiro, in quo facta eſt audiere, narrarunt.

Miſſa eſt, ui ctima ſacræ oblationis.

Aliud ex Paulo Diacono, contigit ante annum 600.

In uita S. Gregorii Papæ.

Materfamilias quædam nobilis erat in ciuitate Romana, quæ religionis & deuotionis ſtudio oblationes, facere, & die Dominico ad Eccleſiam deferre, ſummoque Pontifici Eccleſiaſticæ conſuetudinis, & familiaritatis eiuſdē gratiam offerre ſolebat. Hæc vbi quadā die ex more ad communicandum de manu Apoſtolici in ordine ſuo accederet, illique Pontifex partem *Dominici corporis* porrexiſſet, dicens: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in remiſſionem peccatorum, & vitā æternam, illa ſubriſit. Quod vir Domini (Gregorius) cernens, illi communionem ſacram retraxit, & ſeparatim ſuper altare repoſuit, eamque Diacono ſeruandam vſque dum cuncti communicarent fideles, tradidit. Expletis verò ſacris myſteriis, interrogauit eam beatus Gregorius: Dic rogo, dic quid cordi tuo immerſerit cū cōmunicatura riſiſti? At illa: Recognoui, inquit, portiúculam illam ex eadē oblatione fuiſſe, quàm ego meis manibus feci, & tibi obtuli: & cum eam te intellexerā corpus Domini appellaſſe, ſubriſi. Tunc ſanctus Domini Pontifex ſermonem fecit ad populum, hortatusq; eſt eum, vt ſuppliciter Dominū exoraret, quatenus ad multorum fidem corroborandam, carnis oculis oſtenderet,

deret, quod infidelitas huius mulieris mentis oculis videre, & fidei lumine conſpicere debuiſſet. Quod cum fuiſſet oratum: ipſe vna cum populo, eademque muliere ab oratione ſurrexit, & in altari cunctis cernentibus, & ſeſe ad cernendum cæleſte ſpectaculum comprimentibus, corporaliter palam reuelat, & vniuerſo populo, atque ipſa muliere contuēte *partem digiti auricularis ſanguine cruentatam* inuenit, ac mulieri dixit: Diſce veritati vel modo etiam conteſtanti credere. Panis quē ego dabo uobis, caro mea eſt: &, Sanguis meus vere eſt potus. Sed præſcius conditor noſtræ infirmitatis, ea poteſtate, qua cuncta fecit ex nihilo, & corpus ſibi ex carne ſemper virginis, operante Spiritu ſancto, fabricauit, panem & uinum aqua miſtum, manente propria ſpecie, *in carnem & ſanguinem ſuum* ad catholicam precem ob reparationem noſtram, ſpiritus ſui ſanctificatione, conuertit. Indeque vniuerſos iuſſit diuinam precari potētiam, vt in formam priſtinam ſacroſanctum reformaret myſteriū: quatenus mulieri ad ſumendum eſſet poſſibile, quod & factum eſt. Vnde mulier poſt in ſancta religione ac fide proficiens, participatione Dominici Sacramenti conſecrata eſt. Et omnes qui viderant, in diuino amore, & orthodoxa credulitate feruentius excreuerunt.

Ad verba cō ſecrationis, Sancti ſpiritus ſanctificatione panem Chriſtus in carnem ſuā conuertit.

Aliud, ex Paſchaſio, Scriptum eſt autē annum 879.

Nemo, qui Sanctorum vitas & exempla legerit, poteſt ignorare, quòd ſæpe hæc myſtica corporis & ſanguinis Sacramenta, aut propter dubios, aut certè propter ardentius amantes Chriſtum, uiſibili ſpecie in agni forma, aut in carnis & ſanguinis colore monſtrata ſint, quatenus de ſe Chriſtus clementer adhuc non credentibus fidē faceret: ita vt dū oblata frangitur, uel offertur hoſtia, uideretur agnus in manib. & cruor in calice, quaſi ex immolatione pfluere: vt quod latebat ī myſterio

Lib. de corpore & ſanguine Chriſti, cap. 40 & ſequent.

ſterio

ſterio,pateſceret adhuc dubitantibus in miraculo. Fecit enim hoc pietas diuina quibuſdam iam credẽtibus, & tamen adhuc dubitantibus, vt & ipſi quoque fiduciã de veritate perciperent,& alii de miraculo ad fidem ſolidarentur, & de Chriſti gratia eandem fidem uberius participarentur. Sed quia duri corde ſumus, uoluit diuina manſuetudo,in quibuſdam omnibus ſatisfacere, ut ulterius de his iam,nemo dubitet. Quod autem dixi,ſæpe quibuſq; ardentius Chriſtum amantibus hæc præmonſtrata fuiſſe, unum à pluribus dandum. Nam quidam Presbyter fuit religioſus valde,Plegilus nomine frequenter Miſſarum ſolennia celebrans ad corpus ſancti Nini epiſcopi & confeſſoris:qui cum digno moderamine ſanctam Chriſto propitio duceret, uitam, cœpit omnipotentem Deum piis pulſare precibus ut ſibi monſtraret naturam corporis Chriſti atque ſanguinis. Itaque non eo infidelitate,ut aſſolet, ſed ex pietate mẽtis illa petiuit:fuerat enim à puero diuinis legibus imbutus,& propter amorem ſuperni regis olim patriæ fines & dulcia liquerat arua,ut Chriſti myſteria exul ſedulo diſceret.Idcirco eius amore magis ſuccenſus, quotidie pretioſa munera offerens poſcebat ſibi præmonſtrari,quæ foret ſpecies latitans ſub forma panis & vini.Non quia de corpore Chriſti dubius eſſet, ſed quia vel ſic Chriſtum cernere vellet, quem nemo mortaliũ iam ſuper aſtra leuatum in terris conſpicere poteſt.Venerat ergo dies,& idem celebrans piè ſolennia Miſſarum more ſolito procubuit genibus. Te deprecor, inquit,omnipotens, pande mihi exiguo in hoc myſterio naturam corporis Chriſti,ut mihi liceat eum proſpicere præſentem corporeo uiſu,& formam pueri, quem olim ſinus matris tulit,uagientem,nunc manibus contrectare.Qui dum talia precaretur,Angelus de cælo aduenien s affatur: Surge,inquit,propere, & ſi Chriſtum videre placet,adeſt præſens corporeo veſtitus amictu, quem ſacra puerpera geſſit. Tũ venerabilis Presbyter pauidus,ab imo vultum erigens,uidit ſuper aram, Pa-

tris

tris filium puerum, quem Simeō infantem portare ſuis vlnis promeruerat. Cui Angelus, inquit, quia Chriſtū videre placuit, quem prius ſub ſpecie panis uerbis myſticis ſacrare ſolebas, nunc oculis in ſpecie, manibus attrecta. Tum Sacerdos cœleſti munere fretus, quod dictu mirum eſt, ulnis tremētibus puerum accepit, & pectus proprium Chriſti pectori iunxit. Deinde profuſus, in amplexum dat oſcula Deo, & ſuis labiis preſſit pia labia Chriſti, Quibus ita exactis, præclara Filii Dei mēbra reſtituit in verticem altaris, & repleuit cæleſti pabulo Chriſti menſam. Tunc rurſus humo proſtratus, deprecatus eſt Deum, ut dignaretur ipſe iterum verti in priſtinam ſpeciem. Qui expleta oratione ſurgens à terra inuenit *corpus Chriſti* in formam remeaſſe priorem uti deprecatus fuerat. Et mira omnipotentis Dei diſpēſatio, qui ob unius deſiderium ita ſe præbere dignatus eſt uiſibilem, non in figura agni, ut aliis quibuſdam ſub hoc myſterio, ſed in forma pueri, quatenus ut veritas pateſceret in oſtenſo, & Sacerdotis deſiderium impleretur ex miraculo, noſtraq; fides firmaretur ex relatu. Veruntamen non prius idem communicaſſe pueri *corpus & ſanguinem* legimus, quàm rediret in prioris formæ ſpeciem, ne abſurdum uideretur quod præſumpſerat, & fides vberius requiratur interius in eodem, quod exterius viſu conſpexerat.

Eucha. verſa ī ſpeciem infantis.

Aliud, ex Petro Damiano, contigit circa annum 1050.

Princeps quidam, Presbyterum habebat ſanctæ conuerſationis uirum, & in diuinis officiis (præcipue in ſolenniis Miſſarum, indeſinenter aſſiduum. Qui cum quotidie ſacris myſteriis inſiſteret: Angelus Domini ex cōſuetudine veniebat, & u idente Principe Sacramentum Dominici corporis ex offerentis manibus aſſumebat. Sed criminalis huius vitæ lubrica & incerta conditio. Nam qui Angelicis fruebatur mundus obſequiis, in fœ

Lib. Miraculorū ſui temporis.

dæ luxuriæ voraginem repente prolapſus eſt. Quid plura? Peragēgi ſacri myſterii tempus aduenit, Presbyter conſuetudine foris exigente compellitur: ſed grauiter intus conſcientia remordente torquetur: tamen ornatur, accedit, trepidat, palpitat, offerre præſumit. Ecce Angelus, vt aſſuetus fuerat, uenit, & inſpectante principe ſpongiam infectam aqua, ſuper caput illius expreſſit totumque corpus illius tergendo purgauit. Expletis autem myſteriis, eandem ſpongiam rurſus expreſſit, omnesque ſordes atque ſqualores, quas à corpore illius ante contraxerat, membris eius omnibus iterum ſuperfudit. Hoc viſo, princeps admiratus obſtupuit, Presbyterumq; ſemotis omnibus ſecretè cōuenit. Inquiſitus itaque Presbyter, ſi noui aliquid criminis admiſiſſet: primò quidem, quaſi perhorreſcens, facinus abnegat: dein de ſibi malè conſcius ac principis auctoritate compulſus, tandem ſe corruiſſe præterita nocte in quandam cubiculariam confitetur

Aliud ex S. Bernardo, contigit circa annum 1130.

Fuit quidam clericus, probabilis vt fertur vitæ, ſed fidei non ita. Is ſciolus in oculis ſuis præſumpſit dicere, in Euchariſtia eſſe tantummodo Sacramentum, & non rem Sacramenti, id eſt, ſolam ſanctificationem, & non corporis ueritatem. Super quo à Malachia ſecreto & ſæpe conuentus, ſed incaſſum, vocatus, ad medium eſt: ſeorſum tamen à laicis, vt ſi fieri poſſet, ſanaretur, & nó confunderetur. Itaque in conuentu clericorum data facultas homini eſt pro ſua ſententia reſpondendi. Cumque totis ingenii viribus (quo non mediocriter callebat) aſſerere & defendere conaretur errorem, Malachia contra diſputante & conuincente, iudicio omnium ſuperatus, de conuentu confuſus quidem exiit, ſed non correctus. Dicebat autem ſe non ratione victum, ſed Epiſcopi preſſum auctoritate. Et tu, inquit, ò Malachia, ſine

In vita S. Malachiæ Epiſcopi. Hunc errorem, noſtri temporis ſacramentarii ſepultum excitarunt. Huiuſcemodi falſis excuſationibus

ſine cauſſa me hodie confudiſti, aduerſus profecto veritatem locutus, & contra tuam ipſius conſcientiā. Mœſtus Malachias pro homine ſic indurato, ſed magis fidei dolens iniuriam, timens periculum, Eccleſiam conuocat, errantem publice arguit, publice monet, vt reſipiſcat. Suadentibus hoc ipſum Epiſcopis & vniuerſo clero, cui cum non acquieſceret, contumaci anathema dicunt, hæreticum proteſtantes. Nec ſic euigilans, omnes, inquit, fauetis homini potius, quàm veritati, ego perſonam non accipio, vt deſeram veritatem. Ad hoc verbum ſubſtomachans ſanctus, Dominus inquit, fateri te veritatem faciat vel ex neceſſitate. Quo reſpondente amen, ſoluitur conuentus. Tali ille inuſtus cauterio fugam meditatur, infamis atque inhonorus fore non ſuſtinens. Et continuo ſua tollens exibat, cum ecce ſubita correptus infirmitate ſiſtit gradū, viribusque deficiens eodem loco iactat ſe ſuper ſolum anhelus & feſſus. Forte incidēs in id loci vagabūdus inſanus offendit hominem, quidnam ibi agat percunctatur. Reſpondet graui ſe infirmitate teneri, & neq; procedere, neque redire valentem. Et ille. Infirmitas iſta haud alia, inquit, quàm ipſa mors eſt. Hoc autem non dixit à ſemetipſo, ſed pulchre Dominus per inſanum corripuit eum, qui ſanis acquieſcere noluit conciliis ſenſatorum. Et addidit. Reuertere domum, ego te iuuabo. Denique ipſo duce reuertitur in ciuitatem: redit ad cor, & ad miſericordiam Domini. Eadem hora accitur Epiſcopus, agnoſcitur veritas, abiicitur error, confeſſus reatum abſoluitur, petit viaticum, datur reconciliatio, & vno pene momento perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis ſub omni celeritate completus eſt ſermo Malachiæ, & ſcripturæ pariter dicentis, quia vexatio dat intellectum.

Solantur miſeri noſtri temporis hæretici ſuos errores.

Vide ſummam huius ſacramentarij pertinaciam.

Vindicta Dei in ſacramentarium hæreticum.

Per hominē inſanum corripuit Deus ſacramentarium, qui ſanis conſilijs parere noluit.

Aliud, ex Arnoldo Bonæuallenſi, contingit circa annum 1140.

Lib. 2. vitæ S. Bernardi.

Inter eos, qui vexabātur, mulier grandæua, ciuis Mediola-

diolanenſis, & honorata quondam matrona vſque ad Eccleſiam Beati Ambroſii poſt beatum virum à multis tracta eſt. In cuius pectore pluribus annis diabolus ſederat,& iam ita ſuffocauerat eam,vt viſu,& auditu,& verbo priuata, frendens dentibus, & linguam in modũ promuſcidis elephantinę protendens, monſtrum non fœmina videretur. Sordida ei facies,vultus terribilis, flatus fœtidus,inhabitatoris ſathanæ collubia teſtabantur.Hanc cum aſpexiſſet vir Dei,nouit inhærentem ei, & inuiſcatum diabolum, nec facile egreſſurum de domo,quam tanto poſſederat tempore. Conuerſus ad populum (cuius innumera aderat multitudo) orarẽ iubet attentius: & clericis & monachis ſecum iuxta altare conſiſtentibus, mulierem ibidem iubet conſtitui & teneri.Illa vero reluctans,& vi diabolica, nõ naturali virtute recalcitrans,non ſine aliorum iniuria,ipſum Abbatem pede percuſſit.Quem diaboli auſum manſuete ille contempſit, ad expulſionem non indignatione iræ, ſed pacifica & humili ſupplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hoſtiæ ſalutaris accedit. Quoties tamen eandem ſacram hoſtiam ſignat,toties ad mulierem quoque conuerſus, eodem ſigno crucis edito, ſpiritum nequam athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus quoties aduerſus eum ſignum crucis intenditur,percuſſum ſe indicans acrius ſæuit, & recalcitrans contra ſtimulum quidnam tolleret, prodit inuitus. Expleta autem oratione Dominica efficatius hoſtem aggreditur vir beatus. Patenæ ſiquidem calicis ſacrum *Domini corpus* imponens,&mulieris capiti ſuperponens,talia loquebatur. Adeſt,inique ſpiritus, iudex tuus,adeſt ſumma poteſtas,iam reſiſte,ſi potes.Adeſt ille,qui pro noſtra ſalute paſſurus,nunc(inquit)princeps huius mundi eiicietur foras.Hoc illud corpus eſt,quod de corpore virginis ſumptum eſt.quod in ſtipite crucis extenſum eſt, quod in tumulo iacuit, quod de morte ſurrexit, quod videntibus Diſcipulis aſcẽdit in cælum. In huius ergo maieſtatis terribili poteſtate tibi ſpiritus

In miſſa immolatur hoſtia ſalutaris.

Nota.

Illud Chriſti corpus, quod de virgine eſt ſumptum, quod

tus maligne præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediés, contingere eam deinceps nō præſumas. Cumque eam inuitus deſerens, & manere vltra non valens, atrocius affligaret malignus, tam magnam iram, quàm modicū tempus habens, rediés pater ſanctus ad altare, fractionē hoſtiæ ſalutaris rite compleuit, diffundamque in populum pacem miniſtro dedit, & confeſtim pax & ſalus integra reddita eſt mulieri. Sic ille nequam, diuina myſteria quantæ ſint efficientiæ & virtutis, non confeſſione, ſed fuga, coactus oſtendit. Fugato diabolo, mulier, quam in tantorum ſartagine tormentorum carnifex peſtilens tanto tempore frixerat, mentis ſuæ compos effecta, redditis ſenſibus & ratione, reuoluta intra fauces lingua Dum confeſſa gratias egit, & intuita curato rem ſuum pedibus eius aduoluta eſt. Ingens per Eccleſiam attollitur clamor, omnis ætas iubilat Deo, perſonant æramenta, benedicitur ab omnibus Deus.

in cruce extenſum, qđ à morte ſurrexit in miſſæ ſacrificio Deo offertur.

Per uirtutē Euchariſt.

Dæmoniaca mulier liberatur.

Aliud, ex Cæſario Heiſterbachenſi,

Contigit circa annum 1192.

Magiſter Mauritius, Pariſienſis Epiſcopus ante mortem ſuam in tam grauem incidit morbum, vt materia rapta in cerebrum, ſenſum ei ſubtraheret. In tali defectu cōſtitutus, cum corpus Domini magna cum inſtantia poſtulaſſet: & hi, qui circa eum erant propter ſenſus inopiam, illud ei dare non auderent, cum Sacerdote tranſigerunt vt hoſtiam non benedictam illi deferret. Qui cum veniſſet, cum magna reuerentia (vt Epiſcopum decebat communicare) mox vt limen domus Sacerdos attigit, Epiſcopus magna voce clamauit. Tolle, tolle, non eſt Dominus Deus. Reuelauerat Domine auriculam eius, vt intelligeret quid circa ſe ageretur. Stupente Sacerdote, nec non & alijs, qui aderant, reuerſus eſt *verum Chriſti corpus* deferens. Quod animo compuncto, & verbis catholicis cum adoraſſet, deuote illud ſuſcepit, cum quo & ſenſum (ad Dei gloriam ſub tractum) perfecte recepit. Sicque in bona confeſſione plenus

Diſt. 9. capit. 34.

plenus fide & charitate migrauit ad Dominum.

Aliud, ex Thoma Vvaldenſi, contigit circa annum 1384.

Lib.contra Ioanne Vvi clephum.

Hiſtoriam refero, quam ego præſens vidi oculis car nis meæ, in cathedrali Eccleſia Sancti Pauli Londoniæ, vbi venerandus Cantuarienſis Antiſtes felicis recordationis Thomas Arundelius, filius & frater comitum, pro loco iudicij (aſſiſtentibus ſibi Noruicenſis Eccleſiæ tunc Præſule Alexandro & aliis) Epiſcopali ſede verba quædam, & interrogationes proponebant de fide Euchariſtiæ ad quendam ſartorem de partibus Vvigorniæ deprehẽſum in hæreſi, cum flecti omnino non poſſet, nec aliud quàm benedictum panem ſacratiſſimam hoſtiam volebat appellare vel credere, tandem iuſſus facere reuerentiam hoſtiæ, reſpondit blaſphemus: Vere dignior eſt aranea, reuerentia. At ſtatim de alto culmine tecti deſcendens ingens & horrida viſa aranea, ad os blaſphemi directo filo peruenit. Et dum loqueretur, vt intraret per polluta labia ſollicite laborabat. Aſtitit illuſtris princeps Thomas Exonienſis dux tunc Cancellarius regni, & vidit prodigium. At prædictus Archiepiſcopus ſtatim ſurgens cum aliis exponit omni populo ibi collecto, quid vltrix manus Domini fecerat in blaſphemũ. Nec mora, qui pretioſiſſimæ carni agni prælegit araneam, peccatricem carnem ſuam flammis deuorandam amiſit: vt eſſet fauilla peior aranea. Ecce doctrinam fœdam & amaram errantium, qui Sacramentum optimum ſic in figuram attenuant, & idolum faciunt.

O impietas ſacrament. Qui Euchariſt. araneã prafe[r]ebat ab aranea proditur. Sacrament. ex Euchar. idolum conantur efficere.

CLASSIS SEPTIMA VISIONVM.

Ex Ioanne Chryſoſtomo, contigit ante annum 400.

CVm autem (Sacerdos) & Spiritum ſanctum inuocauerit, ſacrificiumque horrore ac reuerentia pleniſſimum perfecerit, communi omnium Domino manibus aſſidue pertractato: quæro ex te, quoto illum in ordine collocabimus? quantam autem ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? conſidera enim quales manus illa adminiſtrantes eſſe oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat, qua denique re non puriorem ſanctioremve eſſe conueniat animam, quæ tantum illum, tamque dignum ſpiritum receperit? Per id tempus & Angeli Sacerdoti aſſident, & cœleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris plenus eſt. Id quod credere abunde licet, vel ex tanto ſacrificio, quod cum peragitur. Ego vero & commemorantem olim quendam audiui, cum diceret ſenem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum myſteria multa diuinitus fuiſſent detecta, ſibi narraſſe, ſe tali olim viſione dignum habitum à Deo eſſe: ac per illud quidem tempus de repente Angelorum multitudinem conſpexiſſe (quatenus aſpectus humanus ferre poterat) fulgentibus veſtibus indutorum, altare ipſum circundantium: denique ſic capite inclinatorum, vt ſi quis milites præſente rege ſtanteſ videat: id quod facile mihi ipſe perſuadeo.

Ex lib 6. de Sacerdotio.

Miſſa, ſacrificium horrore ac reuerentia pleniſſimum.

Tempore ſacrificii Miſſæ, locus altari vicinus in illius honorem, qui ibi immolatur, Angelorum choris plenus eſt.

Miſſa, ſacrificium.

Tempore ſacrificij, Angelorum multitudo, altare circundantium, de repente conſpecta eſt.

Ex eodem *lib. 6.*

Altera,

Illorum animæ, ab angelis in cælum recta deferuntur, qui pura cõſcientia Euchariſt. ex hac uita migraturi, percipiunt.

Altera, ex eodem Chryſoſtomo.

Alius quidam mihi narrauit, nõ ille quidem ab alio doctus, ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe, & audiuiſſet: quod qui de hac uita emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura ac munda conſcientia fuerint participes, ſpiritum efflaturi, ab Angelis illorum animas ſatellitum more ſtipantibus, propter aſſumptũ illud ſacrum, hinc recta in cælum abducuntur.

Alia, ex Cyrillo Eremita, contigit.

circa annum 440.

In vita S. patris Euthymij. Miſſa, incruentum ſacrificium.

Ex hominibus quidem exceſſit Theodoſius, à Rubã vero ad Lauram redit magnus Euthymius. Et aliquando quidem vno ſabbatorum, ille quidem Deo miniſtrabat, & ei incruentum obtulit ſacrificium. Domitianus autem aſtabat ad dexteram cum myſtico illo ventilabro, cum iam eſſet peragenda ter ſancti glorificatio. Terebonq; Saracenus, & Chryſippi frater Gabrielius, alter quidem prope, alter vero ſtans intra aram, ò magnam Chriſte tuam in Euthymium gratiam, vident ignem veluti in quodam diffuſum linteo deſuper deſcendentem, quin etiam ipſum magnum Euthymium & cum eo Domitianum intus complexum, ſic circa ipſos permanſiſſe ab initio ter ſancti vſque ad completum miniſterium. Terebonem autem ait metu correptum & exterritũ ab arareceſſiſſe: & non amplius audacter & temere eſſe ingreſſum adyta: ſed in templi conſtitiſſe veſtibulo cum magna in ſynaxi reuerentia, vt mihi poſtea narrauit Cyriacus anachoreta, qui hæc audierat à Terebone & Gabrielio qui viderant. Aiunt vero eum quoque aliquando dixiſſe quibuſdam fratribus, qui cum eo ſeorſum verſabantur, quòd ſæpe videret terribilem Angelorum viſionem vnà ſecum Deo miniſtrantem, & ſacra contrectantem, & quòd in Dominici corporis ſumptione, aliquos quidem ex iis, qui accedebant, videret illuminari: aliquos autem veluti

Nota viſionem.

S. Euthymius uidit ſæpe terribilem Angelorum viſionem unà ſecum Deo ſacrificantem.

luti obſcurari & morte affici, quicunque ſcilicet erant indigni ea luce.

CLASSIS OCTAVA SCHISMATICORVM ET HAERETICORVM.

Nouatus hæreſiarcha, ſucceſsionem ab Eccleſia fecit circa annum 260.

ADiura mihi per *corpus & ſanguinem* Domini noſtri Ieſu Chriſti, nunquam te à me diſceſſurum, & ad Cornelium redituurum.

Hæc habet Nicephorus lib. 6. hiſt. ſuæ cap. 3.

Euſtathius Epiſcopus Sebaſtiæ, ſuperſtitiones huius, damnatæ ſunt in concilio Gangrenſi, circa annum 360.

Interrogatio. Quanto cum timore, qualiue cum animi perſuaſione, affectioneve *corpus & ſanguinem Chriſti* communicemus? *Reſponſio*. De timore quidem habemus Apoſtolum, qui dicit, Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Fidem autem faciunt verba Domini, qui dixit, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

In regulis breuioribus vide hæc de re Nicephori, cap. 16. lib. 9. & capit. 29. lib. 13.

Pelagius hæreſiarcha, gratiam Dei oppugnare cœpit circa annum 419.

Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. (Non eſt meum, quod uobis tradidi, ſed à Domino illud accepi.: ſicut ipſe alibi dicit: non ab hominibus, ſed omnia à Deo didiciſſe. Quoniam Dominus Ieſus) Iam hinc quaſi oblique commemorat, quàm magnum

In cap. 11. prioris ad Corinthios epiſt.

fit

Lege de his commenta. fit huius myſterii Sacramentum. In qua nocte tradebatur) Id eſt à Iuda, Accepit panem & gratias agens benedixit, fregit, & dixit.) Hoc eſt, benedicens: etiam paſſurus, vltimam nobis commemorationem, ſiue memoriā dereliquit. Quemadmodum ſi quis peregre proficiſcēs aliquod pignus ei, quem diligit, derelinquat: ut quotieſcunque illud viderit, poſſit eius beneficia & amicitias memorati, quod ille, ſi perfecte dilexit, ſine ingenti deſiderio non poteſt videre vel fletu. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur) Qui manducat corpus meum, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Vnde agnoſcere ſe debet quiſque, qui *Chriſti corpus* aut edit, *aut ſanguinem* bibit, ne quid indignum ei faciat cuius corpus effectus eſt. Hic calix nouum Teſtamentum eſt) Quia vetus hoc per ſanguinē animalium portendebat. In meo ſanguine hoc facite) Et vetus & nouum per ſanguinem dedicatur: quia ſine morte firmum eſſe non poteſt teſtamentum. Quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem.) Ideo hoc Saluator tradidit Sacramentum, vt per hoc ſemper commemoremus: quia pro nobis eſt mortuus. Nā & ideo cum accipimus à Sacerdotibus commonemur, quia *corpus & ſanguis eſt Chriſti*, vt beneficiis eius non exiſtamus ingrati. Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne.) Sicut ſcriptum eſt: omnis mundus manducabit. Vnde oportet otioſum ceſſare à vitiis, ut ſanctū *Domini corpus* ſancte percipiat. Probet autem ſeipſum homo, & cætera) Si in linteum, vel vas ſordidum non illud mittere audet, quanto magis in corde polluto: quam immunditiam Deus ſuper omnia execratur: & quæ ſola iniuria eius eſt corpori. Nam & Ioſeph ille iuſtus propterea ſindone munda inuolutū in ſepulcro nouo corpus Domini ſepeliuit: præfigurans *corpus Domini* accepturos eam mundam mentem debere habere, quàm nouam.

Neſtorius

Neſtorius Archiepiſcopus hæreſiarcha, Hic Chriſtum, Diuinitate ſua ſpoliare exorſus eſt circa annum 435.

Quaternione. 4

Audite itaq; attendentes his, quæ dicuntur. Qui mãducat carnem meã, inquit. Memores ſitis, quòd de carne eſt, quod dicitur, & quòd à me non eſt adiecta carnis dictio, ne videar illis ſiniſtre interpretari. Qui manducat carnem meam, inquit, & bibit ſanguinem meũ. Nõ dixit: Qui manducat & bibit diuinitatem meam. Qui carnem manducat & ſanguinem meum bibit in me manet, & ego in eo. Et poſt: Sed ad propoſitum redeamus. Qui mãducat carnem meam, & bibit ſanguinem meũ, in me manet, & ego in eo. Memores eſtote quòd *de carne* eſt, quod dicitur.

Idem Neſt. Quaternione. 16

Cum inimici eſſemus reconciliari ſumus Deo per mortem Filii eius, de humanitate Filii clamat. Rurſus cum ad Hebræos dicit: Locutus eſt nobis in Filio, per quem & ſecula fecit, diuinitatem Filii, ſignificauit. Neque enim caro opifex eſt ſeculorum, quæ poſt multa ſecula eſt procreata. Neque diuinitas Iacobum fratrẽ habuit: neque Dei verbi mortem annuntiamus, *carne ac ſanguine Dominico paſti*.

Bertramus Presbyter, delirare cœpit circa an. 806. vel vt aliis placet, anno 842.

Tracta. de corpore & ſanguine Chriſti. Hinc Berengarius, ſua videtur venena ſuxiſſe. Contra hũc Bertramum veriſimile eſt Paſcha-

Videmus nondum paſſum eſſe Chriſtum, & tamẽ ſui corporis & ſanguinis myſterium operatum fuiſſe. Non enim putamus vllum fidelium dubitare panem illum fuiſſe *Chriſti corpus effectum*, quem Diſcipulis donans dicit: Hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis datur. Sed neque calicem dubitare ſanguinem Chriſti continere, de quo idem ait: Hic eſt calix, nouum Teſtamentum, in ſanguine meo, qui pro uobis fundetur. Sicut ergo paulo antequàm pateretur Panis ſubſtantiam & uini creaturam conuertere potuit in proprium corpus, quod paſſurum erat, & in ſuum ſanguinem, qui poſt fun-

ſuum ſuum librum de Euch. ſcripſiſſe. dendus extabat, ſic etiam in deſerto manna & aquã de petra in ſuam carnem & ſanguinem conuertere præualuit, quamuis longè poſt & caro illius in cruce pro nobis pendenda, & ſanguis eius in ablutionem noſtram fundendus erat. Hic etiam conſiderare debemus, quemadmodum ſit accipiendum quod ipſe dicit: Niſi manducaueritis carnem Filii hominis, & ſanguinem eius biberitis, non habebitis uitam in uobis. Non enim dicit quod caro ipſius, quæ pendebit in cruce, particulatim concidenda foret & à Diſcipulis manducanda: vel ſanguis ipſius, quem fuſurus erat pro mundi redemptione, Diſcipulis dandus eſſet in potum. Hoc enim ſcelus eſſet, ſi ſecundum quod infideles tunc acceperunt, à Diſcipulis vel ſanguis eius biberetur, vel caro comederetur. Propter quod in conſequentibus ait Diſcipulis, nõ infideliter, ſed fideliter verba Chriſti ſuſcipientibus, nec tamen adhuc quomodo verba illa forent intelligẽda penetrantibus: Hoc vos ſcandalizat, inquiens. Si ergo videritis Filiũ hominis aſcendẽtem vbi erat prius? tanquam diceret. Non ergo carnem meam, vel ſanguinem meum vobis corporaliter comedendam, vel bibẽdum per partes diſtributum, diſtribuendum putetis, cũ poſt reſurrectionem viſuri ſitis me cælos aſcenſurum, cum integri corporis ſiue ſanguinis mei plenitudine. Tunc intelligetis, quòd non ſicut infideles arbitrantur carnem meam à credentibus comedẽdam, ſed vere per *Tranſubſtantiatio.* myſterium, panem & uinum *in corporis & ſanguinis mei conuerſam ſubſtantiam* à credentibus ſumendam. Et conſequenter. Spiritus eſt, inquit, qui viuificat, caro nõ prodeſt quidquam. Carnem dicit quidquam non prodeſſe illo modo, ſicut infideles intelligebant, alioquin vitam præbet, ſicut à fidelibus per myſterium ſumitur. Et hoc quare, ipſe manifeſtat, cum dicit: Spiritus eſt, qui viuificat. In hoc itaque myſterio corporis & ſanguinis ſpiritualis eſt operatio, quæ vitam præſtat, ſine cuius operatione myſteria illa nihil proſunt.

Ex his omnibus, quæ ſunt hactenus dicta, monſtratũ

eſt

eſt quod corpus & ſanguis Chriſti, quæ fidelium ore in Eccleſia percipiuntur, figuræ ſint ſecundum ſpeciem viſibilem: at verò ſecundum inuiſibilem ſubſtantiam, id eſt, Diuini potentiam uerbi, corpus & ſanguis Chriſti vere exiſtunt.

Idem Bert. eodem Tractatu.

Berengarius Sacramentariæ hæreſis auctor, Palinodiam in hac forma cecinit ſui erroris. anno 1079. menſe Februario.

Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor panem & uinum, quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacræ orationis, & uerba noſtri Redemptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram propriam, ac viuificatricem carnem & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & poſt conſecrationem eſſe verum corpus Chriſti, quod natum eſt de virgine, & quod pro ſalute mundi oblatũ in cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram Patris: & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere eius effuſus eſt non tantum per ſignum & virtutem Sacramenti: ſed etiam in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ, ſicut in hoc breui & continetur, & ego legi, & vos intelligitis: ſic credo. Nec contra hanc fidem vlterius docebo, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſacra Euangelia.

In hac retractata fidei profeſſione affirmant quidam uſq; in mortem illũ perſtitiſſe.

Vvaleranus Epiſcopus Nuemburgenſis, Scripſit anno 1039.

Materia vel ſubſtantia ſacrificii, quod erat tunc, & nunc eſt in manibus Pontificis noſtri, non ſimpla eſt, ſicut nec Pontifex ſolius diuinæ vel humanæ ſolius ſubſtantiæ eſt. Eſt enim tam in Pontifice, quàm in ſacrificio diuina ſubſtantia, eſt & terrena. Terrena in utroq; eſt illud quod corporaliter vel localiter videri poteſt: diuina in vtroq; verbum inuiſibile, quod in principio erat Deus apud Deum. Nam cum diceret idẽ magnus Pontifex panẽ & vinũ tenens. Hoc eſt corpus meũ, hic eſt ſanguis meus, vox erat verbi incarnati, vox æterni principii, verbũ antiqui concilii, verbum quod huma-

Lib. de Diuinis officijs, ca. de materia ſacrificij altaris.

Hunc errorem Lutherus ſectatus eſt.

Idem eodem lib. ut Ioannes Vvicle-

phus teſtatur lib. de Serm. Domini in monte cap. 39.

nam acceperat naturam. Idem in carne manens, panis & vini accipiebat ſubſtãtiã, vita media, panem cum *ſua carne*, vinum cum ſuo iungebat ſanguine.

Sicut Chriſtus eſt ſimul Deus & homo: ſic hoc Sacramentum panis & calicis eſt ſimul panis & uinum, & corpus & ſanguis Domini Ieſu Chriſti.

Ioannes Vviclephus hæreſiarcha, ſeditioſos errores ſuos ſpargere cœpit. circa annum. 1369

Epiſt. ad Io. Epiſcop. Lincolnienſem.

En ſeruus veſter ſpirituale petit hoc ſuffragium habere in cauſſa Chriſti, quandoquidem à falſis fratribus eſt inſimulatus ſuper hæreſim de Sacramento altaris. At ego credo & vſque ad mortem meam uolo defendere, quod poſtquàm legitimus Sacerdos rite protulit ſacra verba ſuper panem, quod ſub forma panis ſit *uerum corpus Ieſu*, ſicut in toto orbe catholicus populus credit, & hoc credidi ante falſos Prophetas introductos.

Confeſsio Pragenſium, Conſule lib. Guilhelmi Vvhyte.

Articulo 1. contra Thaboritas. Chriſtus præſens in Sacram. pijs ritibus colendus eſt.

Chriſtus verus Deus & uerus homo, ex Deo patre natus, in viſibili Sacramento in ſua propriæ naturæ ſubſtantia *corporaliter præſens eſt*. Et eſt eadem prorſus caro, quam ſumpſit ex vtero matris ſuæ Mariæ, quæ reſidet in dextera Dei patris. Cui in hoc Sacramento ſic præſenti, genuflexione, cereis, & aliis ritibus, quibus Chriſtus colitur, omnes honores deferendos ducimus.

Marchus Epiſc. Epheſinus, Vix. an. 1442.

Libr. quod non ſolum à uoce Dominicorũ uerborum ſanctificantur diuina dona, uerũ &

Nos qui à ſacris Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, doctoribus Eccleſiæ, myſticæ Liturgiæ expoſitionem accepimus, apud eorum nullum reperimus ab ipſis Dominicis verbis duntaxat ſanctificari & perfici Euchariſtiæ donum, & in ipſum *Dominicum corpus & ſanguinem tranſmutari*, verumque prius recitantur uerba apud om-

nes

nes ananimi conſenſu,& nos ad memoriam rei tum ge ſtæ reuocare, & uim potentiamque quaſi eiaculari in propoſita dona ad tranſmutationem:quæ autem conſequitur poſtea, orationem & benedictionem Sacerdotis,re ipſa trāſmutare iam dona in ipſum πρωτότυπον, illud *corpus & ſanguinem* Dominicū. Hæc verò ipſa quoque verborum ſeries teſtificatur, quæ conuenientia & concordia apud nos reperiuntur:atque tota hæc oratio in iis conſiſtet.Nam in Liturgia ſacrorum Apoſtolorū à Clemente conſcripta, poſt enarrationem Dominicorum miraculorum & actorum:præterea paſſionis, reſurrectionis,reditus in cælum,ita ad verbum ſcriptum eſt: Memores igitur eorum, quæ propter nos paſſus eſt, & cætera,offerimus tibi regi ac Deo, ſecundum eius inſtitutionem,panem hunc,& húc calicem, gratias tibi per eum agentes,quòd nos dignatus fueris aſtare corā te, & tibi ſacrificare.Et te rogamus,ut propitio, ſerenoq; vultu reſpicias ſupra hæc propoſita dona coram te, & mittere digneris ſanctum tuum Spiritum ſuper hoc ſacrificium,teſtem paſſionis Domini Ieſu,ut efficiat panem hunc,corpus Chriſti tui:& calicem hunc, ſanguinem Chriſti tui.Hæc quidem Diui Apoſtoli per Beati Clementis ſcriptionem Eccleſiæ tradiderūt. Diuus uero Iacobus Hieroſolymorum primus Epiſcopus,ac primi magniq; Pōtificis frater,ſimul & ſucceſſor,ipſe quoque myſticam exponēs Liturgiam in eadem parte,poſt recitationem Dominicorum uerborum, hæc ſcribit, Memores igitur & nos peccatores,& cætera.

à conſequente oratione & benedictione ſacerdotis.

Tranſubſtantiatio.

S. Clemens Miſſam apoſtolorū ſcripto euulgauit.

S. Iacobus Domini frater, miſſam ſcripto tradidit.

Ioannes Huſſus.

Dixi & dico,panē in Euchariſtiam ſcilicet poſt uerba conſecrationis remanere:ſed illum, ne quiſquā quā dixi alio mea uerba rapiat illum ipſum panem, qui de ſeipſo hæc uerba dixit,Ego ſum panis uitæ,& non materialem. Nam Chriſtus verbi ſui ineffabili uirtute *panem & uinum tranſſubſtantiat in propriam carnem & ſanguinem.*

Lege Ioannis Pezibrami lib. de nō remanentia panis, cōtra Vviclephiſtas.

Hieronymus Pragenſis, Exuſtus eſt Baſi-
leæ, in generali Concilio.

Hæc Poggius epiſto. ad Leonardum Aretinum.

Cum rogaretur quid ſentiret de Sacramento, inquit ante conſecrationem panem, in conſecratione, & poſtea *uerum Chriſti corpus.* Tum quidam aiũt te dixiſſe poſt cõſecrationem remanere panem. Tum ille, apud piſtorem, inquit, panis remanet.

Ioannes Rokizana, Iſte perfidia & arrogantia ſua, notus eſſe cœpit circa annum 1458.

Tractat. de ſeptem Sacram. capi. 12. & ſequẽtibus.

Eſt Sacramentum Euchariſtiæ, vnum præcipuum ex iis, in quibus principaliter ſalus conſtat, & inter omnia ſingulare: quia ex ipſo omnis ſanctificatio eſt. Hæc enim hoſtia, ſemel pro mundi ſalute oblata, omnibus præcedentibus & ſubſequentibus Sacramentis virtutẽ dedit. Vnde excellenter per comparationẽ dicitur Euchariſtia, id eſt, bona gratia. Quia in hoc Sacramento non tantum eſt virtutis augmentum & gratiæ: ſed ille totus ſumitur, qui eſt fõs & origo totius gratiæ. Inſtitutio autem eiuſdem Sacramenti & illius uera fides ponitur Matthæi. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Et. 1. Corinth. 11. Ex quorum quidem uerbis patet, quòd cum Chriſtus, qui eſt verus Deus & homo, qui mentiri non poteſt, nec aliquem decipere, dixit de pane, quem in manibus benedixit, quòd ipſe eſt corpus ſuum: Et de vino, quòd eſt ſanguis ſuus. Et quòd eſt fide credendum, & conſtanter tenendum, quòd ille panis vere erat corpus ſuum, & illud vinum, vere erat ſanguis ſuus, Et de iſta materia Euchariſtiæ in Sacramento, ſcilicet quod ibi ſit *corpus Chriſti* de virgine natum, & ſic ſecundum ſuam propriam exiſtentiam & naturam, determinarunt priores. Hoc dico, quod ipſum corpus Domini Ieſu, eſt templũ diuinitatis, & ſanctiſſimæ Trinitatis, in quo tanta mirabilia Dei infiniti in ſapientia & virtute concurrunt, tã glorioſa, tam alta, tam maxima, quod cæleſtes virtutes, Cherubin & Seraphin, & omnes intelligentiæ om

nium

nium hominum & omnium ſeculorum, inæternum habeant ſatis admirari diuinam dignationem, liberalitatem, maieſtatem, ſapientiam, & poteſtatem, miſericordiam & communicabilitatem ſuæ bonitatis: in quo eſt omne bonum propoſitum in conſpectu filiorum Dei, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quapropter iuſtum & ſanctum eſt, æquum & ſalutare, quòd Chriſtiani habeant ipſum *corpus Chriſti* in Sacramento contentum, in ſumma reuerentia & timore, in ſummo deſiderio & amore ſuper terram. Sic vt omnes primũ Sacerdotes, & clerici cæteri debent orationes ſuas & pſalmodias frequentare ibi in præſentia, vbi eſt *corpus Chriſti*, Rex & Dominus omnis terræ, & vbi eſt frequentia Angelorum. Vnde grauiter peccant, & durè arguentur, qui ad hoc Deificũm corpus in iſto Sacramento leuiter ſe habent, & domini Dei ſui ibi vere exiſtentis obliuiſcuntur. Adhuc tamen amplius dicendũ eſt, quòd ipſum corpus Domini Ieſu, in Sacramento à cunctis Chriſti fidelibus debeat in timore & reuerentia magna obſeruari: quia hoc Sacramentum Chriſti fidelibus ad remiſſionem peccatorum eſt condonatum. Si recte fideles credunt & ſapiunt, dum ad hanc menſam magni regis accedunt, recumbunt inter Angelorum frequentiã, & ſanctorum omnium epulas. Vnde quicunque non afficiuntur ad bene viuendum, ſecundum obſeruantiam mandatorum Dei, & non afficiuntur ad colendũ, venerandum, adorandum *corpus Chriſti in Sacramento*, & in ipſo gaudendum, cum magno timore & amore, tales non ſunt de vera & viua fide: Et vel veram fidem non habent de hoc diuiniſſimo Sacramento, vel ſi habent, habent mortuam ſine operibus, & ſine ſpiritu viuificante. Olim penſabant primæui ſancti, reuerentiam magnã ad Sacramentum habentes diuinum, vt etiam ſacrarii ſindonem & velum, ſi cupiditate moti aliqui uenderent re peccato Iudæ tenerentur. Moderni verò Chriſtiani noſtri temporis, & calices & corporalia, atque pyxides pro corpore Domini Ieſu deputatas, ad vſus inhoneſtos,

Hereticus iſte, aſſerit corpus Chriſti in Eucharíſ. adorandum.

Fidem aut non habent, aut certe mortuam et ſine ſpiritu

viuificante, qui corpus Christi in Euchar. non adorant & venerātur. Taxatur intollerabilis ſuperbia & maxima Lutheranorū arrogātia. Veteres ſancti patres Eccleſia, ſignum crucis ſacrificio, & ſacra. reliquis adhibēdum eſſe ſanxerunt. Contra illos, qui dicunt corpus Christi in Euchariſti. non eſſe nobis datum ut illud adoremus uel colamus, ſed tantum vt comedamus Impius error eſt, dicere, Euchar.

ſtos, quandoque etiam & inuerecundos conuertunt. Iā autem & de eo quid ſancti ſentiāt de admiſtione aquæ ad uinum, circa miſſarum ſolennia. Et primò uideamus Dionyſium Magnum, Auguſtinum, Euſebium, Cyprianum, Paſchaſium, Theophilactum, Damaſcenum, Bedam. Sunt & alii adhuc Doctores, eandem materiæ illius ſententiam approbantes, ſicut Ambroſius, Remigius, Richardus, quorū dicta pro præſenti propter breuitatem omitto. Et quiuis compos exiſtens rationis, in animo ſuo trutinet & penſet, an ſecurū ſit, iſtos omnes uiros & ſanctos, & magnos abiicere, deridere & cōtēnere: & modernos ideotas, paruæ literaturæ, ſed magnæ præſumptionis exiſtentes, attendere, ſequi, & audire. Sed & de illa difficultate, ſcilicet, quod circa Euchariſtiæ confectionem, Sacerdotes quidam, ſigno crucis in benedicendo panem conſecrandum non utuntur, magis autem contemnunt, dicta ſanctorum antiquorū iam ſunt videnda, quæ ſecundo hic repetere non expedit, quia antea de Sacramento baptiſmi ſunt poſita. Ibi ergo cui placet, uideat quomodo Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus & cæteri dicant. Quòd circa talia ipſum crucis ſignum ſit obſeruandum, & quòd ſine illo nihil eorum ritè perficitur. Sed vt ſapientibus occaſio, & ſimplicibus fulcimentum præbeatur cōtra eos, qui dicunt *corpus Christi* in Sacramento non eſſe datum ad colendum, ſed ſolum ad manducandum, dicit Auguſtinus de verbis Domini, Sermone 58. Ego Dominicam carnem, propterea adoro: quia à diuinitate ſuſcepta, atque Deitati vnita eſt, ut non aliū atque alium, ſed unum eundemque Deum & hominem Dei filium eſſe confitear. Item ſuper Pſalmum. Chriſtus, inquit, de carne Mariæ carnē accepit, & ipſam carnem manducandam nobis dedit. Nemo illam carnem manducet, niſi prius adorauerit. Ex quibus patet, quòd Sacerdotes cum populo fideli debent exterius corporaliter per genuum flexiones, & capitis inclinationem, & proſtrationem quandoq; faciei in terram, reuereri & colere

& colere Chriſtum Ieſum,ſuumque corpus in Sacramẽto. Et ſic Sacerdotes debent uerbo & exemplo docere populum, ut contremiſcant, adorando & colendo, & ſummum ac uiuacem reſpectum habendo, circa hæc diuiniſſima & ineffabilia myſteria. Ex quo patet error impie dicentium, quòd corpus Chriſti uel Sacramentum, ſolum ſit nobis datum ad manducandum: & ſanguis in calice ſolum ad bibendum,& non ad colendum ſiue adorandum. Sed quod inanis & fatua ſit irriſio, qui luminum accenſionẽ coram Dominico corpore in Sacramento derident, dicentes:quia Deus eſt lux, & non egens lumine. Nam in ueteri lege etiam Domini mandato,lucernæ ſiue lumina in candelabro diſpoſita,corã panibus propoſitionis, qui fuerunt figura tantum corporis Domini in Sacramento, exardebant:multo magis decens eſt, ut hoc in præſentiam tanti Sacramenti fiat. Si nempe decens & honeſtum eſt, teſte Hieronimo in Epiſtola ad Riparium, ut lumina ardeant coram corporibus ſiue oſſibus Sanctorũ. Et ſi decens fuit temporibus primorum Sanctorum, ut lampades mortuis Chriſtianis fidelibus accendantur, ut hæc deſcribit Chryſoſtomus, Sermone 4. ſuper Epiſtolam ad Hebræos: multo magis decens eſt, honeſtum & ſanctum eſt,ut lumina coram tam Deifico & diuino *corpus Chriſti* accendantur. Sed rudes illi, & groſſi, contemptoresq; reuerentiæ decentis corporis Ieſu & ipſius Sacramenti ſciant cauſſam, cur lumina coram Sacramento accendantur. Dicit nanque Iſidorus libro 7. Etymologiarũ cap. 12. de acolytis loquens in hæc uerba. Acolyti Græcè, Latinè ceroferarii dicuntur, à portandis cereis,quãdo legendum Euangelium, aut offerendum eſt ſacrificium. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur: non ad effugandas tenebras, dum Sol eodẽ tempore rutilet, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandũ, ut ſub typo luminis corporalis, illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur. Erat lux uera,quæ illuminat omnem hominem.

nobis ſolum datam, ut ſumamus eſt non ut adoremus & colamus.

Inanis & fatua hæreticorum irriſio dicentium Deum eſſe lucem, idcirco non egere ut luminaria coram Eucha. accendãtur.

Vmbras huius Euchar. ſacram. in ueteri lege, uoluit Deus lucernarum accenſione, honorari.

Cur ſole rutilante luminaria in templis ardeant.

Hiero-

Hieronymus Sauonarola, Arſit Florentiæ circa annum 1496.

Expoſitione 2. Orat. Dominica.

Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. O anima mea, cum tu ſis pretioſior corpore, prius debemus quærere cibum tuum, qui eſt verbum Dei, & *corpus Chriſti*, quàm cibum corporis tui. Non autem omnes, qui legunt vel audiunt verbum Dei & ſumunt *corpus Chriſti*, ſumunt illud de manibus Dei. Qui enim ſcripturas addiſcunt vel audiunt, vt ſciant duntaxat aut vt ſciantur, non autem vt ſanctificentur & operentur, de manu Dei panem verbi Dei non accipiunt, ſed de manibus ſuis: ita & qui cum peccato accedunt ad Sacramentum Euchariſtiæ, panem cæli de manibus Dei non ſumunt. Nos ergo Patri noſtro cæleſti dicamus. Panem noſtrũ quotidianum, id eſt, verbum tuum, da nobis hodie: ne deficiamus in via, vt quia quotidie deficimus, quotidie nos Pater noſter paſcat & nutriat, intus illuminando corda noſtra charitate diuina, vt guſtemus & videamus quoniam dulcis eſt Dominus. Niſi enim ipſe intus illuminauerit & accenderit corda noſtra, in vanum ſumimus panem noſtrum, id eſt, verbum Dei, & *corpus Chriſti*. Quotidianum autem dicimus, & da nobis hodie: qualibet die dicere debemus, quia qualibet die ac ſingulis horis, ſi fieri poteſt, verbum Dei comedere debemus legendo, meditando, orando, & contemplando, cantantes & pſallentes in cordibus noſtris, Domino gratias agentes ſemper per Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum & Saluatorem. Similiter & panem & ſacratiſſimum corporis Chriſti quotidie: ſaltem ſpiritualiter ſumere debemus deuote, ſcilicet, audiendo Miſſam, & cum Sacerdote pariter concelebrando. Sæpe etenim Sacramentaliter illum myſticum panem ſumamus, iuxta deuotionem cordis noſtri, conſiliumque patris ſpiritualis: quia dicit Auguſtinus. Quotidie communicare nec laudo nec vitupero: diebus tamen Dominicis communicandum hortor.

Domi-

Domine,ego ſcio,quòd tu ſis verus ille creator mundi,& humanæ naturæ, verbum illud æternum, qui cælitus deſcendiſti in vterum virginis Mariæ,aſcendiſti lignum crucis fuſurus pretioſiſſimum tuum ſanguinem pro nobis miſeris peccatoribus. Ego te precor,mi Domine,ego te precor mea ſalus, ego te precor mi conſolator, vt adeo pretioſus hic ſanguis in vanum pro me fuſus non ſit, ſed mihi proſit ad remiſſionem omnium peccatorum.Quorum à te peto veniam ab eo die, quo primum aqua baptiſmatis ablutus ſum, in hoc vſque momentum: & coram te, Domine, meum agnoſcens delictum, veniam peto offenſionis, in hanc ciuitatem omnemque hunc populum,commiſſę,tam in profanis, quàm ſacris rebus, omniumque delictorum, quorum mihi memoria non eſt;

Idem Hieronymus iſte, iam morti vicinus,ſumpturus corpus Chriſti illudq; proprijs manibus tenens, orationem iſtam ad Sacram.fudit. *Epiſtol. ad Argentinenſes.*

Martinus Lutherus hæreſiarcha.

Hoc diffiteri nec poſſum nec volo, quòd ſi Carolſtadius, aut alius quiſpiam ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet in Sacramento præter panem & vinũ eſſe nihil,ille magno beneficio me ſibi deuinctum reddidiſſet. Grauibus enim curis anxius,in hac excutienda materia multum deſudabam,omnibus neruis extenſis me extricare & expedire conatus ſum, cum probe perſpiciebam,hac re Papatui cum primis me valde incommodare poſſe. Verum ego me captum video,nulla elabendi via relicta.Textus enim Euangelii nimium apertus eſt & potens, qui facile conuelli non poteſt, multo minus verbis, aut gloſſis è capite vertiginoſo confictis ſubuerti.

Hic detegit ipſe Lutherus ſuam ipſius hypocriſim quod ſcilicet ſtuduerit non Chriſti gloriam promouere, ſed odium ſuum in Pōtificem Romanum explere. *Nota bene ò Sacramentarie.*

Ea communio,quam Ethnici habent cum dæmonibus in hoc ſita eſt,quòd ex his, quæ idolis oblata ſunt, participent.Ea vero, quam cum Deo habent Chriſtiani homines, in eo quod de his, quæ illi offeruntur,nimirum de *corpore & ſanguine* Chriſti participent.

Idem,lib. de verit.corp. & ſang. D. in cœna do—

Philippus

Philippus Lantgrauius Heſsiæ,

min. contra Ioan. Oecolampadium Hæc ille, in colloquio. Spirenſi ad Granuella-num & Na uium.

De ſummis atque præcipuis dogmatis conuenit noſtris theologis: De cœna Domini fuit quidem inter eos contentio, verum ea nunc ſopita eſt: nemo enim eſt, qui non fateatur ibi *corpus & ſanguinem* Chriſti vere percipi. Sunt Dauidici, & neſcio qui præterea, ſed in hos animaduertimus.

Philippus Melanthon.

Epiſtol. ad Fredericum Myconium.

Mitto tibi locos veterum ſcriptorum de cœna Domini, vt promiſi, qui teſtantur illos idem ſenſiſſe, quod nos ſentimus, videlicet *corpus & ſanguinem Domini* vere adeſſe in cœna Dominica. Quanquam fides non pendeat ab humana auctoritate, ſed à verbo Dei, tamen cum ſcriptura imbecilles à fortioribus confirmari velit iuuat habere Eccleſiæ teſtimonia in omni genere tentationum. Vt enim viuos libenter conſulimus, quos iudicamus vſum aliquem habere ſpiritualium rerum: ita & veteres, quorum ſcripta probantur, cenſeo conſulendos eſſe. Sunt & aliæ cauſſæ, cur veterum teſtimonia nō contemnam, Exiſtimo hoc communiter ſenſiſſe Eccleſiam, quod iſti ſcripſerunt. Neque vero tutū eſt à communi ſententia veteris Eccleſiæ diſcedere. Quibuſdam valde hebetes videmur, quod in verbis Euangelii, Hoc eſt corpus meum, non videamus metaphoram, nec intelligamus nos ab infinitis quæſtionibus vnius beneficio metaphoræ liberari. Videtur inſania eſſe, ſententiā omnium longe abſurdiſſimam mordicus tenere, cum aliam commodiſſimam offerat metaphora. Hi deſiderabunt in me iudicium hic etiam, quod in his teſtimoniis hyperbolas & allegorias non deprehenderim. Ego vero non ignoro hæc σοφὰ φάρμακα, vt poeta vocat, quibus medicantur has ſententias alii. Verum quid non poterit eludi hac arte, ſi licebit allegorias comminiſci noſtro arbitrio? Quidam enim callidi homines totam religionis doctrinā hoc modo transformarunt

Vtinam ò Melanthon tibi ipſi hæc perſuaſiſſes.

in

in philoſophiam. Ego has ſententias auctorum ſine gloſſematis nudas propoſui, vt iudicium candido lecto ri relinquerem, vtrum de corporali præſentia loquantur, an de ſola efficacia. Ego quidem ſtatuo eas ῥητῶς aſſeuerare, quod *corpus Domini* vere adſit in cœna Dominica.

Ego moneo lectorem, primum vt meminerit non poſſe de cœna Domini ex hoc Auguſtini loco iudicari, cum eius rei nulla fiat ibi mentio. Quoquomodo auctoritas huius loci defendatur, tamen non debet plus valere, quàm alia clara & aperta teſtimonia Hilarii aut Cyrilli, quæ manifeſte affirmant corpus Chriſti adeſſe in cœna. Neque ego ullam ſatis firmam rationẽ inuenio cur ab hac ſententia diſcedamus. Fieri poteſt, vt alia ſententia blandiatur otioſo animo, quæ eſt magis conſentanea humano iudicio, preſertim ſic inſtructa & ornata argumentis erudite cogitatis. Sed quid fiet in tentatione, cum diſputabit conſcientia, quã habuerit cauſſam diſſentiendi à recepta ſententia in Eccleſia? Tunc iſta verba, *Hoc eſt corpus meum, fulmina erunt.* Quid his opponet mens perterrefacta, quibus ſcripturis, qua voce Dei muniet ſe, ac ſibi perſuadebit neceſſario fuiſſe hic interpretandam metaphoram? Non ſatis periti videntur horum certaminum iſti, qui tam facile ferunt noua dogmata, qui ſic delectantur ingenio, vt magis admirentur vafre cogitatas rationes, quàm verba ſcripturæ. Ego ſcio quàm leuiter in tentatione excutiantur nobis è manibus rationes illæ diſſentientes à ſcriptura, quantumvis antea viſæ plauſibiles. Et accedit hoc in iſta controuerſia magis, quàm in aliis, quòd vniuerſæ Eccleſiæ, ac toti imperio minatur horribilem mutationem. Tanti ſcandali conſcientiam ſuſtinere ſine claro & certo teſtimonio ſcripturæ quis poſſit? Ego itaque ſequor ueteris Eccleſiæ ſententiam, quæ affirmat *adeſſe corpus Chriſti in cœna*, ac iudico hanc habere ſcripturæ teſtimonium. Non enim inuenio firmam rationem, cur nomine corporis in uerbis cœnæ oporteat

Idem Lib. de ueritate corporis & ſanguinis Domini in cœna Dominica.

Fulmina erunt iſta verba, Hoc eſt corpus meũ.

tantum abſentis corporis ſignum intelligi. Quanquã enim ſermo in ſacris literis plenus ſit figurarum omnis generis, tamen plurimum inter narrationes rerum geſtarum intereſt, & inter ordinationes diuinas, ſeu dogmata de natura, ſeu voluntate Dei. In narrationibus exponuntur res inter homines geſtæ, vbi ſeries factorum ſubiecta ſenſui cogit non abſurde dicta figurate interpretari. Si in præceptis ſeu dogmatibus, quæ de natura, ſeu voluntate Dei loquuntur, idem conemur facere, quid conſequuturum ſit, facile poſſunt homines eruditi exiſtimare. Hic cum abſurditas impingit in alios clariores locos ſcripturæ, ſeu fidei articulos, corrigenda eſt beneficio figurarum: ſed ſi tantum in rationem impingat, non in ſcripturas, conuenit prεferre verbum Dei iudicio rationis. Neceſſe eſt enim certam eſſe ſententiam illorum locorum, vnde dogmata ſeu articuli ſumuntur. Quòd ſi nobis licet hos quoquo modo interpretari, deprauari poterunt omnia. Fuerunt olim aſtuti homines, qui hac ratione totam doctrinam Chriſtianã transformauerunt in Philoſophiam. Hi iudicabant Chriſtianos, homines illiteratos, quia parum aſtute intelligerent ea, quæ figurate ac tecte dicta eſſent, multa abſurda dogmata ſine cauſſa amplexos eſſe, poſſem exempla recitare, ſed habenda eſt ratio infirmi lectoris: facile perturbantur imperitorum mentes. An nemo fuit noſtris temporibus, qui ſignificauit huiuſmodi callida interpretatione, pleraque dogmata mitigari poſſe? Abrahæ mandatum eſt, vt circuncideret præputium. Quis non irriſit inter Ethnicos? Neque tamen licuit illi cum inſtitueretur ritus, aliud ſuſpicari, quàm quòd verba ſonant. Homo aſtutus poterat diſputare rem tam ridiculam nullo modo præcipi à Deo, ſed ſignificari, libidines eſſe coercendas ac frœnandas. Hoc ſum vſus exẽplo, cum alia repetiuntur magis illuſtria, ſed: non velim ſciens perturbare imbecilles animos. Nullus autem locus ſcripturæ proferri poteſt, qui teſtetur Chriſtum non adeſſe in cœna, qui cogat interpreta

ri verba cœnæ allegorice: nec vſus Eccleſiæ veteris co git ea interpretari allegorice: tantum repugnat verbis abſurditas, quæ impingit in iudicium rationis: hæc nõ eſt ſatis magna cauſſa, cur à verbis diſcedamus. Si hoc genere abſurditatis patiemur nos abſtrahi à ſcripturis, nihil habebimus præſidii in vlla tẽtatione. In afflictionibus iubemur petere, ſperare, & expectare auxilium à Deo. At nihil cauſſæ habet hic ratio, cur reclamet? Non cernitur præſentia Dei, ſi quid promiſit boni: videtur alii promiſiſſe, videtur enim iraſci nobis propter peccata. Hic maxima rationi diſſentio eſt, cum promiſſionibus. Quàm difficulter perſuaderi poteſt rationi, quòd Deo ſimul curæ, quod afficiatur noſtris malis hoc vero multo etiam difficilius perſuadetur, quod propter Chriſtum gratis, ſine noſtris meritis in gratiam recipiamur, exaudiamur, defendamur, & adiuuemur: itaque ſi hic vincent abſurda, quæ ſic rationi videntur, ſi pluris fiant quàm verbum Dei, nullam conſolationem in afflictionibus habebimus. Nec pauciora abſurda in tali certamine incurrunt in oculos, quàm in quæſtione de cœna Domini: ſed hæc non mouent otioſos animos. Ille Geometricæ & Phyſicæ ſpeculationes magnum tumultum excitant in animo vacuo, & qui conſueuit rationes quærere de doctrina religionis: & id facimus omnes paulummodo ſtudioſi: ſed recurrendum eſt ad ſcripturas, vbi cum non inueniant teſtimonium, *quod corpus Chriſti* neget adeſſe in cœna, aut interpretetur verba cœnæ aliter, quam ſonant verba, non habeo rationem ſatis firmam nouæ ſententiæ docendæ, præſertim quæ tanta ſcandala excitat, quæ, ego ſcio, non poſſe perferri, niſi habeamus firma & certa ſcripturæ teſtimonia. Me vero, etiam alia multa in ſcripturis mouent de Chriſto dicta, vt vere eum adeſſe poſſe Sacramento ſentiam. Nec video cauſſam, cur non ibi vere adeſſe poſſit, vbi vere aliquid efficit: Conſtat autem Sacramenta ad hoc inſtituta eſſe, vt per ea Deus moueat & exuſcitet mentes ad credendum. Non enim ſunt inſtituta,

Nullus ſcripturæ locus adduci poteſt, qui Chriſtum neget in Euch. *vere eſſe.*

tuta, vt tantum ſint notæ ad ſigna profeſſionis, quæ diſcernant nos ab aliis gẽtibus, ut toga Romanos diſcernebat à Græcis, aut varietas ueſtitus diſcernit monachos. Neq; parũ refert in hac cõtrouerſia, verũ vſum Sacramentorum tenere de quo magis proderat Eccleſias fideliter docere, quàm de Geometricis ſpeculationibus, quæ tantum reddunt mentes profanas, nõ alunt fidem aut timorem Dei.

Ioannes Oecolampadius, vide in quantam hic impietatem poſtmodum pro lapſus ſit.

Comio. de præſentia corporis Chriſti in Euchariſt.

Qui ſtat, ui deat ne cadat.

Vitaſſes tu ò vtinã Oecolampadi, iſtam curioſitatẽ, à qua cæteros abſterres.

Curioſitas vbique Deo ingrata, & nobis periculoſa, ſed circa Sacr. Euchar. periculoſiſſ.

Simpliciter & abſque hæſitatione, credamus adeſſe & contineri ſub hoc pane, *uerum corpus*: ſub vino autẽ. *ſanguinem*. Non dico figuram & typum tantum, vt ſacrificium Abel, vt oblationẽ, Melchiſedec, vt agnum paſchalem, manna, panes propoſitionis, ſubcinericiũ Heliæ, & cæteras Teſtamenti figuras. Abſit id blaſphemiæ vt tantum tribuamus vmbræ, quantum luci & veritati. Panis enim hic nobis non tantum figurat, *ſed eſt corpus ipſum Domini*. Habemus in hoc fidem Chriſto, veritati primariæ, quæ fallere nequit, & dixit. Accipite & manducate, hoc eſt enim corpus meum. Carnem itaque & ſanguinem Chriſti adeſſe & contineri ſimpliciter fatemur. Hic inſigni quadam & columbina ſimplicitate nobis opus eſt, ita, vt à curioſitate quàm maxime alieni ſimus, omnipotentię verbi Dei, & non imbecillitati mentis noſtræ fidem adhibentes: curioſitas noſtra ſemper Deo ingrata, & ubique periculoſa, ita hic periculoſiſſima: debiles oculos excæcat ſol inſpectus: ſcrutatorem maieſtatis peſſundat excellens claritas.

Iobus Gaſtius.

Præfat. in lib. Paſchaſii de corp. Chriſti.

Accipe igitur, optime Brenti, hoc quidquid eſt conatuli a Iobo tuiſſ. & boni conſule. Hoc enim concilio maxime hæc diutius tenebris obnoxia eſſe iniquum ratus

tus, quo totus uideret orbis, quàm non dextero Marte illi donorum Dei oſores, tam ingenti piarum mentiũ perturbatione, præſentis rei pugnam geſſerint. Qui iã poſthabitis diuinæ ſcripturæ ſcaturigine (poſteaquam operam & oleum ijſdem ſe luſiſſe viderunt) ad patrum non ita limpidos gurgites declinarũt, unde Furiis ſuis, ſed fruſtra, Deo propitio, ſuppetias venantur, Accipiát ergo hanc illam veterum de Barbarica iſtac eorum con trouerſia, elegantiſſimam ſyluulam, à D. Paſchaſio aliquod nimirum, non paucis retro ſeculis ſub paribus cõflictibus conſertam: & credant tandem quod totus cum ſcripturæ, tum orthodoxorum omnium chorus, vel luce clarius meridiana credendum docet, aut ſaltem eui ctæ rei manifeſto triumpho ultro arma mouere deſiſtant. Quoquo enium ſe verterint, ſiue ad ſcripturam ſiue ad patres, ex utrinque petitis triumphis fruſtrabuntur.

Totus, cum Scripturæ, tum orthodoxorum omnium chorus credendum docet, verum corpus Christi in ſacramento Euchari. contineri.

Ipſiſſimum Chriſti corpus eſt ſub pane.

Sola ratio, non fides miratur quid fieri contra naturam.

Solis incredulis hoc Sacramentum ſordet.

Hoc Sacramento unũ nos cum Chriſto fieri corpus.

Verum in hoc Sacramento eſſe corpus, uera fides nõ hæſitat.

Tropus, *eſt*, pro ſignificat, exploditur.

Patres quidem ſub figura corpus Chriſti eſitarunt: nos uerò reuera *ipſo corpore & ſanguine Chriſti*, cibamur.

Hoc Sacramento coaleſcere Chriſtum & Eccleſiam in vnum corpus.

Omnino quid ſublimius eſſe hoc Sacramentum, quã figuram, eo quòd mors & uita in eo ſumatur.

Ipſa Chriſti manu, hoc Sacramentum diſtribui.

Per baptiſmum ex filiis iræ renaſcimur filij Dei: per Sacramentum verò corporis Domini, vnum cum Chriſto ſortimur corpus.

Vera Chriſti caro, ut eſt paſſa & crucifixa, ſub figura panis porrigitur.

In annota. marginalibus in eundem Paſcha ſii. lib. Hic ſacrilegus Lutheranus, impium ſacramentarium mordet.

Vera Chriſti caro in dijudicabili modo ſub pane ſumptitatur.

Audis impie ſacrilege, carnem Chriſti eſſe cibum noſtrum.

Corpus & ſanguis Chriſti nullius perſonæ immunditia ſordidantur.

Chriſti carnem veram & immaculatam hoc in Sacramento ſumi.

Scripturæ & Patrum ſentētia verum Chriſti corpus n anducari.

Nō aliam cœnā habemus, atq; habuerūt Apoſtoli.

Chriſti corpore immortali,paſcimur,ut ipſi immortales cum ipſo fiamus.

Strabus luſcum irr.det Quin audis tandem, nos uerum Chriſti bibere ſanguinem,declamator ſpiritalis.

Andreas Oſiander.

In annotation.lib.7 in cap. 8.9. & .20 Ex Luca manifeſtiſſimum eſt,cum Chriſto Diſcipulis ſuis *corpus & ſanguinem ſuum* diſtribueret, Iudam adhuc adfuiſſe: quare cum Chriſtus mentionem proditoris ante Euchariſtiam fecerit,Matthæo & Marco teſtibus,eandemque Luca teſte,poſt Euchariſtiam, repetiuerit,uerba Ioannis,Euchariſtiam obmittentis,ſic accipienda iudicamus, ut utramq; mentionem proditoris, uno ſermone,complexus eſſe videatur.

Martinus Bucerus,iſtam fidem profeſſus eſt anno 1536.

Ex actis Conci. Luther. Vvittenberga, in ædibus Lutheri. Cum pane & uino,vere & ſubſtantialiter adeſt, exhibetur,& ſumitur *corpus Chriſti & ſanguis*,& Sacramentali vnione panis eſt corpus Chriſti, & porrecto pane vere adeſt,& uere exhibetur corpus Chriſti.

Ioannes Pomeranus.

Confeſſione ſua de ſacr. corporis & Neq; corrumpimus verba Chriſti effictis tropis, vt faciunt ſacramētarii, & ſe & ſcripturam miſerè torquētes,qui vbi habent muros iſtos pro ſua, vt putant, opinione

nione a hæneos: Chriſtus ſedet in dextera Dei patris: Caro nō prodeſt quidquam (qui muri quidem ſunt, ſed tantum ualent ad eorum opinionem tutandam, quantum nix ualet ad calefaciendum) multis iam editis libellis non potuerunt reſpondere vni verbo Pauli. Non diiudicās corpus Domini. Breuiter audi quid facimus, Conueniemus, accipimus panem, & edimus *corpus Chriſti*, in commemorationem corporis Chriſti pro nobis in cruce mortui. Similiter accipimus poculum, & bibimus *ſanguinem Chriſti*, in commemorationem ſanguinis pro nobis in paſſione eius & morte effuſi. Hæc & omnia & facimus & credimus ſecundum Chriſti inſtitutionem. Nam in ſui ſuæque mortis commemorationem hoc Sacramentum Chriſtus inſtituit. Nam Chriſtus dicit, hoc facite, in quo verbo fidenter facimus quæ Chriſtus inſtituit. Sed hic diſcordia orta eſt ex iſto verbo. Nam ſacramentarii exponunt: Hoc facite, id eſt, accipite panem & comedite panem, accipite uinum & bibite uinum. Ita dicere debent, qui nolunt videre & audire quid Chriſtus dicat. Nos uerò inuiolatam ſeruantes Chriſti inſtitutionem, ſic dicimus: Chriſtus accepit panem, & dedit Diſcipulis ſuis dicens: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite, id eſt, accipite panem, & comedite meum corpus, credentes panem, quem ſecundum meam inſtitutionem editis in meam commemorationem, nō ſimpliciter eſſe panem, ſed *meum corpus*, quod pro vobis datur. Similiter accepit calicem & dedit eis dicens: bibite ex hoc omnes. Hic eſt ſanguis meus, &c. Hoc facite quotieſcunque biberitis in meam commemorationē. Facite, inquit, hoc eſt, accipite calicem & bibite meum ſanguinem, credentes poculum, quod me inſtituente in mei commemorationem bibitis, *eſſe meum ſanguinem*. Chriſtus ergo non inſtituit & dixit: Hoc facite, id eſt, accipite & comedite panem, accipite & bibite uinum, ſed hoc facite, id eſt, accipite & comedite meum corpus. Sic uolo, ſic iubeo, ſic inſtituo, ut in mei commemoratio

ſanguinis Chriſti. Se, & ſcripturam miſere ſacramētarij torquent.

Abſurda ſacramentar. interpretatio.

morationem comedatis *corpus meum*. Non inſtituo vt in mei commemorationem edatis ſimpliciter panem, ſed panem quem editis, credatis eſſe corpus meum, &c. Accipite ergo & comedite panem quem frangitis inter vos, qui eſt *corpus meum*. Accipite & bibite poculum quod diſtribuitis inter vos, quod eſt ſanguis meus. Inſtituo & uolo vt in commemorationem mortis meæ edatis corpus meum, & bibatis meum ſanguinem, vt ille panis, qui edetur ſæpe in commemorationem mei ſit *corpus meum*, & illud poculum, quod ſæpè bibetis in commemorationem mei ſit ſanguis meus.

Ioannes Brentius.

Homil. 50. in Euangel. Lucæ. Poſtquàm Chriſtus aſcendit in cælum, non iam eſt in locis pro carnali humanæ rationis imaginatiōe, ſed pro ratione diuina, quare etſi *corpus eius* ſit ſimul in cælo & in terra, ſuper cælos & in cœna, non tamen eſt in diuerſis locis iuxta carnis cogitationes, ſed eſt potius in uno loco.

Confeſsio Vvirtenbergenſis.

De ſubſtātia Euchariſtiæ ſentimus & docemus, quod *verum corpus Chriſti & uerus ſanguis* eius in Euchariſtia diſtribuatur, & refutamus eos, qui dicunt, panem & vinum eſſe tantum abſentis corporis & ſanguinis Chriſti ſigna.

Henricus 8 Rex Anglie

CLAS-

CLASSIS NONA

IVDAEORVM ET ETHNICORVM.

Rabbi Moſes Hadarſan. Vixit ante Chriſtum natum.

Qvi panem vel cibum omni carni. Amplius dictum eſt verbum notum, Qui, dat panẽ omni carni. Hoc eſt quod dictum eſt Pſal mo 34. Guſtate & uidete, quoniã bonus eſt Deus. Quia panis, quem dat omnibus ipſe eſt *caro eius*. Et dum guſtatur panis, *conuertitur in carnem*. Et hoc eſt quod dictum eſt, Et uidete, quoniã bonus eſt Deus. Et erit hoc mirabile magnum. *In Pſa. 136* *Tranſubſtantiatio.*

Rabbi Cahana, Et hic ante Chriſtum natum vixit.

Ligans ad vitem ciuitatem ſuam, & palmitem ò fili mi aſinum ſuum, Lauabit in uino ueſtem ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Rubriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Hæc verba ligãs ad vitem ciuitatem ſuam, oſtendunt, quòd ſacrificium quod fiet ex uino, non ſolum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, ſed etiam *conuertetur in ſubſtantiam corporis eius*. Verba autem illa, Et ad palmitem ò fili mi aſinum ſuum. Significant, quòd diuinitas & Dei Filius unietur aſino, id eſt, materiæ ſuæ. Rubriores ſunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Hoc eſt, In ſacrificio quod fiet ex pane, non obſtante quòd album ſit velut lac, conuertetur ſubſtantia *in ſubſtantiam corporis Meſſiæ*, eritq́; in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſangui- *In cap. Geneſeos 49.* *Nota. Tranſubſtantiatio.*

nis Meſſiæ rubra, ut vinum. Erunt item in ſacrificio uini, ſanguis & *caro Meßiæ*, & eadem erunt in pane. Quoniam corpus Meſſiæ non poteſt diuidi: idque ratio poſtulat. Nam ſi caro & ſanguis diuiſa eſſent, diſtinguerẽtur ab inuicem. Corpus autem Meſſiæ non poteſt diuidi: ſicut ſcriptum eſt Exodi 12. Et ſubſtantiam non confringetis in eo. Præterea caro ſine ſanguine, & ecõuerſo ſunt res mortuæ: corpus verò Meſſiæ poſt reſurrectionem, quia glorificatum erit, ſemper uiuet.

Raddi Iudas, & hic ſimiliter antequam Chriſtus ſecundum carnem naſceretur vixit.

In cap. 28. lib. Numerorum. *Tranſubſtantiatio.*

Panis facierum coram me ſemper) Quare dicatur panis facierum ratio eſt: tranſmutabitur ex ſubſtantia panis, cum ſacrificabitur, *in ſubſtantiam corporis Meßiæ*, qui deſcendit de cælis. Et ipſe idem erit ſacrificium, Ideoque dicit. Reſpicietis ad offerendum mihi, id eſt, offerri me. Eritq; inuiſibilis atq; impalpabilis. Cuius rei fidẽ facit ſedes Eliæ. Et magiſtri aiunt, eam ob rem dictũ eſſe panem facierum, quia in ipſo ſacrificio erũt duæ ſubſtantiæ, diuinitas & humanitas.

Rabbi Simeon, vixit ante Meſsiam natum.

Lib. cui titulus inueſtigatio ſecretorum. *Angelis datum non eſt quod ſacerdotibus.*

Hoc eſt ſacrificium, quod, poſtquàm venerit Meſſias facient Sacerdotes coram Deo ſancto & benedicto. Tunc enim ceſſabunt omnia ſacra, quæ prius fiebant. Facient autem ſacrificium illud ex pane & uino: Quod cum primum Sacerdotes exercebũt, omnes Angeli cæli audientes illa ſacra ſanctaq; verba, ex ore Sacerdotũ prodeuntia, intelligentes inuidebunt mirum in modũ illis, & contremiſcent. Iratique omnes ad Deum venient, dicentes: O Domine mũdi, quàm magna eſt laus iſta, quam dediſti Iſrael, qui peccatis pleni ſunt, & non dediſti nobis, qui coram te à peccatis ſumus immunes. Deus reſpondebit illis, dicetque. Non eſt uobis locus

inuidiæ

inuidiæ in Iſrael,quandoquidem vos oratum pro illis acceſſiſtis.Quia autem illi peccatores ſunt,& ad peccãdum procliues:ideo , ut illis remittam , Meſſiam miſi, docuique eos hanc excellentem laudem. Vos uerò, qui peccare non poteſtis , non indigetis huiuſmodi laude. Tunc Angeli ab ira diſcedentes,dicent.Domine,Deus noſter , quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra:quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.Tunc Deus miſericordia implebitur, & virtute ingenti ſanctorum verborum,quæ ab ore Sacerdotũ manabunt,illud & omne ſacrificium , quod in unaquaque ara celebrabitur.*in corpus Meſſiæ conuertetur.* Tum Angeli coram Deo ſancto & benedicto laudes maximas edẽt, dicentes:Sanctus,ſanctus, ſanctus, dominus Deus exercituum. Pleni ſunt cæli & terra gloria tua. *Tranſubſtãtiatio.*

Rabbi Berachias, Vixit ante Meſsiam.

Quid eſt quod fuit?ipſum eſt quod erit.) Quẽadmodum fuit redemptor,primus,id eſt, Moſes:ita erit & redemptor vltimus.Sicut enim redẽptor primus fecit deſcendere manna,ſicut ſcriptum eſt Exod. 16. cap. Ecce ego pluam vobis panem de cælo: ita quoq; redemptor vltimus,id eſt,Meſſias erit placenta frumenti in terra. *Expoſitione in Eccleſiaſteu.*

Rabbi Ionathas,ben Vziel,Vixit ante Meſſiam.

Et erit ſacrificium panis in terra, in capite montium Eccleſiæ.Videat qui habet oculos, quòd ſicut dictũ eſt, ille eſt Meſſias,de quo loquitur totus Pſalmus.Cum ergo ait, Et erit placenta frumenti in terra in capite mõtium,vult dicere,quod placenta panis, fiet ſacrificiũ in capitibus Sacerdotum,qui ſunt in Eccleſia. *Lib. Collectionum.*

Rabbi Abraham,Opinor & iſtum ante natum Chriſtum vixiſſe.

Qui dat eſcam omni carni.) Hic eſt de quo Pſal. 34. ſcriptum eſt:Guſtate & uidete,quoniam ſuauis eſt Do- *In Pſa.136*

minus, quia panis, quem ipſe dat, *caro eius eſt.*

Rabbi Solomon, Vixit circiter Chriſti natiuitatem.

In Pſal. 72. Erit placenta frumenti in terra, in vertice montiū.) Magiſtri noſtri expoſuerunt hoc eſſe genus placentarū in diebus Meſſiæ. Vnde in libro Siphiæ habetur. In diebus Meſſiæ frumenta producent placentulas, ſicut eſt plenitudo volæ ſiue palmæ manus, & venies & accipies inde plenitudinem placentulæ rotundæ, inſtar uolæ manus, iuxta refectionem tuam.

Fides Rabbinorum Iudæorum.

Erit buccella panis in terra in vertice montium.) Ipſa buccella panis, ē ipſe Meſſias, iuxta illud Oſeæ: Inclinabo ad eos cibum, & traham eos in funibus Adam. Sicut enim, fuit redemptor primus, id eſt, Moſes: ita erit & redemptor nouiſſimus, id eſt, Meſſias. Nam ſicut Moſes dedit panem è cælo: ita Meſſias erit, vt ſcriptum eſt, buccella panis in terra.

Opinio Rabbinorum Iudæorum.

Nam ſicut Elias à Deo illud obtinuit, ut cuique Hebræo ſeſe ubi ubiuis circumcidenti aſſiſtat, ita Meſſias obtinuit, ut ſit in terra in qualibet buccella panis inuiſibiliter.

Vide de iſto Philoſopho Serm. 2. dionyſii Rycelij de Sacr. Eucha. dignitate.

Auerrois Philoſophus.

Mundum peragraui, uarias ſectas inueni, & nunquā tam fatuam repperi ſectam, ſicut eſt ſecta Chriſtianorum, quoniam *Deum ſuum*, quem colunt, deuorat dentibus.

CLAS-

CLASSIS DECIMA

AVCTORITATVM

VTRIVSQVE TESTAMENTI,

quibus clare oſtenditur: Chriſtum Eccleſiæ ſuæ perpetuo adeſſe, ideoque illam nec vnquam eraſſe, aut errare poſſe, eamq; audiendam, & claram ac uiſibilem eſſe.

SI difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſſam & cauſſam, lepram & nō lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcēde ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudicabunt tibi, iudicii ueritatem, & facies quodcunq; dixerint qui pręſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. *Deut. ca. 17*

Ex Dauide.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnē terram: memores erunt nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculū ſeculi. *Pſal. 44.*

Deus

Ex eodem Pſal.45. Deus in medio eius, non commouebitur.

Ex eodem Pſal.88. In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam, & teſtamentum meum fidele ipſi. Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.

Ex eodem Pſal.131. Hæc requies mea in ſeculũ ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam.

Idem Pſalmo.144. Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Ex Eſaia.

Cap.33. Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis veſtræ. Oculi tui videbunt Ieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter.

Item ex Eſaya.ca.45. Tantum in te eſt Deus: & non eſt abſque te Deus Iſrael. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator. Confuſi ſunt & erubuerunt, omnes, ſimul abierunt in cõfuſionem fabricatores errorum. Iſrael ſaluatus eſt in Domino, ſalute æterna. Non confundemini, & non erubeſcetis vſq; in ſeculum ſeculi, quia hæc dicit Dominus creans cælos.

Idem ca.51 Salus mea in ſempiternum erit, & iuſtitia mea nõ deficiet. Salus mea in ſempiternum erit, & iuſtitia in generationes generationum.

Cap. 54. Dixit Deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcõdi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redẽptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltra ſuper terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi, & non increpem

pem te,Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent:miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miſerator tuus Dominus.Omne vas,quod fictum eſt,contra te nõ dirigetur: & omnem linguam reſiſtentem tibi, in iudicio iudicabis. *Auctoritas Conciliorũ Eccleſiæ.*

Feriam uobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. *Ex Eſaia Cap. 55.*

Erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur,

Timebunt qui ab Occidente,nomen Domini:& qui ab ortu ſolis, gloriam eius:cum venerit quaſi fluuius violentus,quem ſpiritus Domini cogit,& uenerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis,dicit Dominus. Spiritus meus, qui eſt in te, & uerba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, à modo & vſque in ſempiternum. *Item ca. 59*

Super muros tuos,Ieſuralem,conſtitui cuſtodes,tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Ex eodem Cap.62.*

Ex Ieremia.

Patrem vocabis me,& poſt me ingredi non ceſſabis. *Cap. 3.*

Ecce dies venient,dicit Dominus: & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum.Non ſecundum pactum quod pepegi cum patribus ueſtris in die qua apprehendi manum eorum,ut educerem eos de terra Aegypti:pactum quod irritum fecerunt,& ego dominatus ſum eorum,dicit Dominus.. Sed hoc erit pactũ quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus Dabo legem meam in uiſceribus eorum,& in corde eorum ſcribam eam:& ero eis in Deum,& ipſi erunt mihi in populum.Hæc dicit Dominus qui dat ſolem in lumine diei, ordinem lunæ & ſtellarum in lumine noctis: qui turbat mare & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges iſtæ coram me, *Ex eodem cap.31*

dicit

tantum abſentis corporis ſignum intelligi. Quanquã enim ſermo in ſacris literis plenus ſit figurarum omnis generis, tamen plurimum inter narrationes rerum geſtarum intereſt, & inter ordinationes diuinas, ſeu dogmata de natura, ſeu voluntate Dei. In narrationibus exponuntur res inter homines geſtæ, vbi ſeries factorum ſubiecta ſenſui cogit non abſurde dicta figurate interpretari. Si in præceptis ſeu dogmatibus, quæ de natura, ſeu voluntate Dei loquuntur, idem conemur facere, quid conſequuturum ſit, facile poſſunt homines eruditi exiſtimare. Hic cum abſurditas impingit in alios clariores locos ſcripturæ, ſeu fidei articulos, corrigenda eſt beneficio figurarum: ſed ſi tantum in rationem impingat, non in ſcripturas, conuenit prеferre verbum Dei iudicio rationis. Neceſſe eſt enim certam eſſe ſententiam illorum locorum, vnde dogmata ſeu articuli ſumuntur. Quòd ſi nobis licet hos quoquo modo interpretari, deprauari poterunt omnia. Fuerunt olim aſtuti homines, qui hac ratione totam doctrinam Chriſtianã transformauerunt in Philoſophiam. Hi iudicabant Chriſtianos, homines illiteratos, quia parum aſtute intelligerent ea, quæ figurate ac tecte dicta eſſent, multa abſurda dogmata ſine cauſſa amplexos eſſe, poſſem exempla recitare, ſed habenda eſt ratio infirmi lectoris: facile perturbantur imperitorum mentes. An nemo fuit noſtris temporibus, qui ſignificauit huiuſmodi callida interpretatione, pleraque dogmata mitigari poſſe? Abrahæ mandatum eſt, vt circuncideret præputium. Quis non irriſit inter Ethnicos? Neque tamen licuit illi cum inſtitueretur ritus, aliud ſuſpicari, quàm quòd verba ſonant. Homo aſtutus poterat diſputare rem tam ridiculam nullo modo præcipi à Deo, ſed ſignificari, libidines eſſe coercendas ac frœnandas. Hoc ſum vſus exẽplo, cum alia reperiuntur magis illuſtria, ſed: non velim ſciens perturbare imbecilles animos. Nullus autem locus ſcripturæ proferri poteſt, qui teſtetur Chriſtum non adeſſe in cœna, qui cogat interpreta

ri verba cœnæ allegorice: nec vſus Eccleſiæ veteris co-git ea interpretari allegorice: tantum repugnat verbis abſurditas, quæ impingit in iudicium rationis: hæc nõ eſt ſatis magna cauſſa, cur à verbis diſcedamus. Si hoc genere abſurditatis patiemur nos abſtrahi à ſcripturis, nihil habebimus præſidii in vlla tẽtatione. In afflictionibus iubemur petere, ſperare, & expectare auxilium à Deo. At nihil cauſſæ habet hic ratio, cur reclamet? Non cernitur præſentia Dei, ſi quid promiſit boni: videtur alii promiſiſſe, videtur enim iraſci nobis propter peccata. Hic maxima rationi diſſentio eſt, cum promiſſionibus. Quàm difficulter perſuaderi poteſt rationi, quòd Deo ſimul curæ, quod afficiatur noſtris malis hoc vero multo etiam difficilius perſuadetur, quod propter Chriſtum gratis, ſine noſtris meritis in gratiam recipiamur, exaudiamur, defendamur, & adiuuemur: itaque ſi hic vincent abſurda, quæ ſic rationi videntur, ſi pluris fiant quàm verbum Dei, nullam conſolationem in afflictionibus habebimus. Nec pauciora abſurda in tali certamine incurrunt in oculos, quàm in quæſtione de cœna Domini: ſed hæc non mouent otioſos animos. Ille Geometricæ & Phyſicæ ſpeculationes magnum tumultum excitant in animo vacuo, & qui conſueuit rationes quærere de doctrina religionis: & id facimus omnes paulummodo ſtudioſi: ſed recurrendum eſt ad ſcripturas, vbi cum non inueniant teſtimonium, *quod corpus Chriſti* neget adeſſe in cœna, aut interpretetur verba cœnæ aliter, quam ſonant verba, non habeo rationem ſatis firmam nouæ ſententiæ docendæ, præſertim quæ tanta ſcandala excitat, quæ, ego ſcio, non poſſe perferri, niſi habeamus firma & certa ſcripturæ teſtimonia. Me vero, etiam alia multa in ſcripturis mouent de Chriſto dicta, vt vere eum adeſſe poſſe Sacramento ſentiam. Nec video cauſſam, cur non ibi vere adeſſe poſſit, vbi vere aliquid efficit: Conſtat autem Sacramenta ad hoc inſtituta eſſe, vt per ea Deus moueat & exuſcitet mentes ad credendum. Non enim ſunt inſti-

tuta,

Nullus ſcripturæ locus adduci poteſt, qui Chriſtum neget in Euch. *vere eſſe.*

tuta, vt tantum ſint notæ ad ſigna profeſſionis, quæ diſcernant nos ab aliis gẽtibus, ut toga Romanos diſcernebat à Græcis, aut varietas ueſtitus diſcernit monachos. Neq; parũ refert in hac cõtrouerſia, verũ vſum Sacramentorum tenere de quo magis proderat Eccleſias fideliter docere, quàm de Geometricis ſpeculationibus, quæ tantum reddunt mentes profanas, nõ alunt fidem aut timorem Dei.

Ioannes Oecolampadius, vide in quantam hic impietatem poſtmodum pro lapſus ſit.

Concio. de præſentia corporis Chriſti in Euchariſt.

Qui ſtat, ui deat ne cadat.

Vitaſſes tu ò vtinã Oecolampadi, iſtam curioſitatẽ, à qua cæteros abſterres.

Curioſitas vbique Deo ingrata, & nobis periculoſa, ſed circa Sacr. Euchar. periculoſiſſ.

Simpliciter & abſque hæſitatione, credamus adeſſe & contineri ſub hoc pane, *uerum corpus*: ſub vino autẽ. *ſanguinem*. Non dico figuram & typum tantum, vt ſacrificium Abel, vt oblationẽ, Melchiſedec, vt agnum paſchalem, manna, panes propoſitionis, ſubcinericiũ Heliæ, & cæteras Teſtamenti figuras. Abſit id blaſphemiæ vt tantum tribuamus vmbræ, quantum luci & veritati. Panis enim hic nobis non tantum figurat, *ſed eſt corpus ipſum Domini*. Habemus in hoc fidem Chriſto, veritati primariæ, quæ fallere nequit, & dixit. Accipite & manducate, hoc eſt enim corpus meum. Carnem itaque & ſanguinem Chriſti adeſſe & contineri ſimpliciter fatemur. Hic inſigni quadam & columbina ſimplicitate nobis opus eſt, ita, vt à curioſitate quàm maxime alieni ſimus, omnipotentię verbi Dei, & non imbecillitati mentis noſtræ fidem adhibentes: curioſitas noſtra ſemper Deo ingrata, & ubique periculoſa, ita hic periculoſiſſima: debiles oculos excæcat ſol inſpectus: ſcrutatorem maieſtatis peſſundat excellens claritas.

Iobus Gaſtius.

Præfat. in lib. Paſchaſii de corp. Chriſti.

Accipe igitur, optime Brenti, hoc quidquid eſt conatuli a Iobo tuiſſ. & boni conſule. Hoc enim concilio maxime hæc diutius tenebris obnoxia eſſe iniquum ratus

tus, quo totus uideret orbis, quàm non dextero Marte illi donorum Dei oſores, tam ingenti piarum mentiū perturbatione, præſentis rei pugnam geſſerint. Qui iã poſthabitis diuinæ ſcripturæ ſcaturigine (poſteaquam operam & oleum ijſdem ſe luſiſſe viderunt) ad patrum non ita limpidos gurgites declinarūt, unde Furiis ſuis, ſed fruſtra, Deo propitio, ſuppetias venantur, Accipiãt ergo hanc illam veterum de Barbarica iſtac eorum con trouerſia, elegantiſſimam ſyluulam, à D. Paſchaſio aliquod nimirum, non paucis retro ſeculis ſub paribus cō flictibus conſertam: & credant tandem quod totus cum ſcripturæ, tum orthodoxorum omnium chorus, vel luce clarius meridiana credendum docet, aut ſaltem eui ctæ rei manifeſto triumpho ultro arma mouere deſiſtant. Quoquo enim ſe verterint, ſiue ad ſcripturam ſiue ad patres, ex utrinque petitis triumphis fruſtrabuntur.

Totus, cum Scripturæ, tum orthodoxorum omnium chorus credendum docet, verum corpus Chriſti in ſacramento Euchari. contineri.

Ipſiſsimum Chriſti corpus eſt ſub pane.

Sola ratio, non fides miratur quid fieri contra naturam.

Solis incredulis hoc Sacramentum ſordet.

Hoc Sacramento unū nos cum Chriſto fieri corpus.

Verum in hoc Sacramento eſſe corpus, uera fides nō hæſitat.

Tropus, *eſt*, pro ſignificat, exploditur.

Patres quidem ſub figura corpus Chriſti eſitarunt: nos uerò re uera *ipſo corpore & ſanguine Chriſti*, cibamur.

In annota. marginalibus in eundem Paſcha ſii.lib.

Hoc Sacramento coaleſcere Chriſtum & Eccleſiam in vnum corpus.

Omnino quid ſublimius eſſe hoc Sacramentum, quã figuram, eo quòd mors & uita in eo ſumatur.

Hic ſacrilegus Lutheranus, impium ſacramentarium mordet.

Ipſa Chriſti manu, hoc Sacramentum diſtribui.

Per baptiſmum ex filiis iræ renaſcimur filij Dei: per Sacramentum verò corporis Domini, vnum cum Chriſto ſortimur corpus.

Vera Chriſti caro, ut eſt paſſa & crucifixa, ſub figura panis porrigitur.

Vera Chriſti caro in dijudicabili modo ſub pane ſumptitatur.

Audis impie ſacrilege, carnem Chriſti eſſe cibum noſtrum.

Corpus & ſanguis Chriſti nullius perſonæ immunditia ſordidantur.

Chriſti carnem veram & immaculatam hoc in Sacramento ſumi.

Scripturæ & Patrum ſentẽtia verum Chriſti corpus n anducari.

Nõ aliam cœnã habemus, atq; habuerũt Apoſtoli.

Chriſti corpore immortali,paſcimur,ut ipſi immortales cum ipſo fiamus.

Strabus luſcum irr.det Quin audis tandem, nos uerum Chriſti bibere ſanguinem,declamator ſpiritalis.

Andreas Oſiander.

In annotation.lib.7 in cap. 8.9. & 20 Ex Luca manifeſtiſſimum eſt,cum Chriſto Diſcipulis ſuis *corpus & ſanguinem ſuum* diſtribueret, Iudam adhuc adfuiſſe: quare cum Chriſtus mentionem proditoris ante Euchariſtiam fecerit,Matthæo & Marco teſtibus,eandemque Luca teſte,poſt Euchariſtiam, repetiuerit,uerba Ioannis,Euchariſtiam obmittentis,ſic accipienda iudicamus, ut utramq; menrionem proditoris, uno ſermone,complexus eſſe videatur.

Martinus Bucerus,iſtam fidem profeſſus eſt anno 1536.

Ex actis Conci. Luther. Vvittenberga, in adibus Lutheri. Cum pane & uino,vere & ſubſtantialiter adeſt, exhibetur,& ſumitur *corpus Chriſti & ſanguis*,& Sacramentali vnione panis eſt corpus Chriſti, & porrecto pane vere adeſt,& uere exhibetur corpus Chriſti.

Ioannes Pomeranus.

Confeßione ſua de ſacr. corporis & Neq; corrumpimus verba Chriſti effictis tropis, vt faciunt ſacramẽtarii, & ſe & ſcripturam miſerè torquẽtes,qui vbi habent muros iſtos pro ſua, vt putant, opinione

nione a hæneos:Chriſtus ſedet in dextera Dei patris: Caro nõ prodeſt quidquam(qui muri quidem ſunt,ſed tantum ualent ad eorum opinionem tutandam, quantum nix ualet ad calefaciendum) multis iam editis libellis non potuerunt reſpondere vni verbo Pauli.Non diiudicãs corpus Domini.Breuiter audi quid facimus, Conueniemus,accipimus panem, & edimus *corpus Chriſti*, in commemorationem corporis Chriſti pro nobis in cruce mortui. Similiter accipimus poculum,& bibimus *ſanguinem Chriſti*, in commemorationem ſanguinis pro nobis in paſſione eius & morte effuſi. Hæc & omnia & facimus & credimus ſecundum Chriſti inſtitutionem. Nam in ſui ſuæque mortis commemorationem hoc Sacramentum Chriſtus inſtituit. Nam Chriſtus dicit, hoc facite, in quo verbo fidenter facimus quæ Chriſtus inſtituit. Sed hic diſcordia orta eſt ex iſto verbo.Nam ſacramentarii exponunt:Hoc facite, id eſt,accipite panem & comedite panem, accipite uinum & bibite uinum.Ita dicere debent,qui nolunt videre & audire quid Chriſtus dicat.Nos uerò inuiolatam ſeruantes Chriſti inſtitutionem, ſic dicimus: Chriſtus accepit panem,& dedit Diſcipulis ſuis dicens: Accipite,comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite,id eſt, accipite panem, & comedite meum corpus,credentes panem,quem ſecundum meam inſtitutionem editis in meam commemorationem,nõ ſimpliciter eſſe panem,ſed *meum corpus*, quod pro vobis datur.Similiter accepit calicem & dedit eis dicens: bibite ex hoc omnes.Hic eſt ſanguis meus, &c. Hoc facite quotieſcunque biberitis in meam commemorationẽ. Facite,inquit,hoc eſt,accipite calicem & bibite meum ſanguinem, credentes poculum, quod me inſtituente in mei commemoratiouem bibitis,*eſſe meum ſanguinem*. Chriſtus ergo non inſtituit & dixit:Hoc facite, id eſt, accipite & comedite panem,accipite & bibite uinum, ſed hoc facite, id eſt, accipite & comedite meum corpus.Sic uolo,ſic iubeo,ſic inſtituo, ut in mei comme-

ſanguinis Chriſti.

Se, & ſcripturam miſere ſacramẽtarij torquent.

Abſurda ſacramentar. interpretatio.

moratione̅m comedatis *corpus meum* . Non inſtituo vt in mei commemorationem edatis ſimpliciter panem, ſed panem quem editis, credatis eſſe corpus meum, &c. Accipite ergo & comedite panem quem frangitis inter vos, qui eſt *corpus meum*. Accipite & bibite poculum quod diſtribuitis inter vos, quod eſt ſanguis meus. Inſtituo & uolo vt in commemorationem mortis meæ edatis corpus meum, & bibatis meum ſanguinem, vt ille panis, qui edetur ſæpe in commemorationem mei ſit *corpus meum*, & illud poculum, quod ſæpè bibetis in commemorationem mei ſit ſanguis meus.

Ioannes Brentius.

Homil. 50. in Euangel. Lucæ.

Poſtquàm Chriſtus aſcendit in cælum, non iam eſt in locis pro carnali humanæ rationis imaginatiõe, ſed pro ratione diuina, quare etſi *corpus eius* ſit ſimul in cælo & in terra, ſuper cælos & in cœna, non tamen eſt in diuerſis locis iuxta carnis cogitationes, ſed eſt potius in uno loco.

Confeſsio Vvirtenbergenſis.

De ſubſtãtia Euchariſtiæ ſentimus & docemus, quod *verum corpus Chriſti & uerus ſanguis* eius in Euchariſtia diſtribuatur, & refutamus eos, qui dicunt, panem & vinum eſſe tantum abſentis corporis & ſanguinis Chriſti ſigna.

Henricus 8 Rex Angliæ

CLAS-

CLASSIS NONA IVDAEORVM ET ETHNICORVM.

Rabbi Moſes Hadarſan. Vixit ante Chriſtum natum.

Qvi panem vel cibum omni carni. Amplius dictum eſt verbum notum, Qui, dat panẽ omni carni. Hoc eſt quod dictum eſt Pſalmo 34. Guſtate & uidete, quoniá bonus eſt Deus. Quia panis, quem dat omnibus ipſe eſt *caro eius*. Et dum guſtatur panis, *conuertitur in carnem*. Et hoc eſt quod dictum eſt, Et uidete, quoniá bonus eſt Deus. Et erit hoc mirabile magnum. *In Pſa. 136* *Tranſubſtantiatio.*

Rabbi Cahana, Et hic ante Chriſtum natum vixit.

Ligans ad vitem ciuitatem ſuam, & palmitem ò fili mi aſinum ſuum, Lauabit in uino ueſtem ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Rubriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Hæc verba ligans ad vitem ciuitatem ſuam, oſtendunt, quòd ſacrificium quod fiet ex uino, non ſolum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, ſed etiam *conuertetur in ſubſtantiam corporis eius*. Verba autem illa, Et ad palmitem ò fili mi aſinum ſuum. Significant, quòd diuinitas & Dei Filius unietur aſino, id eſt, materiæ ſuæ. Rubriores ſunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Hoc eſt, In ſacrificio quod fiet ex pane, non obſtante quòd album ſit velut lac, conuertetur ſubſtantia *in ſubſtantiam corporis Meſsia*, eritq; in ipſo ſacrificio ſubſtantia ſangui- *In cap. Geneſeos 49.* *Nota.* *Tranſubſtantiatio.*

nis Meſſiæ rubra,ut vinum.Erunt item in ſacrificio ui-ni,ſanguis & *caro Meſſiæ*,& eadem erunt in pane. Quoniam corpus Meſſiæ non poteſt diuidi: idque ratio poſtulat. Nam ſi caro & ſanguis diuiſa eſſent, diſtinguerẽtur ab inuicem. Corpus autem Meſſiæ non poteſt diuidi: ſicut ſcriptum eſt Exodi 12. Et ſubſtantiam non confringetis in eo. Præterea caro ſine ſanguine, & ecõuerſo ſunt res mortuæ: corpus verò Meſſiæ poſt reſurrectionem, quia glorificatum erit, ſemper uiuet.

Raddi Iudas,& hic ſimiliter antequam Chriſtus ſecundum carnem naſceretur vixit.

In cap. 28. lib. Numerorum.

Tranſubſtantiatio.

Panis facierum coram me ſemper) Quare dicatur panis facierum ratio eſt: tranſmutabitur ex ſubſtantia panis, cum ſacrificabitur, *in ſubſtantiam corporis Meſſiæ*, qui deſcendit de cælis. Et ipſe idem erit ſacrificium, Ideoque dicit. Reſpicietis ad offerendum mihi, id eſt, offerri me. Eritq; inuiſibilis atq; impalpabilis. Cuius rei fidẽ facit ſedes Eliæ. Et magiſtri aiunt, eam ob rem dictũ eſſe panem facierum, quia in ipſo ſacrificio erũt duæ ſubſtantiæ, diuinitas & humanitas.

Rabbi Simeon, vixit ante Meſsiam natum.

Lib. cui titulus inueſtigatio ſecretorum.

Angelis datum non eſt quod ſacerdotibus.

Hoc eſt ſacrificium, quod, poſtquàm venerit Meſſias facient Sacerdotes coram Deo ſancto & benedicto. Tunc enim ceſſabunt omnia ſacra, quæ prius fiebant. Facient autem ſacrificium illud ex pane & uino: Quod cum primum Sacerdotes exercebũt, omnes Angeli cæli audientes illa ſacra ſanctaq; verba, ex ore Sacerdotũ prodeuntia, intelligentes inuidebunt mirum in modũ illis, & contremiſcent. Ira tique omnes ad Deum venient, dicentes: O Domine mũdi, quàm magna eſt laus iſta, quam dediſti Iſrael, qui peccatis pleni ſunt, & non dediſti nobis, qui coram te à peccatis ſumus immunes. Deus reſpondebit illis, dicetque. Non eſt uobis locus inuidiæ

inuidiæ in Iſrael, quandoquidem vos oratum pro illis acceſſiſtis. Quia autem illi peccatores ſunt, & ad peccãdum procliues: ideo, ut illis remittam, Meſſiam miſi, docuique eos hanc excellentem laudem. Vos uerò, qui peccare non poteſtis, non indigetis huiuſmodi laude. Tunc Angeli ab ira diſcedentes, dicent. Domine, Deus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra: quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Tunc Deus miſericordia implebitur, & virtute ingenti ſanctorum verborum, quæ ab ore Sacerdotũ manabunt, illud & omne ſacrificium, quod in unaquaque ara celebrabitur. *in corpus Meſsiæ conuertetur.* Tum Angeli coram Deo ſancto & benedicto laudes maximas edẽt, dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus exercituum. Pleni ſunt cæli & terra gloria tua. *Tranſubſtãtiatio.*

Rabbi Berachias, Vixit ante Meſsiam.

Quid eſt quod fuit? ipſum eſt quod erit.) Quẽadmodum fuit redemptor, primus, id eſt, Moſes: ita erit & redemptor vltimus. Sicut enim redẽptor primus fecit deſcendere manna, ſicut ſcriptum eſt Exod. 16. cap. Ecce ego pluam vobis panem de cælo: ita quoq; redemptor vltimus, id eſt, Meſſias erit placenta frumenti in terra. *Expoſitione in Eccleſiaſteu.*

Rabbi Ionathas, ben Vziel, Vixit ante Meſſiam.

Et erit ſacrificium panis in terra, in capite montium Eccleſiæ. Videat qui habet oculos, quòd ſicut dictũ eſt, ille eſt Meſſias, de quo loquitur totus Pſalmus. Cum ergo ait, Et erit placenta frumenti in terra in capite mõtium, vult dicere, quod placenta panis, fiet ſacrificiũ in capitibus Sacerdotum, qui ſunt in Eccleſia. *Lib. Collectionum.*

Rabbi Ahraham, Opinor & iſtum ante natum Chriſtum vixiſſe.

Qui dat eſcam omni carni.) Hic eſt de quo Pſal. 34. ſcriptum eſt: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt Do- *In Pſa. 136*

minus, quia panis, quem ipſe dat, *caro eius eſt.*

Rabbi Solomon, Vixit circiter Chriſti natiuitatem.

In Pſal. 72. Erit placenta frumenti in terra, in vertice montiũ.) Magiſtri noſtri expoſuerunt hoc eſſe genus placentarũ in diebus Meſſiæ. Vnde in libro Siphræ habetur. In diebus Meſſiæ frumenta producent placentulas, ſicut eſt plenitudo volæ ſiue palmæ manus, & venies & accipies inde plenitudinem placentulæ rotundæ, inſtar uolæ manus, iuxta refectionem tuam.

Fides Rabbinorum Iudæorum.

Erit buccella panis in terra in vertice montium.) Ipſa buccella panis, ẽ ipſe Meſſias, iuxta illud Oſeæ: Inclinabo ad eos cibum, & traham eos in funibus Adam. Sicut enim, fuit redemptor primus, id eſt, Moſes: ita erit & redemptor nouiſſimus, id eſt, Meſſias. Nam ſicut Moſes dedit panem è cælo: ita Meſſias erit, vt ſcriptum eſt, buccella panis in terra.

Opinio Rabbinorum Iudæorum.

Nam ſicut Elias à Deo illud obtinuit, ut cuique Hebræo ſeſe ubi ubiuis circumcidenti aſſiſtat, ita Meſſias obtinuit, ut ſit in terra in qualibet buccella panis inuiſibiliter.

Vide de iſto Philoſopho Serm. 2. dionyſii Rycelij de Sacr. Eucha. dignitate.

Auerrois Philoſophus.

Mundum peragraui, uarias ſectas inueni, & nunquã tam fatuam repperi ſectam, ſicut eſt ſecta Chriſtianorum, quoniam *Deum ſuum,* quem colunt, deuorat dentibus.

CLAS-

CLASSIS DECIMA

AVCTORITATVM

VTRIVSQVE TESTAMENTI, quibus clare oſtenditur: Chriſtum Eccleſiæ ſuæ perpetuo adeſſe, ideoque illam nec vnquam eraſſe, aut errare poſſe, eamq; audiendam,& claram ac uiſibilem eſſe.

SI difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſſam & cauſſam, lepram & nō lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari:ſurge & aſcēde ad locum,quem elegerit Dominus Deus tuus,veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore,quæresq; ab eis,qui iudicabunt tibi, iudicii ueritatem,& facies quodcunq; dixerint qui pręſunt loco,quem elegerit Dominus,& docuerint te iuxta legem eius,ſequeriſq; ſententiam eorum,nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. *Deut. ca.17*

Ex Dauide.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnē terram:memores erunt nominis tui in omni generatione & generatione.Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculū ſeculi. *Pſal.44.*

Deus

pem te, Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur, dixit miſerator tuus Dominus. Omne vas, quod fictum eſt, contra te nõ dirigetur: & omnem linguam reſiſtentem tibi, in iudicio iudicabis. *Auctoritas Conciliorũ Eccleſiæ.*

Feriam uobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. *Ex Eſaia*

Erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur, *Cap. 55.*

Timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab ortu ſolis, gloriam eius: cum venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit, & uenerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus, qui eſt in te, & uerba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, à modo & vſque in ſempiternum. *Item ca. 59*

Super muros tuos, Ieſuralem, conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Ex eodem Cap. 62.*

Ex Ieremia.

Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. *Cap. 3.*

Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum. Non ſecundum pactum quod pepegi cum patribus ueſtris in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus.. Sed hoc erit pactũ quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus Dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Hæc dicit Dominus qui dat ſolem in lumine diei, ordinem lunæ & ſtellarum in lumine noctis: qui turbat mare & ſonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges iſtæ coram me, *Ex eodem cap. 31*

dicit Dominus:tunc & ſemen Iſrael deficiet, ut non ſit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit Dominus: Si menſurari potuerint cæli furſum, & inueſtigari fundamenta terræ deorſum, & ego abiiciam vniuerſum ſe mé Iſrael, propter omnia quę fecerunt, dicit Dominus, ſanctum Domini non euelletur, & non deſtruetur ultra in perpetuum.

Item ca. 33. Hæc dicit Dominus. Non interibit de Dauid uir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael, & de Sacerdotibus & Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat uictimas omnibus diebus. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam dicens. Hæc dicit Dominus. Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cú nocte, ut non ſit dies & nox tempore ſuo. & pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, ut non ſit ex eo filius, qui regnet in throno eius, & Leuitæ & Sacerdotes miniſtri mei. Sicut enumerari nó poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei & Leuitas miniſtros meos. Hæc dicit Dominus. Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cæli & terræ non poſui: equidem & ſemen Iacob & Dauid ſerui mei proiiciam, ut non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob.

Ex Baruch.

Cap. 5. Exue te Ieruſalem ſtola luctus & uexationis tuæ: & indue te decore & honore, quæ à Deo tibi eſt ſempiterna gloria. Circundato te deploide à Deo iuſtitię, & impone mitram capiti tuo honoris æterni. Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te, qui ſub cælo eſt. Nominabitur enim tibi nomé tuum à Deo in ſempiternum, pax iuſtitiæ & honor pietatis.

Ex Ioele.

Cap. 2. Filiæ Sion exultate & lætamini in domino Deo ueſtro:

ſtro:quia dedit vobis Doctorem iuſtitiæ,& deſcendere faciet ad uos imbrẽ matutinum & ſerotinum ſicut in principio. Et non confundetur populus meus in ſempiternum,& ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum. Et ego dominus Deus veſter,& non eſt amplius: & non cõfundetur populus meus in æternum.

Ex Michæa.

De Sion egredietur lex, & uerbum Domini de Ieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vſque in longinquum. Cap.4.

Ex Sophonia.

Lauda filia Siõ,iubila Iſrael, lætare & exulta in omni corde filia Ieruſalem. Abſtulit Dominus iudicium tuum,auertit inimicos tuos:Rex Iſrael Dominus in medio tui,non timebis malum vltrà. Dominus Deus tuus in medio tui fortis,ipſe ſaluabit. Cap.3.

Ex Aggæo.

Veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria,dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quàm primæ dicit Dominus exercituum:Et in loco iſto dabo pacem dicit Dominus exercituum. Cap.2.

Auctoritates noui Teſtamenti ex S.Matthæo.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Cap.28.

Ex

Ex S. Ioanne.

Cap. 14. Ego rogabo Patrem,& alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum ueritatis,quem mundus non poteſt accipere: quia non uidet eum,nec ſcit eum: Vos autem cognoſcetis eum: Non relinquam uos orphanos,veniam ad uos. Paracletus auté Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero uobis.

Ex eodem Cap. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis,docebit vos omnem ueritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo: ſed,quæcunque audiet,loquetur,& quę ventura ſunt,annuntiabit uobis.

Item ex eodem ca. 17. Verba quæ dediſti mihi,dedi eis: & ipſi acceperunt & cognouerunt verè,quia à te exiui,& crediderũt quia tu me miſiſti. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi,vt ſint vnum ſicut & nos. Cum eſſem cum eis,& ego ſeruabam eos in nomine tuo. Ego dedi eis ſermonem tuum. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à malo. Non pro eis autem rogo tantum,ſed & pro eis, qui crediturí ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me,& ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, ut credat mundus,quia tu me miſiſti.

Ex S. Paulo.

1. Thimo. 3. Hæc tibi ſcribo, fili Timothee, ſperans me uenire ad te citò, ſi autem tardauero, ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei uiui, columna & firmamentum veritatis.

Confir-

Confirmatio veteris fidei Eccleſiæ.

Miror quod ſic tam citò träſferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium: quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt cõuertere Euangelium Chriſti. Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet uobis præter quam quod euangeliazuimus uobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. *Galat.* 1.

FINIS.

INDEX CLASSIVM.

I *Claßis continet auctores num.* CCCC.XLV *folio* 30.

II *Claßis habet* Poetas XXIX. 398

III *Claßis complectitur* Fœminas X. 411

IIII *Claßis continet* XXIIII. *ignotos Auctores,* *folio.* 417

V *Claßis conflata eſt ex* XLIIII. *Concilijs, & ritibus diuerſarum* Regionum. 437

VI *Claßis narrat* XXIII. *miracula ex probatißimis duntaxat auctoribus deprompta* 467

VII *Claßis Viſiones fide dignas deſcribit* 485

VIII *Claßis hæreticorum & ſchiſmaticorum teſtimonia nobis profert.* 487

IX Claſſis

IX *Claſsis Iudæorum etiam & Ethnicorum opiniones proponit.* 509

X *Claſsis ex utroque teſtamento deprompta, clare demonſtrat in rebus fidei, Eccleſiam nec erraſſe unquam, nec errare poſſe.* 513

AVCTORVM HVIVS

OPERIS ELENCVS.

A

Abraham Rabbi 511
S. Abdias Diſcipulus 34
Abſalon Abbas 231
Adamus Goddamus 281
Adeleſinus Epiſcopus 256
Adelmanus Epiſco. 151
Ado Epiſcopus 166
Aeneas Sylvius Epiſcopus 327
S. Agnes Virgo 411
Alanus Epiſcopus 229
Alanus Inſulenſis 270
Albertus Babembergenſis 332
Albertus Brixianus 284
Albinus Abbas 257
Albinus Bolonienſis 260
Albertus Epiſcopus 254
Albertus Patauinus 273
Alcuinus. 123
Alexander iii. Papa 215
Alexander ab Ales 248
Alexander Arioſtus 342
S. Alexander Martyr 37
Algerus 178
S. Amphilochius Epiſc. 59
S. Anacletus Martyr 37
Alcimus Auitus Epiſcopus 400
Alphonſus Thoſtatus Epiſc. 305.
Alphonſus Rex Aragonũ 318
Amalarius Epiſcopus 124
S. Ambroſius Epiſcopus 61
S. Amedeus Epiſcopus 219
S. Andreas Apoſtolus 34
Andreas Oſiander 506
Angelomus Luxouienſis 127
Angelus clauaſianus 347
Angelus Politianus 345
Annonius Monachus 128
S. Anſelmus Epiſcopus 175
Anſelmus Laudunenſis 186
Antonius Mancinellus 351
S. Antonius Epiſcopus 328
Antonius Parmenſis 312
Antonius Panormitanus 316

S. Anto-

S. Antonius Patauinus 238
Antonius Rampegolius 312
Aponius 114
Arator Subdiaconus 401
Arnoldus Abbas 223
Arnobius Presbyter 46
Aſtaſanus Aſtenſis 281
S. Athanaſius Epiſcopus 48
Auerrois Philoſophus 502
S. Auguſtinus Anglorum Epiſco. 110
S. Auguſtinus Epiſcopus 82
Aurelius Prudentius 398

B

Balduinus Epiſcopus 215
Baptiſta à Salis 347
Baptiſta Mantuanus 407
Baptiſta trouomala 344
S. Barlaam Eremita 115
S. Baſilius Epiſcopus 53
Bartholo. Brixianus 250
Bartholo. Chaumius 327
Bartholomeus Piſanus 398
Barthol. Sanctoconcordius 287.
Beatus Rhenanus 397
Beda Presbyter 114
Berachias Rabbi 511
Berengarius Diaconus 491
Berengarius Epiſcopus 268
Berengozius Abbas 188
S. Bernardinus 322
S. Bernardinus Abbas 217
Bernardus Abbas Caſſinenſ. 289
Bernardus Compoſtellanus 250
Bernardus Moguntinus 342
Beruard. Parentinus 324
Berno Abbas Auſienſ. 144
Bernoldus Ciſtertienſis 274
Bertramus Presbyter 489
Beſſarion Epiſcopus 337
S. Bonauentura Epiſcopus 259
S. Brigitta vidua 418
Bruno Epiſcopus 146
S. Bruno 171
Bruno Remenſis 221
Burchard. Epiſcopus 144

C

Cahana Rabbi 109
Caſſiodorus Senator 108
S. Catharina Senenſis 417
Celius Calcagninus 393
Cæſarius Epiſcopus 114
Cæſarius Heyſterbachenſis 232
Chriſtianus Druthmarus 128
Claudius Marius Victor 399
Clemens v. Papa 269
S. Clemens Martyr 37
Concilium Alexandrinum 438
Concilium Aquiſgranenſe 447
Concilium Arelatenſe 438
Concilium Aruernenſe 440
Conciliũ Antiſiodorẽſe 441

Concilium Baſilienſe 456
Conciliū 3. Braccarēſe 442
Conciliū Cabilonenſe 447
Concil. Carthaginenſe 4. 438
Concilium Conſtantienſe 456
Concilium Conſtantinopolit. 3 442
Concilium Epheſinum 439
Concil. Florentinum 457
Concilium Hipponēſe 438
Concilium Hiſpalenſe. 2. 441
Concilium Ilerdenſe 439
Concilium Lateranēſe 453
Concilium Matiſconenſe 2. 440
Concilium Nicenum 1. 437
Concilium Nicenum 2. 444
Concilium Oxonienſe 456
Concilium Remenſe 448
Concilium Romanum 449
Concilium Romanū 2. 449
Concilium Romanū 3. 452
Concilium Saleguſtadienſe 449
Concilium Toletanum 2. 440
Concilium Toletanum 3. 441
Concilium Toletanum 4. 441
Concilium Toletanum 12 443
Concilium Triburienſe 440
Concilium Turonēſe 2. 440
Concilium Turonēſe 3. 446
Concilium Turonēſe 4. 446
Concilium Turonēſe v. 450
Concilium Vercellenſe 450
Concilium Viennenſe 454
Concilium Vvormatienſe 448
Confeſſio Aethiopum 466
Confeſſio Græcorum 465
Confeſſio Indorum 466
Confeſſio Pagenſis 492
Confeſſio Vvitenbergenſis 508
Conradus Celtes 352
Conradus Sanctogeorgius 375
Conradus Vvimpina 354
Conſtantinus magnus 46
Coſmas Hieroſolymitanus 403
S. Cromatius Epiſcopus 70
S. Cyprianus Martyr 43
S. Cyrillus Epiſcopus 89
Cyrillus Eremita 486
Cyrus Prodromus 402

D

DAuid Germanus 252
S. Damaſus Papa 54
Dionyſi. Alexandrinus. 467. 42
S. Dionyſius Martyr 35
Dionyſius Ricelius 336
Dominicus Mancinus 407
Drogo Epiſcopus 129

Durandus

Durandus Epiſcopus 279

E

ECcleſia Aethiopica 464
Eccleſ. Armeniç 465
Eccleſia Cappadociæ 457
Eccleſia Syriæ 460
Eccleſia Conſtantinopolit. 460
Edmerus Anglus 188
S.Effrem Diaconus 59
Egidius Decanus Cameracenſ. 332
Egidius Epiſcopus 263
S.Epiphanius Epiſcopus 71
Eraſmus Roterodamus 411. 383
Ericus monachus 132
Eſaias Propheta 32
S.Ethmũdus Epiſcopus 238
Euagrius Prætor 106
S.Eucherius Epiſcopus 96
Eudoxia Imperatrix 412
Euervvinus Stenueldenſis 218
Eugenius 4.Papa 321
Eugyppius Abb. 106
Eulogius Presb. 60
Euſebius Pamphyli 47
Euſtathius Epiſcopus 487
S.Euthymius Eremita 98

F

FAuſtus Andrelinus 408
S.Felix Martyr 53
Fides Rabbinorum Iudaicorum, 218
Fiſchartus Doctor 290
S.Franciſcus 236
Franciſcus Georgius 409
Franciſcus Irenicus 354
Franciſcus Maronius 278
Franciſcus Zarabellus 312
Franco Abbas 200
S.Fortunatus Epiſcopus 107
S.Fulbertus Epiſcopus 142
S.Fulgentius Epiſcopus 104

G

GAbriel Bielius 346
Gallus Abbas 301
Gaufridus Antiſiodorenſis 225
Gelaſius Papa 104
S.Germanus Epiſc. Conſtantino. 286
Georgius Florus Baldinus 250
Georgius Vvycelius 355
Gerardus Leodienſis 269
Gerardus Magnus 300
Gerardus Zaitphanius 302
Gilbertus Tornacenſis 249
Gilo ſiue Guido Epiſcopus Cameracenſis 274
Godofridus Tranenſis 238
Goſchalcus hollenſis 332
S.Gregorius Papa 109
Gregorius 6.Papa 165
Gregorius 9.Papa 238
Gregorius Ariminẽſis 292

S.Gregorius Nazanzenus 398
S.Gregorius Niſſenus 54
S. Gregorius Turonẽſis 120
Huarricus Abb. 230
Guiardus ſiue Godofridus Epiſc.Cameracenſis 261
Guibertus Gemblacẽſis 25
Guido Archidiaconus 266
Guido Epiſcop. Maioricenſ. 282
Guido montis Rocherii 282
Guido 5.Prior Cartuſiæ 206
Guido ſiue Vvido Epiſc.Cameracenſis 291
Guilielmus Abb.Pictauienſ. 277
Guilielmus Anglus 296
Guilielmus à Petra alta 281
Guilielmus Epiſcop.Antiſiodorenſis 255
Guilielmus Gorranus 335
Guiliel mus Haffliginienſis 273
Guilielmus Hilacenſis 337
Guilie. Epiſco.Lugdunenſis 262
Guiliel.Maleſberiẽſis 170
Guiliel.Epiſ. Mimatẽſis 262
Guilielmus Ockamus 278
Guilielmus Epiſc.Pariſienſis 247
Guilielmus Pepinus 350
Guilielmus Varronius 261
Guilielmus Textor 344
Guilielmus Vorillonius 337
Guitmundus Epiſcop. 158
Guntherus 406

H

Haymo Epiſcopus 126
S.Hilarius Papa 103
Helvvicus Germanus 293
Heliſabeth Abbatiſſ. 413
Henricus à Balma 292
Hẽricus Archidiaconus 268
Henricus Conſtãtienſis 294
Henricus Herpius 333
Henricus 4.Imperator 166
S.Heſychius Preſbyter 66
Henricus Boicius 302
Henricus Epiſc. Ebredunenſis 251
Henricus Gorricanus 336
Henricus Heſſus 314
Henricus 8.rex Angliæ 363
Herueus Britannus 188
Hieron.Pragenſis 494
S.Hieron.Preſbyter 168
Hieron.Sauonarola 498
Hieron. Vida 411
S.Hilarius Epiſcop. 50
Hilarius Epiſc. Aurelianenſ. 247
Hildebertus Epiſc. 174. 396
Hildegardis Abbatiſſ. 414
Hilduinus Abbas 126
Himbertus Pruliacenſ. 297
Hiobus Gaſtius 504
Hermannus Schedellius 349
Hermannus Stutdorpius 313
Honorius 3.Papa 236
Honorius Preſb. 198

Hum-

Humbertus 251
Hubertinus Caſalanus 270
Hugo Abb. S. Victoris 203
Hugo à Caſtro nouo 306
Hugo Cardinalis 251
Hugo Epiſcop. Lingonenſis 155
Hugo Folietanus 188
Hugo Pratanus 343
S. Hyppolitus Martyr 39

I

Iacobus Cornicius 352
Iacobus Epiſco. Chryſopoli. 331
Iacobus Epiſ. Achonenſ. 250
Iacobus Epiſc. Genuēſis 266
Iacobus Gruytrodius 340
Iacobus Lugdunenſis 343
Iacobus Lauſanenſis 296
S. Iacobus frater Domini 34
Ieſus Chriſtus filius Dei 32
S. Ignatius Epiſ. Nicenus 123
S. Ignatius martyr 34
Innocentius 3. Papa 230
Innocentius 4. Papa 250
Innocentius 5. Papa 261
Ioannes Abbas Liuriacenſis. 250
Ioannes Andreas 285
S. Ioānes Apoſtolus 32
Ioannes Betſius 341
Ioannes Epiſcop. Biſuntinus 253
Ioannes Bononienſis 328
Ioānes Epiſco. Boſſinenſis 252
Ioannes Brentius 508
Ioānes Bromiardus 305
Ioannes Capreolus 310
Ioannes Epiſc. Carnotenſis 224
Ioannes Caſſianus 89
Ioannes Clymacus 49
Ioannes Contractus 197
S. Ioānes Chryſoſtomus 116
S. Ioannes Damaſcenus 116
Ioan. Oecolampadius 504
Ioannes Egidius 306
S. Ioannes Eleemoſynarius, 110
Ioannes Fauentinus 312
Ioannes 22. Papa 277
Ioannes Genuenſis 262
Ioannes Gerſonius 315
Ioannes Gritſius 319
Ioannes Haſalanus 287
Ioannes Huſſus 493
Ioannes Huxarus 324
Ioannes Imolenſis 319
Ioannes Lapidanus 346
Ioan. Epiſc. Leodienſis 322
Ioannes Leuita 130
Ioan. Ludouicus Viues 385
Ioannes Maxentius 105
Ioannes Mederus 347
Ioannes Nauclerus 349
Ioannes Niderus 321
Ioannes Pariſienſis 246
Ioannes Pomeranus 506
Ioannes Raulinus 325
S. Ioan. Epiſ. Roffenſis 366
Ioannes Roſizanus 494

Ioannes Rusbrochius 299
Ioan.Epiſcop.Sabinen. 331
Ioannes Sanctogeminianus. 269
Ioannes Schepreuus 410
Ioannes Schotus 268
Ioannes Spanhemenſis 348
Ioannes à Spina 321
Ioannes à Tambacho 294
Ioannes Thaulerus 290
Ioannes Tinctorius 340
Ioannes Valenſis 261
Ioannes Varenaſkrius 325
Ioannes Vitals 273
Ioannes Vviclephus 492
Iobus Gaſtius 504
Ioliffus Anglus 410
Ionas Abbas 116
Ionas Epiſcopus Aurelianeſ. 131
Ionathas,ben Vziel 511
Iordanus 237
Iordanus Magdeburgenſis 366
S.Irineus martyr 39
S.Iſidorus Epiſcopus 111
Iſuardus Monachus 124
Iudas Rabbi 510
Iulius Papa 49
S.Iunilius Epiſcopus 87
Iuo Epiſcopus Carnotenſis 167
S.Iuſtinus Martyr 38
Iuuencus Presbyter 398

L

Lactantius Firmianus 47
Ladiſlaus Rex Bohemiæ, 331
Lambertus Herſueldenſis 167
Lanfrancus Epiſcopus 147
Landulphus 334
S.Laurẽtius Iuſtinianus 329
S.Laurentius Martyr 45
Leonardus Vtinenſis 325
S.Leo Papa 101
S.Liberius Papa 49
S.Lucas Euangeliſta 33
S.Lucianus Martyr 45
Lucius 3.Papa 226
S.Lucius Martyr 44
Ludolphus Saxo 283
Ludouicus Patritius 349
Lupoldus Epiſc.Babembergenſ. 286

M

Machtildis virgo 415
S.Macharius Epiſcop. 46
S.Macharius Eremita 60
Malachias Dominicanus 272
S.Malachias Epiſcopus 217
S.Malachias Propheta 32
S.Marcellus Martyr 54
Marcus Antonius Sabellicus 348
Marcus Epheſinus Epiſcop. 492
S.Marcus Euangeliſta 32
Marcus Marullus 362
Martinus Bucerus 506
S.Maria Aegyptiaca 412

S. Martialis Diſcipulus 34
S. Martinus Epiſc. Braccarenſis 112
Martinus Lutherus 499
Martinus v. Papa 312
Mathæus Epiſc. Vvormacienſ. 301
S. Matthæns Euangeliſta 32
Martinus Pœnitentiarius 277
Mauritius Epiſc. Pariſienſis 128
S. Maximus Epiſcopus 81
Mercurius Sozomenus 89
Michael Mediolanenſis 342
Milo Eluonenſis 403
Monaldus 282
Moſes Hadarſan Rabbi 519

N

Neſtorius hereſiarcha 489
Nicephorus Caliſtus 288
Nicetas Acommatus 233
Nicolaus Aquæuillanus 275
Nicolaus Auſmius 324
Nicolaus Baſelius 354
Nicolaus Cabaſilas 263
Nicolaus Cuſanus 334
Nicolaus Deniſius 341
Nicolaus Dorbellanus 329
Nicolaus Dunckelſpuglius 313
Nicolaus 1. Papa 129
Nicolaus Epiſc. Methonenſ. 244
Nicolaus Epiſc. Panomirt. 322
Nicolaus Gorranus 305
Nicolaus Iaquerius 323
Nicolaus Lyranus 277
Nonnus Panapolitanus 402
Nicolaus Salicetus 346
Nouatus hæreſiarcha 487

O

ODo Epiſc. Cameracenſ. 199
S. Odo Abbas 140
Oecumenius 169
Olimpiodorus Diaconus 106
Oliuerus S. Bauonis 336
S. Onuphrius 59
Opinio Rabbinorum Iudaicor. 512
S. Optatus Epiſcopus 52
Origenes Presbyter 41
Otto Epiſcopus Friſingenſis 226

P

PAlladius Epiſc. 61
Palladius Epiſco. Helenopolitanus 81
Paſchalis 2. Papa 187
Paſchaſius Corbeienſis 132
Paulus Diaconus Aquilegienſis 123
Sanctus Paulinus Epiſc. No-

laus 86
Paulinus Presbyter 88
S.Paulus Apoſtolos 34
Paulus Corteſius 342
S.Paulus Diaconus Neapolita. 107
Paulus Epiſc.Burgenſis 320
Pelagius Hæreſiarcha 487
Pelbertus Pannonius 298
Petrus Abbas Cluniacenſis 206.
S. Petrus Alexandrinus martyr 45
Petrus Aquillanus 306
Petrus Epiſc.Aquenſis 275
Petrus Aruernus 285
Petrus Berchorius 292
Petrus Burrus 407
Petrus Bleſenſis 224
Petrus Carnotenſis 145
Petrus Epiſc.Cameracenſis 310
Petrus Galatinus 354
Petrus Epiſcop. Hoſtienſis 145
Petrus Epiſcopus S.Pauli 282
Petrus Epiſc.Pariſienſis 220
Petrus Pontanus 408
Petrus Patriarcha Hieroſoly. 280
S.Petrus Epiſcopus Rauenatis 101
Petrus Trecenſis 221
Philippus Cancellarius 260
Philippus Lantgrauius 500
Philippus Melanthon 500
Philippus Mōtis galerii 304
Philippus Presbyter 88
Philo Epiſcopus 227
Photius Epiſc.Conſtantino. 129
S·Pius Martyr 38
Polydorus Vergilius 391
S.Pontianus Martyr 42
Primaſius Epiſcopus 96
Prochetus Saluaticenſis 274
S.Proclus Epiſc. Conſtantinop. 86
S.Proſper Epiſcopus 102

R

Rabanus Epiſcopus 128
Rabbi Abraham 511
Rabbi Berachias 511
Rabbi Ionathas 511
Rabbi Salomon 512
Rabbi Simeon 510
Rabbinorum fides 512
Rabbinorum opinio 512
Raymundus Eremita 273
Raymundus Sebedius 317
Reccaredus Rex Hiſpaniæ 112
Reynhardus Fronthouienſis 310
Remigius Epiſc. Autiſiodo. 131
S.Remigius Epiſco.106. 393
Renerus Pipernus 303
Renerus Piſanus 368
Renerus S.Laurentii 263
Rhoſuita Virgo 413

Richar

Richardus Mediauillanus 267
Richardus Notinghamius 296
Richardus Pāpolitanus 273
Richardus S.Victoris 216
Robertus Gaguinus. 351
Robertus Holchotius 290
Robertus S.Remigii 167
Rodoricus Epiſcopus Samorenſis 341
Rodulphus Flauieaſis 140
Rudolphus Agricola 334
Rupertus Epiſc. Aquilanus 344
Rupertus Epiſc.Lincoluienſis 221
Rupertus Tuitienſis 190

S

Salomon Rabbi 512
S.Samonas Epiſc. Gazenſ. 239
Sedulius Epiſcopus 399
Sergius Papa 114
S.Seuerus Sulpicius 81
Sigebertus Gemblacenſis 175
S.Syluester Papa 46
Simen metaphraſtes 113
Simon à Caſſia 288
Simon Cremonenſis 300
Simon Rabbi 510
Smaragdus Abbas 140
S.Soter Martyr 39
Stephanus Anglus 235
Stephanus Bruſleferius 334
Stephanus Epiſcopis Heduēſis, 141
Syneus Epiſcopus 97

T

Tertullianus 39
S.Teleſphorus Martyr 38
S.Tharaſius Epiſc. 123
S.Theoctiſtes Lesbia 413
Theodorus Diaconus 81
Theodoretus Epiſcopus Cyri, 100
Theodoricus Turinhus 253
S.Theodorus 140
Theōduinus Epiſc.Leodien. 147
Theophilactus Epiſcopus 119
Thophilus Epiſcopus Alexādrinus 80
Thimotheus Preſbyter 124
Timotheus Epiſcopus 103
Thomas à Cantiprato 260
Thomas Argentinenſis 292
S.Thomas Aquinas 257
Thomas Campenſis 307
Thomas Galenſis 304
Thomas Græcus 223
Thomas Haſelbachius 309
Thomas Vvaldenſis 317
Tullius Criſpoldus 409

V

VEnator Euboicus 112
S. Victor Epiſcopus Cumanus 108
S. Victor Epiſcopus Vticenſis, 103
S. Vigilius Martyr 102
Vincentius Beluacenſis 252
S. Vincentius Confeſſor 310
Vrbanus 4. Papa 256
Vvalafridus Abbas 127
Vvaleranus Epiſcopus 491
Vvernerus Vveſtphalus 349
S. Vvolphelmus Abbas 173

Z

ZAcharias Epiſcopus Chryſopolitanus 174

IGNOTORVM
AVCTORVM ELENCVS.

AVctor Sermonum de Cardinalibus operibus 417
Auctor Libri de duplici Martyrio 420
Auctor Homiliarum Paſchalium, 421
Auctr Cantionis Eccleſiaſticæ Aue præclara 423
Auctor Epiſt. de 7. Gradibus Eccleſiæ 423
Auctor libri De vera & falſa pœnitentia 425
Auctor libri de ſalutaribus documentis 425
Auctor libri de viſitatione infirmorum 426
Auctor Tractatus de quarta Feria, 426
Auctor Sermonis de Cataclyſmo, 427
Auctor Tractatus de pœnitẽtiæ medicina 428
Auctor Tractatus de vtilitate pœnitentiæ 428
Auctor Annalium Conſtantinopolitanorum 428
Auctor altercationis Eccleſiæ & Synagogæ 429
Auctor vitæ ſanctæ Odiliæ 430
Auctor Sermonis de Sacerdotali dignitate 432
Auctor defenſorii Chriſtianæ fidei 434
Auctor Miſſalis Hiſpanici 429
Auctor libri de corpore & sãguine Domini 429
Auctor lib. Meditationũ 426
Auctor ritus cõficiẽdi Chriſmatis 429
Auctor Benedictionum Anglicanarum 430

INDEX

INDEX EORVM QVAE NOTATV dignißima in hoc Opere occurrerunt.

A

ACcidentia panis & uini, quam diu corpus Chriſti tegant 272
Accidentia ſola diuiduntur, Euchariſtia diuiſa 243
Adoranda Euchariſtia 35. 83. 391.461.462
Agnus Dominicus in Miſſa ſacrificatur 101.124 437
Blexãdri 1.Epiſtola,quo Concilio allegata 38
Altare,menſa incruentæ victimæ,124.164.286
Altare,menſa in qua Deus ſacrificatur.124.437
Altare, ſedes corporis & ſanguinis Chriſti 52
Altaria donatiſtę euerterũt 52
Ambroſium & Auguſtinum, Berẽgarius ſui erroris aiebat Patronos 157
Anathema illi, qui ueritati corporis Chriſti in Euchariſtia coutradicit 185
Angeli Miſſę ſacrificio inter ſunt.110.350.485.486
Angelis datum non eſt, quod Sacerdotibus 262. 267.308
Apoſtolica ſimul& diuina traditio Miſſa quomõ ſit 246
Aqua Baptiſmi a Spiritu ſancto conſecratur 80
Aqua vino miſcenda in Miſſæ ſa.40.438
Armenii Miſſæ ritũ à Romano Pontifice petunt 226
Armenij Romano Põtifici ſubiectionem offerũt 226
Arrianiſmum reſipiunt,Sacramentarii 246
Arrianos quo potiſſimum telo Hilarius vrgebat 2
Aſcetica Baſilii, Nicephorus cui aſſcribat 24
Auctorem nullum, Sacramentarii pro illorũ errore faciẽtem adducere poſſunt 386. 443. 445
Auctores q,Diony. Ariopagitæ ſua opera aſcripſerũt 22
Auctores,qui in Berengarium adhuc viuum ſcripſerunt 11
Auctores quinã Miſſam ſcripto poſteris tradiderunt 87
Auctores qui,S.Iaco. ritũ Miſſæ ſcripto edidiſſe aſſerãt 34
Auerrois,quid eſu Euchariſtię ſenſerit 5
Auguſtinũ ſuarũ partiũ falſo Sacramentarii faciunt 26

B

BAptiſmi ceremoniarum explicatio 145
Berẽgarii blaſphẽ.in Eucha. 8
Berengarii cauſſa quot Concilia celebrata 10.11
Berengarii vitia & mores 9
Berengarius Chriſtum clauſis ianuis ad Diſcipulos intraſſe

ſe pernegabat 173
Berengarius cur de Euchariſtia male ſenſerit 9.11
Berengarius homo ſtupidus 9
Bertramus, cur hæreſeos notatus ſit 8
Bertramus quo impulſore ſuũ librum ſcripſerit 8
C
CAeremoniarum Baptiſmi pulchra explicatio 145
Calices ſacri, ſanguinis Chriſti portatores 52
Canon Miſſæ, ex apoſtolica eſt traditione 163
Caro corpus Chriſti in Euchariſtia ſumitur 50
Catholici omnes, Chriſti veram carnem in Euchariſtia eſſe, affirmant 136
Cauſa cum multi errent in fide Euchariſtiæ 142
Cauſſa rerum omnium, voluntas Dei 134
Chriſmatis vſus 40.46.47.96 196.126. 145
Chriſti corpus offertur 85. 474.
Chriſtus idẽ illud corpus ſubſtantialiter dedit in cœna, quo redempti ſumus. 189. 403
Chriſtus in altari immolatur 79. 101. 110. 124. 130. 152. 169. 253. 485.
Chriſtus in cœna erat conuiua & conuiuium 70. 402.
Chriſtus in cœna ferebat manibus proprium corpus 82
Chriſtus in cœna ſeipſum ſacrificauit 401. 402
Chriſtus ipſe per Sacerdotes conſecrat 73. 154
Chriſtus quam verè in cruce operatus eſt remiſſionem peccatorũ, tam verè in Euchariſtiam eandem operatur 195
Chriſtus ſedens ad Patris dexterã, in Miſſæ ſacrificio manibus pertractatur 80. 169 174
Claſſis ignotorum Auctorum cur libro huic addita. 23. 24
Clementis Papæ Canon quã vetuſtus 37
Concilia quod hæreſim Sacramentariam damnarunt 12. 19
Conculcant filium Dei qui in Euchariſtia negant eſſe corpus Chriſti 245
Conſecratione, panis in carnẽ Chriſti mutatur 58. 63. 244
Conſecratione peracta, in altari eſt corpus Chriſti. 63.
Conſideranda tria circa Euchariſtiæ ſpeciem 272
Corpore proprio alit nos Criſtus 72
Corporis Chriſti ſacrificium eſt

eſt munimẽtum è vita mi grantibu. 77. 426. 485
Corpus Chriſti conficere, niſi Sacerdos nemo poteſt 339
Corpus Chriſti, contra Sathanam eſt munimentũ 65
Corpus Chriſti, cur panis etiam poſt cõſecrationem vocetur 147. 179
Corpus Chriſti cur ſub panis ſpecie ſumatur 96. 242
Corpus Chriſti eſt duplex 389
Corpus Chriſti eſt in Euchariſtia ſecundum veritatem 67
Corpus chriſti, eſt ſacrificiũ 87. 102. 422
Corpus Chriſti idem ſubſtã tia, ſed nõ qualitate quòd in cruce pependit in Euchariſtia conſecratur 388. 389
Corpus Chriſti in Euchariſtia non eſt abſque ſanguine & anima 252
Corpus Chriſti integrũ eſt in qualibet minima parte panis conſecrati 159. 223 235. 244. 256. 272
Corpus Chriſti nõ eſt in Euchariſtia ſicut corpus in ſuo loco 295
Corpus Chriſti quã diu ſub accidentibus panis & uini permaneat 273
Corpus Chriſti quare panis accidentibus obtegatur 276. 472
Corpus Chriſti qui non credit in Euchariſtia eſſe, infidelis eſt, 200
Corpus Chriſti quod Sacerdotes conficiunt, idem corpus eſt quod ex Maria natum eſt 62. 83. 132. 221
Corpus Chriſti quomodo ſit in Euchariſtia Spiritui ſanẽto relinquendnm 67. 276
Corpus Chriſti, Sacerdotes conficere quomodo intelligendum, 266
Corpus Chriſti viaticũ mouentibus 88. 256
Credenda ea ſunt circa Euchariſtiam, ad quæ intelleẽtus pertingere nõ poteſt 276
Cultus diuinus circa mũdi finem abolendus 41. 46
Curioſitas, origo Sacramentariæ hæreſis 6

D

Differentia tranſſubſtantiationis & corruptionis 248
Dionyſi Ariopagitæ opera, illi aſſeruntur 20
Diuina & Apoſtolica traditio, Miſſa quomodo ſimul eſt, 246
Diuiſa Euchariſtia, non diuiditur

ditur corpus Chriſti ſed tantum accidentia 243. 254
Doctores Eccleſiæ veteres qua ratione ad tantam au ctoritatem peruenerint. 153
Donatiſtæ ſacra vaſa diripuerunt 53
Dubitandi de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia, cur nullus ſit locus 51.65

E

ECcleſiæ conſenſus in veritatem Euchariſtiæ 148
Eraſmus argumenta Sacramentorum explodit 385
Eraſmus Chriſtum in Euchariſtia adorauit 385
Eraſmus diſcerpi mẽbratim maluit, quam hæreſim Sacramentariam profiteri 386
Eraſmus dogma quoddã Lutheri pro inſania manifeſta habet, 391
Eraſmus quibus rationibus permotus ad Sacramentariam hæreſim pertrahi nõ potuerit, 384
Erroris certiſſimum argumẽtum, ſciſſura & diſſentio 164
Euchariſtia adoranda 36. 84.390.661.462.
Euchariſtia ante exomologeſi, non ſumenda 44
Euchariſtia canibus obiecta ab hæreticis eſt 469
Euchariſtia diuiſa, accidẽtia tantum & nõ corpus Chriſti diuiditur 243.253
Euchariſtia & ueritas & figura eſt 135.175
Euchariſtia fractio in Miſſæ ſacrificio 36.76.462
Euchariſtia, Ieſu incarnati caro & ſanguis 34.39
Euchariſtia, immortale ac viuificum myſterium 59
Euchariſtia indignus qui de ea dubitat 61
Euchariſtiæ in Miſſa eleuatio apud Græcos 36.461
Euchariſtia, munimẽtum aduerſus ſathanam 65
Euchariſtia, myſterium non perſcrutandum 60.143
Euchariſtia myſterium ter quaterque adorandum 390
Euchariſtia nõ eſt figura aut ſignum corporis Chriſti ſed uerum corpus 98.118 120.176.183.240.265.445
Euchariſtia non eſt mundi hominis caro, ſed Dei, 122.130
Euchariſtia panis uidetur, ſed eſt verum corpus Chriſti 120.126.242
Euchariſtia perpetuum Eccleſiæ

cleſiæ ſacrificium 421
Euchariſtia per conſecrationem, & non per communioné fit corpus Chriſti 58.62
Euchariſtia qua ratione figura nonnunquam appellatur 102
Euchariſtia reponi iubetur. 445
Euchariſtia ſacrificium. 126. 143.418.474
Euchariſtiæ ſacrificio Chriſto vnimur 59
Euchariſtia ſemel conſecrata, manet perpetuò corpus Chriſti, 95
Euchariſtia ſucceſſit ſacrificiis veteris Teſtamenti 85
Euchariſtia tribus eſſentiæ modis eſt corpus Chriſti 193.194
Euchariſtia verè cótinet verbum carnem factum 50
Exempla earum rerum, quæ præter naturæ ordinem à Deo facta ſunt 61.62.63 133.258
Exemplis naturalibus probatur, vnam ſubſtantiam in alteram poſſe conuerti 210.359.315
Exemplis naturalibus oſtenditur, mutari aliquando ſubſtantiam non mutata ſpecie 213.
Exemplo animæ humanæ & uocis oſtéditur integrum Chriſti corpus & in cælo & in multis locis ſimul eſſe poſſe. 160.234.235.244
Exemplo ſigilli idem declaratur, 223.234
Exemplo ſpeculi idem oſtenditur 244.256

F

Falſa quædam Sacramentariorum interpretatio cófutatur 192
Falſitatis verum argumentú, ſciſſura & diſſentio 164
Falſo modo qui verum credit, nihil credit 248
Feſti dies in Eccleſia 48
Fides cur tantopere circa Euchariſtiæ Sacramétum exigatur 186
Fides Sacraméti Euchariſtiæ quandiu abſq; hoſte intacta perſtiterit 4
Fides vera eſt, quę ſemper eadem & una fuit 165
Figura quomodo Euchariſtia nonnunquam dicatur 102
Filium Dei conculcant, qui in Euchariſtia corpus Chriſti eſſe non credunt 245
Fractio Euchariſt. in Miſſa apud Græcos 462
Fraus Sacramentariorum in veteribus citandis 14

Fructus Euchariſtię quis 245
Fulbertus Epiſcopus quanto pere Berengarium execratus ſit 12
Fulmina quando futura, verba cœnæ Dominicæ 501

G

GRæcia quam horendæ ſacra omnia prophanata vidit, 235
Græci eleuationem Euchariſtiæ in Miſſa faciunt. 35. 461
Græci interceſſionem S. Mariæ expetunt 462.464
Græci, memoria S. Mariæ, & reliquorum, nec non mortuorum, in Liturgiis faciunt 461
Græci tranſubſtantiationem in conſecratione Euchar. fatentur 55.58.68.73.96. 98.117.120.140.242.246 264.
Grægorii 7. Papæ, innocentiæ Deus ipſe teſtis 167

H

HAereſim Sacramentariã quicũque tueri auſus eſt pro hæretico ſemper eſt habitus 12
Hæreſim Sacramentariã pertinaciter amplectitur nemo, niſi gratia Dei ſit deſtitutus 16
Hæreſim ſectantes, in quantam impietatem prolabuntur 470
Hæreſis certum argumentũ, ſciſſura atq; diſſentio. 164 158
Hæreſis impanationis, ex ſola ſuperbia nata 164.165
Hæreſis Sacramentariæ præludia, 6.8.
Hæreſis Sacramentaria, quo tempore, & quomodo exorta 8
Hæretici cur veritatem oppugnent 164
Hæretici quinam, verũ Chriſti corpus in Euchariſtia eſſe crediderint 4
Hæreticorũ arrogantia 151
Hilarius quam certam de Euchariſtia fidem habuerit 4
Hiobi Gaſtii ſumma perfidia, & mala fides 16
Hiobus Gaſtius quanta cum fraude Paſchaſii librum euulgauerit 16
Honorificentiſſima S. Marię memoria in Liturgia Græca 461
Honor magnus, loco habendus vbi Chriſti corpus cõſecratur 140
Hoſtia noui Teſtamenti, corpus, & ſanguis Chriſti 98

Hoſtia ſalutaris in Miſſa lita tur, 36

I

IMpanationem credere, impietas eſt 161
Impanationis hæreſis, ex ſuperbia prognata 164
Indignus Euchariſtia, qui de ea dubitat 61
Infidelis eſt,qui corpus Chriſti,non credit verè in Euchariſtia eſſe 199
Innocentiæ Gregorii 7. Papæ,Deus ipſe teſtis 167
Innumera mirabilia, in hora confectionis Euchariſtiæ fiunt, 172
In quibus operibus Dei, eluceat eius potentia 290
Inſana Lutheri opinio,refutatur, 161.163
Inſania eſt affirmare Euchariſtiam, figuram corporis eſſe Chriſti, 446
Inſaniunt qui Euchariſtiam extra vſum communionis negant corpus eſſe Chriſti 95
Intelligēdum quomodo ſit, Sacerdotes corpus Chriſti conficere 264
Intentio Sacerdotis conſecrantis quam neceſſaria 339
Interceſſio B. Mariæ à Græcis expetitur 462.463
Irrationabile quam ſit Sacramentariis credere 17
Irrefragabilis Euchariſtiæ veritas vnde, 272
Iſaac benedicens Iacob,quid ſignificauerit 264.320
Iudaiſmum reſipiunt Sacramentarii 246
Iuſtinus Martyr,Imperatori ethnico cur Euchariſtiæ myſterium aperuerit 7

L

LOcus Pauli omnes eādem eſcam mādueauerūt, &c. rectiſſime expoſitus 191
Locus ſcripturæ adduci poteſt nullus,qui neget Chriſtum in Euchariſtia contineri 264
Lucianus Martyr,cur vice altaris proprio ſit pectore vſus,dum ſacrificaret 45
Luminaria,cur corā Euchariſtia,accendantur 497
Lutherani qua in Donatiſtas ſunt imitati 52.53
Lutheranorum opinio de Euchariſtia,peior Sacramentariorum, 163
Lutheri teſtimonium de Sacramentariis 17
Lutherus cur Sacramentariā hæreſim amplecti cupierit 17

Mala-

M

MAlachiæ Prophetæ locus de ſacrificio puro, intelligendus de Miſſæ ſacrificio 47.118
S. Maria quibus encomiis à Græcis ornetur 461
Miſſa cæleſte myſterium 37
Martini Lutheri iudicium, cur Sacramentarii & Anabaptiſtæ ſuos errores tueãtur 17
Martini Lutheri opinio de Euchariſtia peior Sacramentariorum 164
Martinus Lutherus cur Sacramentariorum cupierit hæreſim amplecti 17
Martinus Lutherus fœdiſſimam Sacramentariorũ hęreſim appellat 19
Martinus Lutherus quid Zvinglio obiecerit 19
Memoria mirabiliũ Dei quomodo ſit Euchariſtia 270
Memoria mortuorũ in Miſſa, 97.461
Mille licet Miſſæ eodem tẽpore celebrentur, in ſingulis eſt corpus Chriſti integrum 159.
Mirabilia quæ in Euchariſtiæ conſecratione fiant 270
Mirabilia quæ in tranſſubſtãtiatione contingant 271
Mirabilia ſex in Euchariſtia, 283
Mirabilia tria circa ſpeciem Euchariſtiæ conſideranda 271
Miracula cur circa Euchariſtiam contigerint 148. 478
Miraculum tranſſubſtantiationis Chriſto cedendum 68
Miſſa Diuina ſimul & Apoſtolica traditio quo modo eſt 245.285
Miſſa eſt agni Dei ſacrificatio, 101.124.437
Miſſa eſt ſacrificium horrore pleniſſimum 485
Miſſa, horrendum myſteriũ, 45.145.288.470.485
Miſſa in finem mundi vſque perſiſtet 88.242
Miſsã Chriſtus inſtituit 110 169.144.245.265.286 288 458
Miſſa, mirabile & magnificũ ſacrificium 76
Miſſa, placabile ſacrificium 38
Miſſæ ritum, quinam S. Iacobum conſcripſiſſe affirmẽt 33
Miſſę ritum, qui veterum ſcripto ediderunt 87
Miſſa, ſacrificium 87.169. 226. 227. 264. 443. 444. 460

460.485
Miſſæ ſacrificio placatur Deus & ingentia peccatá remittuntur, 38
Miſſæ ſacrificio Angelorum interſunt chori 110.390. 485
Miſſæ ſacrificium, omnia ſacrificia præcellit 38
Miſſa, ſacroſanctum & Deo plenum ſacrificium 48
Miſſa traditio Apoſtolica 88 246.286.
Miſſa traditio diuina 36.88 109.222.246.265.286. 288
Modus tranſubſtantiationis ineffabilis 232
Mortuorum animæ, à peccatis ſacrificio Miſſæ ſoluuntur 475

N

NEceſſaria quæ ſint in Euchariſtiæ conſecratione 339
Negligentia in Euchariſtiæ adminiſtratione quã grauiter punienda 37
Noui Teſtamẽti hoſtia, corpus & ſanguis Chriſti 98
Nota erroris Sacramentário rum, certiſſima 19
Nullus à fide recta Euchariſtiæ errauit, qui non ante de Chriſto errauerit 137

O

ODio Romani Pontificis, Sacramentarii ſuos errores tuentur 17
Oecolãpadii liber de verbis cœnæ Dominicæ, qualis 15
Oecolampadius quam mala fide veteres citauerit 15
Oecolampadius quàm obcæcatus à Deo fuerit 15
Oecolãpadius, quot & quos auctores corruperit 15
Omnes ſenſus excepto auditu, in Sacramento Euchariſtiæ falluntur 267.273
Opinio Lutheri de Euchariſtia, peior Sacramentariorum 263
Orbis conſenſus in veritatẽ Euchariſtiæ 136.140.150
Ordo Sacerdotalis à Spiritu paracleto inſtitutus 79
Origo, & progreſſus Sacramentarię hæreſis 7.9.10
Origo Sacramentariæ hæreſis curioſitas 7

P

PAnem & vinũ fecit Deus corpus ſuum 117.241
Panem una cum Chriſti corpore credere in Euchariſtia permanere, impietas eſt 161
Panis conſecrãdus vermiculo fœdatus, tertio ab altari reiectus

reiectus 233
Panis & uinum, per Spiritū ſanctum, in corpus & ſanguinem Chriſti tranſmutantur 117.121
Panis & vinum, Spiritus ſancti aduentu, corpus & ſanguis Chriſti efficitur 88
Panis per Criſti verba, in ipſius corpus mutatur. 58.144
Panis ſubſtantiam cur Deus in Euchariſtiæ Sacramento manere noluerit 181
Panis ſubſtantia in conſecratione, aduenienti viuifico, pane, cedit 248
Panis ſubſtantia, non redigitur in nihilum per tranſubſtantiationem 205
Panis ſubſtantia, trāſit in illā ſubſtantiam, quæ ad dexteram Patris reſidet 177
Panis ſemel conſecratus, manet ſemp Criſti corpus 95
Panis tranſmutatio in Chriſti corpus, myſterium fidei eſt, 182
Pauli locus omnes eandē eſcam manducauerunt &c. recte explicatus 191
Pectore proprio, vice altaris cur S. Lucianus dum ſacrificaret vſus ſit 46
Pęna Sacerdotū, qui circa ad miniſtrationē Euchariſt. negligentes exiſtunt 38
Pœnitētia communioni præmittenda 88
Præparandi, diuina Sacramēta, ſumpturi 61
Pronomē, Hoc, quid referat in verbis cōſecrationis 277
Punitur, quæ à ſumptiōe Euchariſtiæ abſtinuerat, 60

Q

Quatuor conſideranda circa Sacramentum Euchariſtiæ 303
Quid in fractione Euchariſtiæ, diuidatur 243.254
Quomodo circa Euchariſtiæ Sacramentum, cur non ſit querendum 121
Quomodo in Dei promiſſis non eſt querendum 90
Quomodo ſit intelligēdum, Sacerdotes cōficere corpus Chriſti 266

R

Radiis ſolaribus mundiorē decet eſſe illam manum, quæ Chriſti carnem tractatura eſt 72
Recedit Deus procul ab iis, qui ab Euchariſtia diu abſtinent 61
Refellitur quædam Sacramētariorum interpretatio 192 196
Refert plurimū peccator ne an iuſtus, corpus Chriſti ſumat, 61
Reliquiarum veneratio 113
Remediū quodnā potiſſimū

contra

contra Sacramentariam hæreſim multis nideatur 18
Reſeruatio Euchariſtiæ 440
Ritum Miſſæ, poſteris ſcripto qui tradiderunt 87
Ritum Miſſæ, S. Iacobũ quinam ſcripſiſſe aſſerant 33
Romani pontifices qui in excindéda Sacramentaria hæreſi laborarunt 11.12

S

Sacerdos malus æque ac bonus corpus Chriſti conficit 140
Sacerdos, ſolus miniſter eſt Euchariſtiæ 67.237.339
Sacerdotalis functio, maior angelica dignitate 266.308 390
Sacerdotes immolant corpus & ſanguinẽ Chriſti 42.85
Sacerdotium à Spiritu paracleto inſtitutum 79
Sacramẽtaria hæreſis à toto orbe & proprio auctore dãnata, 13
Sacramentarii à Deo dati in reprobum ſenſum 16
Sacramentarii Chriſtum cũ vniuerſa Eccleſia mendacii reum faciunt 20.157
Sacramentarii cur Berengario peiores 26
Sacramentarii cur circa fidẽ Euchariſtiæ errent 10
Sacramẽtarii diſputant ſine fide contra fidem 136
Sacramentarii falſo Auguſtinum, ſuum faciunt 26
Sacramẽtarii in quot ſectas diſſecti 19
Sacramentarii odio Romani Pontificis, impietatem amplectuntur 17
Sacramentarii qua fide veteres auctores citent 14.15
Sacramentarii quales ſint 17
Sacramentarii quibus dolis & mendaciis ſuos errores tueantur, 14.15
Sacramentarii qui, quos auctores corruperunt 15.16
Sacramentarii quo Spiritu (teſte Luthero) exagitẽtur 17
Sacramentarii reſipiunt Arrianiſmum & Iudaiſmum. 246
Sacramentarii veritaté Dei detinent in mendacio 16
Sacramentariorũ falſa interpretio exploditur 192.196
Sacramentariorum intolerabilis ſuperbia 17
Sacramẽtum Euchariſtiæ & veritas & figura eſt 135
Sacrificio Euchariſtiæ à peccatis expiamur 126
Sacrificio Euchariſtiæ diuinitatis Chriſti participes reddimur, 59
Sacrificio Miſſæ Angelorum chori interſunt 110
Sacrificio Miſſæ placatur Deus &

us & peccata dimittit 38
Sacrificium Euchariſtiæ ſucceſſit omnibus veteris Teſtamenti ſacrificiis 85
Sacrificium Miſſæ Chriſtus Apoſtolis tradidit,iique Eccleſiæ. 246.286
Sacrificium Miſſæ in finem vſq; mũdi perſtabit 88.242
Sacrilegium eſt, frãgere calices & altaria demoliri 52.53
Sancti in diuinam uitam ex morte tranſlati ſunt 36
Sanctorum memoria in Miſſæ ſacrificio 36.461
Senſus omnes excepto auditu in Euch.fallũtur 267.273
Sermone Chriſti, mutatur omnis creatura 63
Sex mirabilia in Euchariſtia exiſtunt 283
Species panis & uini, cur in Euchariſtia poſt conſecrationem permaneãt 96.120 121.155.161.242.472
Spiritui ſancto relinquẽdum quomodo Criſti corpus in Euchariſtia eſſe põt 65.276
Spiritus ſanctus aduentu ſuo panis & uinum,efficit corpus & ſanguinem Chriſti 88.117. 134.240
Spiritus ſanctus in conſecratione ſupra naturam operatur 117
Spiritus ſanctus inuiſibiliter in Euchariſtiæ conſecratione operatur 84.287
Subſtantiam mutari non mutata ſpecie exemplis oſtenditur 213
Subſtantiam panis cur Deus in Euchariſtia permanere noluerit 181
Subſtantia panis tranſit in illam ſubſtantiam quæ ſedet ad dexteram Patris 177
Subſtantiam vnam in alterã poſſe conuerti exemplis naturalibus probatur 210
Suffitus 41.461.462

T

Templorum vſus 45
Tẽpore quo dubitare de Euchariſtia primum ceptũ eſt, 7
Traditio diuina & Apoſtolica, ſimul, quomodo Miſſa eſt, 246
Tria conſideranda circa Euchariſtiæ ſpeciem 272
Tria ſunt in Euchariſtiæ Sacramento 248.251
Tribus eſſentiæ modis, Euchariſtia eſt corpus Chriſti 193.194
Tranſmutatio panis in Chriſti corpus, myſterium fidei eſt 182
Tranſſubſtantiatio 58.73.96 98. 105. 114. 117.120.125. 144
Tranſſubſtantiatio, cõtraria

310

V

VEnator Euboicus 112
S. Victor Epiſcopus Cumanus 108
S. Victor Epiſcopus Vticenſis, 103
S. Vigilius Martyr 102
Vincentius Beluacenſis 252
S. Vincentius Confeſſor
Vrbanus 4. Papa 256
Vvalafridus Abbas 127
Vvaleranus Epiſcopus 491
Vvernerus Vveſtphalus 349
S. Vvolphelmus Abbas 173

Z

ZAcharias Epiſcopus Chryſopolitanus 174

IGNOTORVM

AVCTORVM ELENCVS.

AVctor Sermonum de Cardinalibus operibus 417
Auctor Libri de duplici Martyrio 420
Auctor Homiliarum Paſchalium, 421
Auctr Cantionis Eccleſiaſticæ Aue præclara 423
Auctor Epiſt.de 7. Gradibus Eccleſiæ 425
Auctor libri De vera & falſa pœnitentia 425
Auctor libri de ſalutaribus documentis 425
Auctor libri de viſitatione infirmorum 426
Auctor Tractatus de quarta Feria, 426
Auctor Sermonis de Caraclyſmo, 427
Auctor Tractatus de pœnitẽtiæ medicina 428
Auctor Tractatus de vtilitate pœnitentiæ 428
Auctor Annalium Conſtantinopolitanorum 428
Auctor altercationis Eccleſiæ & Synagogæ 429
Auctor vitæ ſanctæ Odiliæ 430
Auctor Sermonis de Sacerdotali dignitate 432
Auctor defenſorii Chriſtianæ fidei 434
Auctor Miſſalis Hiſpanici 429
Auctor libri de corpore & ſãguine Domini 429
Auctor lib. Meditationũ 426
Auctor ritus cõficiẽdi Chriſmatis 429
Auctor Benedictionum Anglicanarum 430

INDEX

INDEX EORVM QVAE NOTATV
digniſsima in hoc Opere occurrerunt.

A

Accidentia panis & uini, quam diu corpus Chriſti tegant 272
Accidentia ſola diuiduntur, Euchariſtia diuiſa 243
Adoranda Euchariſtia 35. 83. 391.461.462
Agnus Dominicus in Miſſa ſacrificatur 101.124 437
Alexādri 1.Epiſtola,quo Concilio allegata 38
Altare,menſa incruentæ victimæ,124.164.286
Altare,menſa in qua Deus ſacrificatur.124.437
Altare, ſedes corporis & ſanguinis Chriſti 52
Altaria donatiſtęeuerterūt 52
Ambroſium & Auguſtinum, Berēgarius ſui erroris aiebat Patronos 157
Anathema illi, qui ueritati corporis Chriſti in Euchariſtia contradicit 185
Angeli Miſſę ſacrificio inter ſunt.110.350.485.486
Angelis datum non eſt, quod Sacerdotibus 262. 267.308
Apoſtolica ſimul& diuina traditio Miſſa quomō ſit 246
Aqua Baptiſmi a Spiritu ſancto conſecratur 80
Aqua vino miſcenda in Miſſæ ſa.40.438
Armenii Miſſæ ritū à Romano Pontifice petunt 226
Armenij Romano Pōtifici ſubiectionem offerūt 226
Arrianiſmum reſipiunt,Sacramentarii 246
Arrianos quo potiſſimum telo Hilarius vrgebat 2
Aſcetica Baſilii, Nicephorus cui aſſcribat 24
Auctorem nullum, Sacramentarii pro illorū errore faciētem adducere poſſunt 386. 443. 445
Auctores q,Diony. Ariopagitæ ſua opera aſſcripſerūt 22
Auctores,qui in Berengarium adhuc viuum ſcripſerunt 11
Auctores qui nā Miſſam ſcripto poſteris tradiderunt 87
Auctores qui,S.Iaco. ritū Miſſæ ſcripto edidiſſe aſſerāt 34
Auerrois,quid eſu Euchariſtię ſenſerit 5
Auguſtinū ſuarū partiū falſo Sacramentarii faciunt 26

B

Baptiſmi ceremoniarum explicatio 145
Berēgarii blaſphē.in Eucha. 8
Berengarii cauſſa quot Concilia celebrata 10.11
Berengarii vitia & mores 9
Berengarius Chriſtum clauſis ianuis ad Diſcipulos intraſſe

ſe pernegabat 173
Berengarius cur de Euchariſtia male ſenſerit 9.11
Berengarius homo ſtupidus 9
Bertramus, cur hæreſeos notatus ſit 8
Bertramus quo impulſore ſuũ librum ſcripſerit 8

C

CAeremoniarum Baptiſmi pulchra explicatio 145
Calices ſacri, ſanguinis Chriſti portatores 52
Canon Miſſæ, ex apoſtolica eſt traditione 163
Caro corpus Chriſti in Euchariſtia ſumitur 50
Catholici omnes, Chriſti veram carnem in Euchariſtia eſſe, affirmant 136
Cauſa cur multi errent in fide Euchariſtiæ 142
Cauſſa rerum omnium, voluntas Dei 134
Chriſmatis vſus 40.46.47.96 196.126. 145
Chriſti corpus offertur 85. 474.
Chriſtus idẽ illud corpus ſubſtantialiter dedit in cœna, quo redempti ſumus. 189. 403
Chriſtus in altari immolatur 79. 101. 110. 124. 130.152. 169.253.485.
Chriſtus in cœna erat conuiua & conuiuium 70.402.
Chriſtus in cœna ferebat manibus proprium corpus 82
Chriſtus in cœna ſeipſum ſacrificauit 401.402
Chriſtus ipſe per Sacerdotes conſecrat 73.154
Chriſtus quam verè in cruce operatus eſt remiſſionem peccatorũ, tam verè in Euchariſtiam eandem operatur 195
Chriſtus ſedens ad Patris dexterã, in Miſſæ ſacrificio manibus pertractatur 80.169 174
Claſſis ignotorum Auctorum cur libro huic addita. 23. 24
Clementis Papæ Canon quã vetuſtus 37
Concilia quod hæreſim Sacramentariam damnarunt 12, 19
Conculcant filium Dei qui in Euchariſtia negant eſſe corpus Chriſti 245
Conſecratione, panis in carnẽ Chriſti mutatur 58.63. 244
Conſecratione peracta, in altari eſt corpus Chriſti. 63.
Conſideranda tria circa Euchariſtiæ ſpeciem 272
Corpore proprio alit nos Criſtus 72
Corporis Chriſti ſacrificium eſt

eſt munimẽtum è vita mi grantibu. 77. 426. 485
Corpus Chriſti conficere, niſi Sacerdos nemo poteſt 339
Corpus Chriſti, contra Sathanam eſt munimentũ 65
Corpus Chriſti, cur panis etiam poſt cõſecrationem vocetur 147. 179
Corpus Chriſti cur ſub panis ſpecie ſumatur 96. 242
Corpus Chriſti eſt duplex 389
Corpus Chriſti eſt in Euchariſtia ſecundum veritatem 67
Corpus chriſti, eſt ſacrificiũ 87. 102. 422
Corpus Chriſti idem ſubſtãtia, ſed nõ qualitate quòd in cruce pependit in Euchariſtia conſecratur 388. 389
Corpus Chriſti in Euchariſtia non eſt abſque ſanguine & anima 252
Corpus Chriſti integrũ eſt in qualibet minima parte panis conſecrati 159. 223 235. 244. 256. 272
Corpus Chriſti nõ eſt in Euchariſtia ſicut corpus in ſuo loco 295
Corpus Chriſti quã diu ſub accidentibus panis & uini permaneat 273
Corpus Chriſti quare panis accidentibus obtegatur 276. 472
Corpus Chriſti qui non credit in Euchariſtia eſſe, infidelis eſt, 200
Corpus Chriſti quod Sacerdotes conficiunt, idem corpus eſt quod ex Maria natum eſt 62. 83. 132. 221
Corpus Chriſti quomodo ſit in Euchariſtia Spiritui ſancto relinquendnm 67. 276
Corpus Chriſti, Sacerdotes conficere quomodo intelligendum, 266
Corpus Chriſti viaticũ moventibus 88. 256
Credenda ea ſunt circa Euchariſtiam, ad quæ intellectus pertingere nõ poteſt 276
Cultus diuinus circa mũdi finem abolendus 41. 46
Curioſitas, origo Sacramentariæ hæreſis 6

D

Differentia tranſſubſtantiationis & corruptionis 248
Dionyſi Areopagitæ opera, illi aſſeruntur 20
Diuina & Apoſtolica traditio, Miſſa quomodo ſimul eſt, 246
Diuiſa Euchariſtia, non diuiditur

ditur corpus Chriſti ſed tantum accidentia 243. 254
Doctores Eccleſiæ veteres qua ratione ad tantam au ctoritatem peruenerint. 153
Donatiſtæ ſacra vaſa diripue runt 53
Dubitandi de veritate corpo ris Chriſti in Euchariſtia, cur nullus ſit locus 51.65

E

Eccleſiæ conſenſus in veri tatem Euchariſtiæ 148
Eraſmus argumenta Sacramentorum explodit 385
Eraſmus Chriſtum in Eucha riſtia adorauit 385
Eraſmus diſcerpi mēbratim maluit, quam hæreſim Sacramentariam profiteri 386
Eraſmus dogma qnoddā Lu theri pro inſania manifeſta hab et, 391
Eraſmus quibus rationibus permotus ad Sacramentariam hæreſim pertrahi nō potuerit, 384
Erroris certiſſimum argumē tum, ſciſſura & diſſentio 164
Euchariſtia adoranda 36. 84.390.661.462.
Euchariſtia ante exomologeſi, non ſumenda 44
Euchariſtia canibus obiecta ab hæreticis eſt 469
Euchariſtia diuiſa, accidētia tantum & nō corpus Chriſti diuiditur 243.253
Euchariſtia & ueritas & figura eſt 135.175
Euchariſtia fractio in Miſſæ ſacrificio 36.76.462
Euchariſtia, Ieſu incarnati caro & ſanguis 34.39
Euchariſtia, immortale ac viuificum myſterium 59
Euchariſtia indignus qui de ea dubitat 61
Euchariſtiæ in Miſſa eleuatio apud Græcos 36.461
Euchariſtia, munimētum aduerſus ſathanam 65
Euchariſtia, myſterium non perſcrutandum 60.143
Euchariſtia myſterium ter quaterque adorandum 390
Euchariſtia nō eſt figura aut ſignum corporis Chriſti ſed uerum corpus 98.118 120.176.183.240.265.445
Euchariſtia non eſt mundi hominis caro, ſed Dei, 122.130
Euchariſtia panis uidetur, ſed eſt verum corpus Chriſti 120.126.242
Euchariſtia perpetuum Eccleſiæ

cleſiæ ſacrificium 421
Euchariſtia per conſecratio nem, & non per commu munioné fit corpus Chriſti 58.62
Euchariſtia qua ratione figura nonnunquam appellatur 102
Euchariſtia reponi iubetur. 446
Euchariſtia ſacrificium. 126. 143.418.474
Euchariſtiæ ſacrificio Chriſto vnimur 59
Euchariſtia ſemel conſecrata, manet perpetuò corpus Chriſti, 95
Euchariſtia ſucceſſit ſacrificiis veteris Teſtamenti 85
Euchariſtia tribus eſſentiæ modis eſt corpus Chriſti 193.194
Euchariſtia verè cõtinet verbum carnem factum 50
Exempla earum rerum, quæ præter naturæ ordinem à Deo facta ſunt 61.62.63 133.258
Exemplis naturalibus probatur, vnam ſubſtantiam in alteram poſſe conuerti 210.359.315
Exemplis naturalibus oſtenditur, mutari aliquando ſubſtantiam non mutata ſpecie 213.
Exemplo animæ humanæ & uocis oſtẽditur integrum Chriſti corpus & in cælo & in multis locis ſimul eſſe poſſe. 160.234.235.244
Exemplo ſigilli idem declaratur, 223.234
Exemplo ſpeculi idem oſtenditur 244.256

F

FAlſa quædam Sacramentariorum interpretatio cõfutatur 192
Falſitatis verum argumentũ, ſciſſura & diſſentio 164
Falſo modo qui verum credit, nihil credit 248
Feſti dies in Eccleſia 48
Fides cur tantopere circa Euchariſtiæ Sacramẽtum exigatur 186
Fides Sacramẽti Euchariſtiæ quandiu abſq; hoſte intacta perſtiterit 4
Fides vera eſt, quę ſemper eadem & una fuit 165
Figura quomodo Euchariſtia nonnunquam dicatur 102
Filium Dei conculcant, qui in Euchariſtia corpus Chriſti eſſe non credunt 245
Fractio Euchariſt. in Miſſa apud Græcos 462
Fraus Sacramentariorum in veteribus citandis 14

Fructus Euchariſtię quis 245
Fulbertus Epiſcopus quanto pere Berengarium execratus ſit 12
Fulmina quando futura, verba cœnæ Dominicæ 501

G

GRæcia quam horendæ ſacra omnia prophanata vidit, 235
Græci eleuationem Euchariſtiæ in Miſſa faciunt. 35. 461
Græci interceſſionem S. Mariæ expetunt 462.464
Græci, memoria S. Mariæ, & reliquorum, nec non mortuorum, in Liturgiis faciunt 461
Græci tranſubſtantiationem in conſecratione Euchar. fatentur 55.58.68.73.96. 98.117.120.140.242.246 264.
Grægorii 7. Papæ, innocentiæ Deus ipſe teſtis 167

H

HAereſim Sacramentariã quicũque tueri auſus eſt pro hæretico ſemper eſt habitus 12
Hæreſim Sacramentariã pertinaciter amplectitur nemo, niſi gratia Dei ſit deſtitutus 16
Hæreſim ſectantes, in quantam impietatem prolabuntur 470
Hæreſis certum argumentũ, ſciſſura atq; diſſentio. 164 158
Hæreſis impanationis, ex ſola ſuperbia nata 164.165
Hæreſis Sacramentariæ præludia, 6.8.
Hæreſis Sacramentaria, quo tempore, & quomodo exorta 8
Hæretici cur veritatem oppugnent 164
Hæretici quinam, verũ Chriſti corpus in Euchariſtia eſſe crediderint 4
Hæreticorũ arrogantia 151
Hilarius quam certam de Euchariſtia fidem habuerit 4
Hiobi Gaſtii ſumma perfidia, & mala fides 16
Hiobus Gaſtius quanta cum fraude Paſchaſii librum euulgauerit 16
Honorificentiſſima S. Marię memoria in Liturgia Græca 461
Honor magnus, loco habendus vbi Chriſti corpus cõſecratur 140
Hoſtia noui Teſtamenti, corpus, & ſanguis Chriſti 98

Hoſtia ſalutaris in Miſſa lita tur, 36

I

IMpanationem credere, im pietas eſt 161
Impanationis hæreſis, ex ſu- perbia prognata 164
Indignus Euchariſtia, qui de ea dubitat 61
Infidelis eſt, qui corpus Chri ſti, non credit verè in Eu- chariſtia eſſe 199
Innocentiæ Gregorii 7. Pa- pæ, Deus ipſe teſtis 167
Innumera mirabilia, in hora confectionis Euchariſtiæ fiunt, 172
In quibus operibus Dei, elu- ceat eius potentia 290
Inſana Lutheri opinio, refu- tatur, 161.163
Inſania eſt affirmare Eucha- riſtiam, figuram corporis eſſe Chriſti, 446
Inſaniunt qui Euchariſtiam extra vſum communionis negant corpus eſſe Chri- ſti 95
Intelligẽdum quomodo ſit, Sacerdotes corpus Chriſti conficere 264
Intentio Sacerdotis conſe- crantis quàm neceſſaria 339
Interceſſio B. Mariæ à Græ- cis expetitur 462.463
Irrationabile quam ſit Sacra mentariis credere 17
Irrefragabilis Euchariſtiæ ue ritas vnde, 272
Iſaac benedicens Iacob, quid ſignificauerit 264.320
Iudaiſmum reſipiunt Sacra- mentarii 246
Iuſtinus Martyr, Imperatori ethnico cur Euchariſtiæ myſterium aperuerit 7

L

LOcus Pauli omnes eãdem eſcam mãducauerũt, &c. rectiſſime expoſitus 191
Locus ſcripturæ adduci po- teſt nullus, qui neget Chri ſtum in Euchariſtia conti neri 264
Lucianus Martyr, cur vice al taris proprio ſit pectore vſus, dum ſacrificaret 45
Luminaria, cur corã Euchari ſtia, accendantur 497
Lutherani qua in Donati- ſtas ſunt imitati 52.53
Lutheranorum opinio de Eu chariſtia, peior Sacramen- riorum, 163
Lutheri teſtimonium de Sa- cramentariis 17
Lutherus cur Sacramentariã hæreſim amplecti cupierit 17

M

Malachiæ Prophetæ locus de ſacrificio puro, intelligendus de Miſſæ ſacrificio 47.118
S. Maria quibus encomiis à Græcis ornetur 461
Miſſa cæleſte myſterium 37
Martini Lutheri iudicium, cur Sacramentarii & Anabaptiſtæ ſuos errores tueantur 17
Martini Lutheri opinio de Euchariſtia peior Sacramentariorum 164
Martinus Lutherus cur Sacramentariorum cupierit hæreſim amplecti 17
Martinus Lutherus fœdiſſimam Sacramentariorũ hęreſim appellat 19
Martinus Lutherus quid Zvinglio obiecerit 19
Memoria mirabiliũ Dei quomodo ſit Euchariſtia 270
Memoria mortuorũ in Miſſa, 97.461
Mille licet Miſſæ eodem tépore celebrentur, in ſingulis eſt corpus Chriſti integrum 159.
Mirabilia quæ in Euchariſtiæ conſecratione fiant 270
Mirabilia quæ in tranſſubſtãtiatione contingant 271
Mirabilia ſex in Euchariſtia, 283
Mirabilia tria circa ſpeciem Euchariſtiæ conſideranda 271
Miracula cur circa Euchariſtiam contigerint 148. 478
Miraculum tranſſubſtantiationis Chriſto cedendum 68
Miſſa Diuina ſimul & Apoſtolica traditio quo modo eſt 245.285
Miſſa eſt agni Dei ſacrificatio, 101.124.437
Miſſa eſt ſacrificium horrore pleniſſimum 485
Miſſa, horrendum myſteriũ, 45.145.288.470.485
Miſſa in finem mundi vſque, perſiſtet 88.242
Miſsã Chriſtus inſtituit 110. 169.244.245.265.286 288 458
Miſſa, mirabile & magnificũ ſacrificium 76
Miſſa, placabile ſacrificium 38
Miſſæ ritum, quinam S. Iacobum conſcripſiſſe affirmét 33
Miſſę ritum, qui veterum ſcripto ediderunt 87
Miſſa, ſacrificium 87.169. 226. 227.264. 443.444. 460

460.485
Miſſæ ſacrificio placatur Deus & ingentia peccata remittuntur, 38
Miſſæ ſacrificio Angelorum interſunt chori 110.390.485
Miſſæ ſacrificium, omnia ſacrificia præcellit 38
Miſſa, ſacroſanctum & Deo plenum ſacrificium 48
Miſſa traditio Apoſtolica 88 246.286.
Miſſa traditio diuina 36.88 109.222.246.265.286.288
Modus tranſubſtantiationis ineffabilis 232
Mortuorum animæ, à peccatis ſacrificio Miſſæ ſoluuntur 475

N

NEceſſaria quæ ſint in Euchariſtiæ conſecratione 339
Negligentia in Euchariſtiæ adminiſtratione quã grauiter punienda 37
Noui Teſtaméti hoſtia, corpus & ſanguis Chriſti 98
Nota erroris Sacramentariorum, certiſſima 19
Nullus à fide recta Euchariſtiæ errauit, qui non ante de Chriſto errauerit 137

O

ODio Romani Pontificis, Sacramentarii ſuos errores tuentur 17
Oecolãpadii liber de verbis cœnæ Dominicæ, qualis 15
Oecolampadius quam mala fide veteres citauerit 15
Oecolampadius quàm obexcatus à Deo fuerit 15
Oecolãpadius, quot & quos auctores corruperit 15
Omnes ſenſus excepto auditu, in Sacramento Euchariſtiæ falluntur 267.273
Opinio Lutheri de Euchariſtia, peior Sacramentariorum 163
Orbis conſenſus in veritaté Euchariſtiæ 136.140.150
Ordo Sacerdotalis à Spiritu paracleto inſtitutus 79
Origo, & progreſſus Sacramentarię hæreſis 7.9.10
Origo Sacramentariæ hæreſis curioſitas 7

P

PAnem & vinũ fecit Deus corpus ſuum 117.241
Panem una cum Chriſti corpore credere in Euchariſtia permanere, impietas eſt 161
Panis conſecrãdus vermiculo fœdatus, tertio ab altari reiectus

reiectus 233
Panis & uinum, per Spiritũ ſanctum, in corpus & ſanguinem Chriſti tranſmutantur 117.121
Panis & vinum, Spiritus ſancti aduentu, corpus & ſanguis Chriſti efficitur 88
Panis per Criſti verba, in ipſius corpus mutatur. 58.144
Panis ſubſtantiam cur Deus in Euchariſtiæ Sacramento manere noluerit 181
Panis ſubſtantia in conſecratione, aduenienti viuifico, pane, cedit 248
Panis ſubſtantia, non redigitur in nihilum per tranſubſtantiationem 205
Panis ſubſtantia, trãſit in illã ſubſtantiam, quæ ad dextetam Patris reſidet 177
Panis ſemel conſecratus, manet ſemp Criſti corpus 95
Panis tranſmutatio in Chriſti corpus, myſterium fidei eſt, 182
Pauli locus omnes eandẽ eſcam manducauerunt &c. recte explicatus 191
Pectore proprio, vice altaris cur S. Lucianus dum ſacrificaret vſus ſit 46
Pęna Sacerdotũ, qui circa administrationẽ Euchariſt. negligentes exiſtunt 38
Pœnitẽtia communioni præmittenda 68
Præparandi, diuina Sacramẽta, ſumpturi 61
Pronomẽ, Hoc, quid referat in verbis cõſecrationis 277
Punitur, quæ à ſumptiõe Euchariſtiæ abſtinuerat, 60

Q

Quatuor conſideranda circa Sacramentum Euchariſtiæ 303
Quid in fractione Euchariſtiæ, diuidatur 243.254
Quomodo circa Euchariſtiæ Sacramentum, cur non ſit querendum 121
Quomodo in Dei promiſſis non eſt querendum 90
Quomodo ſit intelligẽdum, Sacerdotes cõficere corpus Chriſti 266

R

Radiis ſolaribus mundiorẽ decet eſſe illam manum, quæ Chriſti carnem tractatura eſt 72
Recedit Deus procul ab iis, qui ab Euchariſtia diu abſtinent 61
Refellitur quædam Sacramẽtariorum interpretatio 192 196
Refert plurimũ peccator ne an iuſtus, corpus Chriſti ſumat, 61
Reliquiarum veneratio 113
Remediũ quodnã potiſſimũ contra

contra Sacramentariam hæreſim multis nideatur 18
Reſeruatio Euchariſtiæ 440
Ritum Miſſæ, poſteris ſcripto qui tradiderunt 87
Ritum Miſſæ, S.Iacobū quinam ſcripſiſſe aſſerant 33
Romani pontifices qui in excindēda Sacramentaria hæreſi laborarunt 11.12

S

SAcerdos malus æque ac bonus corpus Chriſti conficit 140
Sacerdos, ſolus miniſter eſt Euchariſtiæ 67.237.339
Sacerdotalis functio, maior angelica dignitate 266.308 390
Sacerdotes immolant corpus & ſanguinē Chriſti 42.85
Sacerdotium à Spiritu paracleto inſtitutum 79
Sacramētaria hæreſis à toto orbe & proprio auctore dānata, 13
Sacramentarii à Deo dati in reprobum ſenſum 16
Sacramentarii Chriſtum cū vniuerſa Eccleſia mendacii reum faciunt 20.157
Sacramentarii cur Berengario peiores 26
Sacramentarii cur circa fidē Euchariſtiæ errent 10
Sacramētarii diſputant ſine fide contra fidem 136
Sacramentarii falſo Auguſtinum,ſuum faciunt 26
Sacramētarii in quot ſectas diſſecti 19
Sacramentarii odio Romani Pontificis, impietatem amplectuntur 17
Sacramentarii qua fide veteres auctores citent 14.15
Sacramentarii quales ſint 17
Sacramentarii quibus dolis & mendaciis ſuos errores tueantur, 14.15
Sacramentarii qui, quos auctores corruperunt 15.16
Sacramentarii quo Spiritu (teſte Luthero) exagitetur 17
Sacramentarii reſipiunt Arianiſmum & Iudaiſmum 246
Sacramentarii veritatē Dei detinent in mendacio 16
Sacramentariorū falſa interpretio exploditur 192.196
Sacramentariorum intolerabilis ſuperbia 17
Sacramētum Euchariſtiæ & veritas & figura eſt 135
Sacrificio Euchariſtiæ à peccatis expiamur 126
Sacrificio Euchariſtiæ diuinitatis Chriſti participes reddimur, 59
Sacrificio Miſſæ Angelorum chori interſunt 110
Sacrificio Miſſæ placatur Deus &

us & peccata dimittit 38
Sacrificium Euchariſtiæ ſucceſſit omnibus veteris Teſtamenti ſacrificiis 85
Sacrificium Miſſæ Chriſtus Apoſtolis tradidit, iique Eccleſiæ. 246.286
Sacrificium Miſſæ in finem vſq; mũdi perſtabit 88.242
Sacrilegium eſt, frãgere calices & altaria demoliri 52.53
Sancti in diuinam uitam ex morte tranſlati ſunt 36
Sanctorum memoria in Miſſæ ſacrificio 36.461
Senſus omnes excepto auditu in Euch. fallũtur 267.273
Sermone Chriſti, mutatur omnis creatura 63
Sex mirabilia in Euchariſtia exiſtunt 283
Species panis & uini, cur in Euchariſtia poſt conſecrationem permaneãt 96.120 121.155.161.242.472
Spiritui ſancto relinquẽdum quomodo Criſti corpus in Euchariſtia eſſe pôt 65.276
Spiritus ſanctus aduentu ſuo panis & uinum, efficit corpus & ſanguinem Chriſti 88.117. 134.240
Spiritus ſanctus in conſecratione ſupra naturam operatur 117
Spiritus ſanctus inuiſibiliter in Euchariſtiæ conſecratione operatur 84.287
Subſtantiam mutari non mutata ſpecie exemplis oſtenditur 213
Subſtantiam panis cur Deus in Euchariſtia permanere noluerit 181
Subſtantia panis tranſit in illam ſubſtantiam quæ ſedet ad dexteram Patris 177
Subſtantiam vnam in alterã poſſe conuerti exemplis naturalibus probatur 210
Suffitus 41.461.462

T

Emplorum vſus 45
Tẽpore quo dubitare de Euchariſtia primum ceptũ eſt, 7
Traditio diuina & Apoſtolica, ſimul, quomodo Miſſa eſt, 246
Tria conſideranda circa Euchariſtiæ ſpeciem 272
Tria ſunt in Euchariſtiæ Sacramento 248.251
Tribus eſſentiæ modis, Euchariſtia eſt corpus Chriſti 193.194
Tranſmutatio panis in Chriſti corpus, myſterium fidei eſt 182
Tranſſubſtantiatio 58.73.96 98.105.114.117.120.125.144
Tranſſubſtantiatio, cõtraria

corruptioni 248
Tranſſubſtantiatio eſt miraculum, ſoli Chriſto cedendum 68
Tranſubſtantiatio, exemplis aſtruitur 61. 132. 259
Tranſubſtantiatio peragitur à totas S. Trinitate 339
Tráſubſtantiatio quando in conſecratione peragatur 235
Tranſubſtantiationem Græci agnoſcunt 55. 58. 68. 73. 96. 98. 117. 120. 240. 143. 144. 245. 459
Tranſubſtantiationē in Miſſa, Chriſtus ipſe peragit 73
Tranſubſtantiatione non redigitur panis ſubſtantia in nihilum. 205. 272. 281. 347
Tranſubſtantiationis & corruptionis differentia 248
Tranſubſtantiationis modus ineffabilis 232
Tranſubſtantiationis vocabuli intentio 248

V

VAſorum ſacrorum vſus 52. 412. 439
Verbis Chriſti credendum etiam ſi ſenſui videatur abſurdum, 71
Veneranda magis ſecreta diuina quàm diſcutienda 203
Veneratio reliquiarum 113
Verba Chriſti immobile fūdamētum Euchariſtiæ 388
Veritas Euchariſtiæ quibus nitatur 269
Verum qui non vere credit, nihil credit 247
Veteribus doctoribus Eccleſiæ, vnde tāta auctoritas 152
Vetuſtas Canonis Clementis primi 37
Vetuſtas Canonis Miſſæ 64
Vocabuli tranſubſtantiationis, ſignificatio 247
Vocis & animæ humanæ exemplo oſtenditur Chriſti corpus poſſe integrum in cælo ſimul & in diuerſis locis eſſe 160. 233. 234. 243

FINIS.

n vlus
edendum
deatur ab
71
ſecreta di
enda 203
rum 113
nobile ſit
ſſiæ 388
æ quibus
269
e credit,
247
us Eccle-
oritas 151
Clemen-
37
Miſſæ 64
anciatio-
247
manæ e-
r Chri-
ntegrum
diuerſis
234.248

Digitized by Google